



Nº A
3 - 42

25. a 8

39.



14 15

4

5

6

7

8

9

10

11

12

25.a 8

39.



141.

R.2769
PAVSANIAE
DECEM REGIONVM

VETERIS GRAECIAE DESCRIPTIO,
totidem libris comprehensa; Romulo Amasaeo
interprete.

TOMVS PRIMVS.

Huic rerum memorabilium accessit
copiosissimus Index.

200.000.000



LUGDVNI,

Apud Sebastianum de Honora

M. D. LIX.

del Colegio de Granada
en la Caja del Gto. Lib.

²
Decem regionum à Pausa-
nia luculentissimè de-
scriptarum Elenchus.

ATTICA

CORINTHIACA

LACONICA

MESSENICA

ELIACORVM PRIOR

ELIACOR. POSTERIOR

ACHAICA

ARCADICA

BOEOTICA

PHOCICA

³
R O M V L V S
AMASAEVS ALE-
XANDRO FARNESIO
CARDINALI PAVLI
III. PONT. MAX.
NEPOTI
S. P. D.



VM Sape ani-
maduerterim, Ale-
xander Farnesi, so-
lere te ab assiduis cu-
ris, atque occupatio-
nibus quasi respiran-
tem, vel in literatorum hominum ser-
mone, & consuetudine, vel in optimo-
rum scriptorum lectione conquiescere,
de varijs, ac multis lucubrationibus
meis, latine iam, ni fallor, mea opera
loquontem Pausaniam, tibi, cui iam
pridem, non magis fortunæ amplitudi-

ne, quam virtutis tuae adductus excellentia, me ipsum addixi, nominatim dcdendum censui: non quia Graecorum auctorum à puero lectione assuefactus, Greca illum utentem lingua non fueris planissimè intellecturus, sed quod omnino Romani Principis auribus Latinae orationis sonum aptiorem, & grauiorem fore existimau. Atque is quidem veterem Græciam in libros decem descriptam oculis penè subiiciens, parem propè tibi voluptatem posterit apportare, ac ipsa solita est ad exterorū Europæ populos suscepta iam roties peregrinatio: Cum peradolescens, magna cum tua laude, Hispaniam, Galliam, Germaniam, de maximis Reipub. negotiis legatus obiisti. Atque eo tibi erit fortasse lectio huius historiæ iucundior, quod quæ semel placuerint loca, non ut illa cursim, & festinanter, sed inter quietescendum, quoties libitum fuerit, licebit.

bit reuiseare. Neque verò te magis (credo) eas regiones animo lustrantem, in quibus deos ipsos libenter ac prope familiariter versatos clam vulgus putauit: Et unde illustris magnorum herōum natio extitit, ipsa terrorarum pulchritudo, & amoenitas capiet: quam iuuabit cum primordia, & veluti incunabula, tum res gestas, Athenarum, Spartæ, Thebarum, Corinthi, Messenes, Sicyonis, Megalopolis, & aliarum complurium belli, pacisque artibus florentissimarum vibium, ac populum cognoscere: Et summorum hominum, quos illæ genuerint, & eduxerint ciuitates, Themistoclis, Miltiadis, Lysandri, Agesilai, Epaminunda, Aristomenis, Arati, Ptolemaeum, Pelopide, tamque multorum, quorum passim legentibus occurrent nomina, illustrium viro-

rum virtutes & gloriā, quam sibi
eorum quisque, vel defensa, vel li-
berata, vel aucta, & illustrata pa-
tria pepererint, intueri. Iam vero
prisorum artificum opera, qui vel
templis metandis, & exadificandis,
vel signis, & statuis fingendis, ac fa-
bricandis claruerunt, non minore fer-
mè, cum leguntur, quam cum cer-
nuntur, animum delectatione com-
plent. Habuit sanè nihil olim Græ-
cia quod spectaretur dignum, vel ex
are, auro, argento, vel ex ebore, li-
gno, marmore factum, & elabora-
tum, quod hic noster non eleganter,
atque intelligenter explicauerit.

Qui præterea ludorum, & mune-
rūm apparatus, aut que in his euen-
torum varietas, festiuus spectatorem
detinere possit, quam elegantissimi
scriptoris, athletarum, aurigarum-
ve, Olympici, vel Pythici pulueris

palmas expetentium, certamina, elo-
gia, statuas, accuratissimè exprimen-
tis, & adumbrantis, pura, ac polita
oratio. Accedunt quedam ve-
luti superuacanei operis corollaria,
cum modo populorum in sacris, pro-
fanisve rebus, ritus, & instituta, mo-
do animalium quorundam minus
vulgo cognitorum, vel stirpium na-
turās, & formas, vel terrarum, &
aquarum persequitur miracula.

Abducent hæc (ni fallor) omnia à
molestioribus curis cogitationem tuam.
Sed inter hæc tam varie, tamque
erudita lectionis oblectamenta, dum
quibus vetus olim Græcia domi, fo-
risque artibus, atque opibus efflorue-
rit, considerabis: non magis illorum
temporum felicitatem admiratione,
quam eas, quibus nunc oppressa, &
confecta est, calamitates, miseratio-
ne prosequere. Quis enim est, qui

si prisca Gracie quasi formam il-
lustribus clarissimorum scriptorum
monumentis, & ipsius in primis Pau-
saniae descriptionibus illuminatam in-
tueatur, Cumque ea nouam hanc (il-
lius ne dicam umbram, an cadauer)
conferat, non & illam beatissimam
fuisse, & hanc esse omnium miseria-
rum instar iudicet? Illa olim & in-
geniorum præstantiam, & artium
quarumcunque, quibus vita homi-
num excolitur, elegantiam sibi pro-
iure suo, omnium consensu gentium
vindicabat. Hac, ruidis, & iam pro-
pè rerum omnium ignara, patrios ri-
tus, leges, victum, studia oblita, stu-
pore veluti quodam, & veterno ob-
torpescit: Illa deductis in diuersas,
& ultimas plerunque terras, pul-
cherrimis Colonis, exteris gentibus
literas & artium ac disciplinarum
quoduis genus impertivit: Hac, Bar-
ba

⁹ barorum collunie fœdata, aut effera-
ta potius, non modo non incorruptam
illam sermonis, & morum integrita-
tem: sed vix iam ullum priscae illius
elegantiae atque humanitatis vesti-
gium retinet. Illa magnorum, atque
imperiorum regum, cum domesti-
co consilio, & bellica virtute, tum
terrestribus maritimisque copijs, &
conatus fregit sapissime, & impetus
debilitavit: Hac, & multis ante se-
culis, accerrimis diuulsa, ac propè
discerpta dissidijs, vecordiam suam
clarissimarum ciuitatum, & popu-
lorum internicione luit: Et ab hinc
annum iam paulominus centesimum,
Othomanico impedita, ac deuincta
dominatu, tam intolerabili seruitu-
ris præmitur iugo, ut aqua, terraque
amisco iure omni, ac potestate, spi-
ritum etiam ipsum, non è cœlo ma-
gis quam ex ipso ducat insolentissi-

mi victoris nutu, & arbitrio. Illa postremo plura, quam reliquæ omnes orbis terra partes ornamenta, & operum ostentabat insignia: Hæc, quod spectandum, aut visendum sit, nihil omnino amplius habet, quam ruinosa mœnium vestigia, & veluti laceri, ac putris cadaveris, ipsa iam consumptas, & abolitastemoris diuturnitate reliquias. Magna nimurum Fortunæ commutatio, quem tam ingenti & miserabili clade veterem Græciam perculit. Quod tamen vehementius nos afficere, & commouere potest eius rei cogitatio, eò maiores præpotenti, ac sempiterno Deo gratias debemus, quod eius clementia effectum est, ut in augustissimo anni tui, sanctissimi, & sapientissimi Principis pontificatu cum in reliquis Europa partibus, tum verò maxime in Italia omnis humanitas,

&

& vite expolienda ratio, ipsius iam se antiquæ Græcia laudibus adequarit. Nam præterquam quod virtutum omnium exemplis, legum sanctitate, literarum elegancia hæc atas mirifice efflorescit: Viget præterea, & regendarum ciuitatum, & ducendorum exercituum peritia: Aedificandi, pingendi, fingendi, canendi etiam, psallendique artes, nihil fere sunt deteriores, quam priscis temporibus fuisse dicuntur. Eloquentiae, & liberalium disciplinarum studia, ita se efferunt, cum ingeniorum numero, & excellentiam, tum verò omnis doctrina recta intelligentia, ut nihil iam perfectius, aut eliamius requiri posse videatur. Quod si per xv. superiores proximos huic pontificatus annos, tanta fruis potuimus felicitate, inter graues, & perniciosos magnorum imperiorum

mo

motus, eundem hunc Pont. Max. si
nobis tot in posterum tempus, quo spe-
rare possumus, & optare debemus
Deus seruarit annos, dubitandum
nihil profecto fuerit, quin diuino eius
consilio, pace, terra marique parta,
uniuersa Christianorum respu. omnem,
omnium, quæ literarum munimentis
prodita fuerint, temporum sit gloriam
superatura. Tu vero interea ALEX-
ANDER, vita, ac fortunarum
mearum patrona, non desines, optimis
quibusque & dictissimis viris, do-
mesticis, atque intimis familiaribus
tuis tuendis & ornandis, praelata he-
roice indolis, & virtutis tuae documeta-
dare: Atque iis sociis, atque adiuto-
ribus, succisiui temporis aliquid, è sum-
mis occupationibus, & grauissimis cu-
ris receptum, in ea studia conferre, qui-
bus a puero deditus fuisti. In periuolu-
tandis certè Pausaniae libris, & Graci
homi

hominis facundia, & eruditione. non
mediocrem tum fructum, tum volu-
ptatem capies: Conuersos vero illos a
me, ut fortasse non satis feliciter iudi-
ces: Conatum tamen hunc meum re-
ferendi tibi gratiam, cum pro tuis erga
me meritis, tum vero maxime promi-
rifico quodam, & maxime perspicuo de
me quam optime merendi studio,
ante non improbatum omnino
iri & spero, & maiorem in
modum cupio. Va-
le. Romæ. Id.
Mart.

*

M. D. X L V I I.

PAVSANIAE
VETERIS GRAE-
CIAE DESCRIPTIO,
ROMVLO AMA-

SAEO INTER

PRETE.

*



NEA continentis Græciae
parte, quæ Cycladas Insu-
las, & Aegaū māre spectat,
Suniū prominet Atticæ pro-
montoriū, in cuius ora por-
tus, in vertice Suniadis Mineruæ tēplum
est: Hinc porrò nauigantibus breuis ad
Laurium via: vbi olim argenti metallia A-
theniensibus fuere. Proximè iacet parua,
ac deserta Insula (Parrocli dicitur) quod Pa-
troclus præfectus Aegyptiarū triremium,
quas Ptolemaeus Lagi filius Atheniensi-
bus auxilio misit, clam occupatam, muro
eam & vallo muniit: Cum Antigonus De-
metrij filius ipse cum exercitu agrum po-
pularetur: Et maritimam partem classe
obfessam teneret. Piræus verò, ante-
quam

quam Themistocles ad rem publ. accederet, non nauale sed curia fuit: Nam Phalerum (ab ea enim parte, ut minimum vrbs distat à mari) nauale fuerat. Vnde & Menestheum cum aliquot nauibus ad Troiam, & Theseum multo ante, in Cretam, Minoi ob Androgei mortem pœnas daturum, soluisse, memoriae proditum est. At Themistocles, posteaquam summæ rerum præfuit, quod multo opportuniore loco nautis Piræa situm putaret, cum proximo Phaleri, triplex eius portus esset; in eo nauale exædificauit: Et nauium quidem stationes ad meam usque extatē stetere. Et non longè à maximo, de tribus, portu, Themistoclis sepulchrum: Si quidem Athenieuses, sui aliquando facti in Themistoclen pœnituisse tradunt, atque eius ossa ex Magnesia recepta, ab ipsius necessariis in patriam reportata. Themistoclis sane liberos constat reduces in Parthenone tabulam eam dedicasse, in qua etiam ipse inest pictus Themistocles. In Piræo vero quæ spectentur, hæc sunt. Iouis, & Mineruæ fanum: Aeneæ sunt deorum signa. Iupiter sceptrum, & victoriæ: Minerua hastam tener. Eodem in loco Leosthenes, eiisque liberos pinxit Arcesilaus. Hic ille est Leostenes, qui Atheniens

nientium atque aliorum Græcorum dux, Macedonas duobus præliis vicit: Uno in Bœotia, altero ultra Thermopylas, ac postremo ad Lamian flumen, quod exadversum Oeræ monti est, compulsoſ obſedit. Longa ibidem quædam porticus est, qua pro foro vtuntur, qui proximè ad mare habitant. Nam qui longius à portu absunt, forum & ipsi suum habent. In ultima verò porticus parte, Leocharis extant opera, Iupiter & populus. Veneris verò ædem, quæ mari proxima est, Lacedæmoniorum triremibus ad Gnidum in Cariæ Chersoneso profligatis, Conon erexit: Gnidij enim Venerem in primis conjungit. Cuius templo apud eos sunt variis deæ cognominibus: Vetustissimum omnium, Doritidis, Acrææ alterum: Postremum quam Gnidian plerique omnes: At Gnidij, Euplœan Venerē, non Gnidian appellant. Sunt & alij Atheniensibus portus. In Munychia unus, cum Munychiæ Diana templo. In Phalero, de quo iam diximus, alter, cui adhæret Cerevis ædes: Et proximè, Sciriadis Mineruæ, & Iouis paulò longius. Aræ præterea & deorum, & heroum, qui ignoti vocantur. Quin & Thesei filiorum, & ipsius Phalerico ipso in loco sunt: Hunc autem Pha-

lerum Athenienses Iasoni Colchicæ expeditionis comitem fuisse dicunt. Extat & Androgei Minois filij ara, sub herois tantum nomine. Sed Androgei esse nō sunt, qui priscas patriæ res diligentius exquirunt. Hinc xx. ferme stadia Colias promontorium abest, quod Persarum clavis deleta, nauium fragmenta æstu delata sunt. Illic & Veneris Coliadis, & dearum, quibus Genetyllides nomen, signa sunt. Has ego, quæ in Coliade colluntur, easdem cum illis esse suspicor, quas Phocenses Ioniæ populi, Gennaidas nominant. In via vero, quæ ex Phalero Athenas dicit, Iunonis sine foribus, & tecto ædes est. Incendisse eam Mardonium Gobriæ filium, fama prodidit: Cum tamen adhuc in ea extet deæ signum, Alcamenis (ut aiunt) opus, quasi vero id Persæ non fuerint violaturi. Ad urbem proprius accedenti, Antiopes Amazonis monumentum in conspectu est. Hanc certe Antiopen à Theseo, & Pirithoo raptam, scriptum reliquit Pindarus. Troëzenius vero Hegias hæc propemodum de ea scripsit. Herculem non prius Themiscyran ad Thermodōtem amnem, quam diu oppugnarat, cepisse, quam Antiope Thesei amore capta (in ea enim opugnatione Herculi socrum fuisse The-

feum)

feum) oppidum tradiderit. Hæc Hegias. Athenienses vero, cum ad urbem Amazones aduentarent à Molpadia, sagitta confixam Antiopen memorant, Molpadiam à Theseo occisam. Est enim & Molpadia apud Athenienses sepulchrum. Sunt in via quæ ex Piræo dicit ad urbem, ruinæ murorum, quos Conon post nauale ad Gnidum prælium restituit. Illi enim, quos post repulso Persas Themistocles extruxerat, xx x. tyrannorum temporibus deieicti fuere. Viæ adiunctæ sunt virorum minime ignota sepulchra, Menandri Diopithis filij, & Euripidis, illud quidem honorarium: Nam Euripides cum in Macedoniam ad Archeleum profectus esset, illic sepultus est: Mortis vero genus, quale à multis vulgaratum est, tale per me fuerit. Accum regibus quidem etiam poëtæ vixerunt. Ante Euripiden enim, cum Polycrate Sami tyranno vixit Enacreon: Et ad Hieronem Syracusas Aeschylus, & Simonides se contulere. Dionysio posteriori Philoxenus, Antigono Macedonum regi Antagoras Rhodius, & A-ratus Solensis, familiares fuere. Nam Hesiodus, & Homerus, regum familia-ritates, aut nacti non sunt, aut consultò

spreuerunt : Ille, quod agrestem vitam amplexus, ab erroribus abhorruerit. Hic, quod in ultimas terras peregrinatione suscepta, potentium hominum opes, gloriae, quam sibi apud omnes gentes maximam comparauit, posthabuerit. Cum alioqui, & Demodocum Alcinoo familiarem inducat, & Agamemnonem, poëtam nescio quem apud yxorem reliquise cōmemoret. Non longè vero à porta, sepulchrum videoas, in cuius fastigio equestris est militari ornatu statua: Ipsum quidem equitem, quis sit, nō nouit: Verum tam equitem, quām equum fecit Praxiteles. In primo vrbis ingressu cella est pomparum, quas aliás statis diebus quotannis, aliás vero incertis temporum interuallis transmittunt, apparatibus deseruiens. Proximum est Cereris tēplum, in quo signa sunt deae ipsius, & filiae, Iacchi etiam facem præferentis. Inscriptum in pariete Atticis literis opera esse Praxitelis. Non longè ab hoc templo Neptunus est, exequo Polyboten gigantem, ad quem apud Coos de testudinis promontorio fabula pertinet, hasta petens: sed inscriptio, quae nostra aetate extat, alium eum esse, quām Neptunum testatur. A porta ad Ceramicum, porticus aliquot sunt: & ante ipsas virorum, & fœminarum, quorū non obscu-

obscura gloria est, ænea signa. Habet vna quidem earum facella quædam & Mercurij (sic enim appellatur) gymnasium: In eadēque est Polytionis domus, in qua ad Eleusiniorum prope ritum, initia ab hominibus inter ceteros Athenienses minime obscuris agitari solita, traditum est. Sed ea in præsentia Libero Patri consecrata fuerat: Ei nempe, quem Canentem, eadem sanè de causa vocant: qua Musarum ducem Apollinem. Eodem etiam in loco Pœoniae Mineruæ, Iouis, Mnechosynæ, Musarumque signa sunt: Et Apollinis postremò, quod & dicauit, & fecit Eubulides. Ad hoc Acratus Genius, unus de Bacchi comitibus, cuius os è pariete extat, A Dionysij æde cella est, in qua multæ sunt fictiles statuae: Et inter eas Atheniensium rex Amphiictyon, tum alios deos, tum Liberum Patrem conuiuio accipiens. Adebat & Elentheriensis Pegasus, qui primus Liberi ipsius religiones Atheniensibus tradidit: Atque id ex Delphico oraculo, quo prædictum recordabatur, deum Icarij temporibus aduentum: Regnum autem ad hunc modum ad Amphiictyonem peruenit. Actum, quo in loco nunc Attica est, memorant, prium regnasse. Ei successit Cecrops, qui-

cum Actæi filia nupta erat. Huic filiæ
fuere Heise, Aglauros, & Pandrosos: Fi-
lius Erysichthon: qui ad Atheniensium
regnum non accessit: Forte enim ita ac-
cedit, ut viuente patre è vita decederet:
Quo factum est, ut Cecrope mortuo: Cra-
naus, qui opibus & potentia Atheniensi-
bus præstabat, regno potiretur. Cra-
nao vero & alias fuisse filias ferunt, & At-
thidens, à qua tota regio, quæ prius Actæa
dicebatur, Attica nominata est. Sed Cra-
naum Amphiøyon, nihil affinitatem ve-
ritus (si quidem eius filiam in matrimo-
nio habebat) regno per vim expulit. Ve-
rum & ipse postea ab Eriðthonio, facta
coniuratione oppressus est. Patrem cer-
te Eriðthonio mortalium neminem fuis-
se aiunt: Sed Vulcano ex terra genitum
putant. At Ceramicus urbis via, à Ce-
ranao heroë, Liberi Patris & Ariadnes
(id enim de eo prædicant) nomen acce-
pit: In quo quæ prima ad dexteram se
ostendit porticus, Regis dicitur: Nam
illictribunale eius est, qui annum magi-
stratum gerit: quod Regnum appellant.
Circa eius porticus tectum fistiles sunt ali-
quot statuę: Theseus Scironē in mare abi-
ciens: Aurora Cephalū rapiens. Est enim in
fabulis egregia specie iuuenē Cephalū ab

Auro

Aurora raptum, quòd cius amore capta es-
set. Cephalı satu Phætontē natum: quem
illa templi ædituum fecerit: Sic enim & ab
aliis, & ab Hesiodo in eo quod de mulie-
ribus scriptis, carmine traditum est. Prope
porticum eam, Cononi, eiisque filio Timo-
theo positæ sunt statuæ. Cypiorum e-
tiam regi Euagoræ, cuius suau Artaxer-
xes Phœnissas triremes Cononi tradidit:
Quod sane tanquam ciuiis Atheniensibus
officium præstítit, quippe qui originis
sux primordia ad Salamina, Teucrūmque
& Cinyræ filiam referebat. Ibidem Iupi-
ter stat, cognomento Eleutherius: Et im-
perator Adrianus, vir cum de aliis qui-
bus imperabat gentibus, tum de Athe-
niensibus optime meritus. Porticus alte-
ra, quę à tergo huius extructa est, pictos ha-
bet deos, qui xii appellantur, & in extre-
mo pariete Theseum, cùmque eo vñà po-
pularem ciuitatis statum, & populum. Ea
sane pictura, argumento est, Theseum ex-
quabilem Reipub. administrationem Athe-
niensibus constituisse. Inoleuit tamen &
alia apud multos fama, Theseum summam
terum multititudini tradidisse, ex eo popu-
larem administrationē ad id usque tempus
mansisse, quo repub. oppressa tyranni-
dem Pisistratus inuaserit. Sunt certe de hac

b 4

ipseare & alij minus veri hominum sermones, eorum nempe, qui priscarum rerum (quod eas scilicet ex literarum monimentis non didicerunt) ignari, quæcunque à pueris ex choris, ac tragediis acceperunt, vera esse existimant: Non defuerunt qui memoriae prodiderint, ipsum etiam regnasse Theseum, & post Mnesthei mortem regnum ad quartum usque posteritatis gradum in familia eius permanisse. Quod si mihi de gentilitate esset historia instituta, omnes, qui à Melantho ad Clidicum usque Aesimide filium, & qui post eos deinceps regnassent, enumerarem. Eadem pictura, nauaram ab Atheniensibus in prælio ad Mantineam Lacedæmoniis quibus auxilio venerant operam præfert. Belli autem eius totius ordinem Cadmæ oppressionem, Leuctricam Lacedæmoniorum cladem, Bœotiorum in Peloponnesum irruptionem, quæ Lacedæmoniis Athenienses auxilia miserint, tum alij, tum Xenophon conscripsere. Picturæ argumentum, illud habet equestre prælium: In quo ex Atheniensibus Grylli Xonophontis filij, in Bœotio equitatu Thebani Epaminundæ virtus enituit. Atque hæc omnia pinxit Atheniensus Fughanor. Et idem in proxima æde Apollinem

nem fecit, cognomine Patroum: Pro foribus verò Apollinem unum Leochares, alterum Alexicacon cognomento (quod est ac si Aueruncum dixeris) fecisse Calamis dicitur. Ne cognomen narrant inde extitisse, quod Peloponnesiaci belli temporibus omnia fœdantem pestilentiam, è Delphico oraculo responso quodam edito, is Deus sedasset. Deorum etiam Matris, quam Phidias fecit, ibi facellum est, & in proxima Qingentorum curia (sic enim appellantur, qui apud Athenienses summæ rei præsunt) Qua quidem in curia, & Apollinis sunt, & Iouis Consiliarij simulachra, Pisiè arte perfecta, & populus Lysonis opus. Nam legum latores Caunius Protogenes pinxit. Inter hos locum suum meruit Olbiades Callippi illius filius: Qui irruentibus in Græciam Gallis ducem se Atheniensium præsidio ad Thermopylarum ingressuni præbuit. Galli verò, de quibus nunc incidit mentio, in extremis Europæ oris ad vastum mare accolunt: Cuius fines adiri posse nauibus negant: Est enim gurgitis æstu, scopolis, & belluarum immanitate, quam mare aliud omne, multo importunius. Horum fines annis Eridanus per labitur, cuius in ripis Phaëthonis casum Solis filiæ illius sorores collachry-

mari creduntur. Verum ut Galli appellarentur, non nisi sero vsus obtinuit, Celtas enim cum ipsis se antiquitus, tum alij eos nominarunt. Hi contractis vnde cunque copiis, ad Ionium mare conuersi, omnes Illyrici populos, & quicquid gentium ad Macedonicum usque nomen patet, quin & ipsos Macedonas oppressere. In Thessaliam denique impetu facto, cum proxime ad Thermopylas accessissent, Graecorum sanè multi, proflus nihil ad resistendum excitati sunt: quippe qui magnis cladi bus ab Alexandro, & Philippo etiam prius affecti, postremò ab Antipatro, & Cassandro penè deleti, nulli sibi criminis datum iri ducerent, si propter imbecillitatem, auxilium quique suum desiderari sinerent. At verò Athenienses, tametsi & Macedonici belli diuturnitate debilitati, & aduersis aliquot præliis propè fracti erant collectis aduentitiis aliorum Graecorum copiis, ad Thermopylas contendere. Quo quidem tempore, Callipum eius expeditionis ducem declararunt: Occupato autem quam angustissimo montis aditu, Barbaros accessu prohibebant, ac illi transitem eum nauci, per quem Persas olim Ephialtes Trachinius duxerat: Phoceniumque inde præsidio deturbato, in Oeta superan-

superanda Graecos impunè sefellerunt. Ibi Athenienses Barbarorum multitudine à lateribus circumuenti, fortiter pugnando, Graeco se nomine dignos, ut qui maximè præbuerunt. At qui ex ipsis in nauibus remanserant, grauiter laborarunt. Nam cum Lamiacus sinus ad ipsas Thermopylas maximè coenosus sit, propter aquas (ut opinor) calidas, quæ ea parte in mare influvunt, difficile dictu est, quanto labore receptis in foros Graecis, graues viris & armis naues ex ea cœni voragine exemerint: Et ab Atheniensibus quidem ad hunc modum Graeci seruati sunt: At Galli montis angustiis superatis, nihil sua magnopere existimantes interesse, alia opida capere, in Delphos & Apollinis donaria, cupiditatis suæ omnem conatum converterunt. Et illis quidem, & Delphi, & Phocenses, & ex aliis Parnasi vrbibus multi in unum congregati, accitis Aetolorum copiis, quæ gens per ea tempora iuuentutis robore præstabat, instructa acie occurrerunt: Ut verò ad manus ventum est, & crebra de cœlo fulmina, & sponte auulsa de Parnaso saxa diuinitus Gallorum aciem percussisse memorant: Adiiciunt miraculo, armatos tris terribili specie cōtra eos stetifescorū duos usque ab Hyperboreis Hyperoch-

perochum scilicet, & Hamadocum venis-
se, tertium Pyrrhum fuisse aiunt Achil-
lis filium: Quò factum vt annua paren-
tatione ex eo Delphi gratiam Pyrrho re-
tulerint, cum antea eius sepulchrum tan-
quā hostis, nullis honoribus vñquā dignū
putassent: Sed Gallorum magna pars in
Asiam classe transuesti, ad illud vsque
tempus maritimam eius partem popula-
tionibus infestam reddiderunt, quo Perga-
meni, qui eam quæ olim Theutrania ap-
pellata est, regionem tenent, eos longe
à mari fugatos, in finitimam partem,
quæ nunc Gallogræcia dicitur, compule-
runt: Vbi illi Ancyra Phrygum oppido
occupata, supra Sangarium aminem con-
federunt. Eam yrbum Midas Gordij filius
condiderat, & ad meam sanè vsque æta-
tem permanxit anchora ab eo inuenta in
Iouis æde: Et fons ille, quem Midæ no-
minant, monstrabatur, in quem vinum
infudisse Midam, vt Silenus captaret, vul-
go creditum est. Neque verò Ancyram
solum, verum & Pessimum ad mon-
tem Agdistin, nobile Atys tumulo oppi-
dum ceperunt. Sunt adhuc apud Perga-
menos Gallorum spolia, & pictura eorum
testis, quæ in Gallos gesserent. Quam verò
Pergameni incolunt terram eam Cabiris
sacram

sacram fuisse perhibent: Se ipsi ex eo Ar-
cadum numero esse volunt, qui cum Te-
lepho in Asiam traiecerint. Bellorum ve-
rò (si quæ forte alia gesserunt) ad alias
gentes fama fortassis non peruersit. Tria
certè præclara rerum gestarum monumen-
ta reliquerunt, quorum illud primum
fuit, quod inferioris Asia imperium ade-
pti sunt: Alterum quod Gallos, ex eo,
quem prius occuparant, loco cedere coëge-
runt: Tertium quod Thelepho duce cum
Agamemnonis copiis manum conserere
auit sunt, cum Græci per locorum infici-
tiā ab Ilio aberrantes, è Myorum agro
Troianum illum esse rati, prædas agere ag-
gressi essent. Sed ad id redeo, vnde est hi-
storia ab initio digressa. Quingentorum
curiæ proximus locus est, qui Thoclus di-
citur, vbi Prytanes rem diuinam facere
consueuerunt: Quo in loco non sanè ma-
gna sunt aliquot ex argento signa. Paulo
verò superius heroum eorum statuae pos-
itæ sunt, à quibus recentiora nomina Athe-
niensium tribus acceperunt. Qui certe tri-
buum numero auxerit, vt decem pro qua-
tuor essent, nouāque nomina pro priscis
imposuerit, id sanè ab Herodoto traditū
est. Ex Eponymis autem (sic enim appellan-
tur à quibus tribus nomina sumpse-
runt)

runt: vñus est Hippothoon Neptuni filius, ex Alope Certionis filia: Alter Antiochus Herculi è Meda Philantis genitus: Tertius Ajax Telamonis filius. Ex Atheniensibus Leo, quem filias ex oraculo pro salute publica deuouisse ferunt. Habet & inter eos locum suum Eretheus, qui Eleusinios prælio vicit: Eorumque ducem Immoradum Eumolpi filium interfecit. Ad hos Aegeus, & Pandionis nothus filius Oeneus: Et ex Thesei liberis Acamas. Vidi etiam Cecrops statuas, & Pandionis inter eos à quibus tribuum sunt cognomina, sed utris eorum honorem habeant, non plenè dixerim: Regnauit enim & Cecrops maior, quicum Actei filia nupta fuit, & minor Erechthei filius Pandionis nepos, pronepos Erichthonij, à quo est in Eubœam Colonia deducta. Regnauit etiam Pandion Erichthonij, & alter minoris Cecrops filius, qui cum filiis à Metionidis regno pulsus, cum ad Pylam Megarenium regem, cuius filiam in matrimonio habebat, confugisset, morbo confessus illic diem suum obiit. Estque eius mari vicinum monumentum eo in loco Megarenensis agri, qui ab Atheniensibus Mergiscopulus est appellatus. At filij rursus eius Metionidis Megaris, Athenas reuersi sunt

funt: Vbi regnum maximus natu Aegeus obtinuit: Et Pandion quidem non satis a quo faro eduxit filias: neque filios, qui suas persequentur iniurias, ullos reliquit. Thraci certe regem, quo opes suas firmaret, sibi affinitate deuinxerat: Sed sati vim effugere, nulla possunt homines ratione. Nam cum Tereus, cui nuptum Progne data fuerat, Philomelæ eius sorori contemptis Græcorum legibus, vitium obtulisset & puellæ insuper corpus ferro violasset, mulieres ad sceleris poenam expetendam prouocauit. Pandioni vero & altera nobilis est in arce statua: Et hi quidem sancti priisci homines, à quibus Athenenses tribubus nomina inuidierunt. Natu autem multo inferiores & alij sunt: Attalus scilicet Mylus, & Ptolemaeus Aegyptius, & penes quem astate mea imperium est, Adrianus, qui & deos vñus omnium religiosissimum colit, & populorum, qui ipsi parent, felicitati maximè consulit: Is bellum omnino nullum, nisi iuuitus, suscepit. Hebraeorū duxaxat, qui supra Syros sunt, defecitionem vñus est: Quæ sanè Dis templa vel exercit, vel donariis & operibus exornarit. Quæ item vñro Græcis, quæque rogatus Barbaris dona ciuitatib⁹ dederit, Athenis in communī deorū omnium templo conscripe

scriptum est. Attali verò & Ptolemæi rerum gestarum memoriam, cum vetustas magna ex parte aboleuit, tum eorum negligentia interiit, qui ut eam literis mandarent, cum illis vixere: Quamobrem mea interesse duxi, & quas res gesserint, & quemadmodum ad eorum maiores, Mysonum, & Aegyptiorum, finitimarumque gentium imperium peruererit, expōnere. Ptolemaeum quidem Macedones, re Philippi Amyntæ filij, verbo, Lago filium fuisse existimant: Eius enim matrem utrum ferentem à Philippo, Lago uxorem datam ferunt. Hunc & alia in Asia præclara facinora gesisse memorant: Et Alexandre in Oxydracis periclitanti, præ cunctis regis amicis, auxilio fuisse. Eundem etiam Alexandre mortuo, iis qui ad Aridæum Philippi filium regnum deferebant acriter restitisse, regnumque in plures partes diuidendi authorem in primis extitisse: Quo tempore ipse in Aegyptum profectus, Cleomenem quem Aegypto præfecerat Alexander, quod Perdicæ studebat, sibi suspectum occidit: Atque is Macedonibus, quibus negotium datum erat, ut Alexandri cadauer Aegas reportarent ut sibi illud traderent persuasit: acceptumque Macedonio ritu Memphi condidit, nihilq

nihilq; omnino dubitans bellum sibi Perdiccam illaturū, Aegyptum præsidis firmavit. Perdiccas verò ad specieē quandam, in exercitu Aridæum Philippi filii, & Alexander puerum, Alexandro & Roxane Oxyartæ filia genitum habuit: Quasi vero illis regnum vindicaret, cum retamen Aegypti regnum Ptolemæo eripere conatur: Verum ex Aegypto pulsus, amissa magna ex parte existimatione, quam in bellicis rebus consecutus fuerat, & in magnam apud Macedonas inuidiā adductus, à satellitibus suis imperfectus est. Ptolemaeum Perdicæ cædes ad res gerendas excitauit: Siyam igitur statim, & Phœnicen imperio suo adiecit, mox Seleucū Antiochi filium, ab Antigono eiectum, ad se confugientem in fidem recepit. Ad hæc in Antigonus & Cassandraum Antipatri filii, armis eorum se impotentiam persecutum professus, bellum mouit: Lysimachū Thraciæ imperatorem facile ad societatem induxit, cum & Seleuci fugam commemoraret, & Antigoni opes cunctis formidolosas fore, si quid amplius creuissent, moneret. Interea Antigonus bellum utique apparabat, belli tamen fortunam tentare prius non est ausus, quād auditæ Cærenæorum defectione Ptolemaeum

in Libyam mouisse renuntiatum est. Tunc enim & Syros, & Phoenicas primo impetu in potestatem suam redigit, quibus cum Demetrium filium, illum quidem peradolescentem, verum summa virtute & spe iuuenem, praefecisset, ipse in Helespontum rediit: Sed antequā traiieceret, cum audisset à Ptolemaeo Demetrium prælio superatum, retro copias egit: Demetrius non proflus tota prouincia hosti cesserat, quin & Aegyptiorum non magnam vtique manum insidiis oppresserat: Appropinquatē Antigonum Ptolemæus nō expectandum ratus, in suum se regnum recepit, Hyeme verò acta, Demetrius Cyprū cum classe profectus, Menelaum primum Ptolemæi præfectum nauali prælio, deinde Ptolemæum ipsum proprius accendentem vicit: Mox in Aegyptum fugientem persecutus terra Antigonus, mari Demetrius urgebat. Ptolemæus omni ex parte periculo circumuentus, præslidio tamē ad Pelusium cōstituto, triremibus ē flumine in hostem deductis ita restitit, ut suum sibi regnum facile tutatus sit. Antigonus quidē ex presentium rerum difficultate, occupandi Aegyptum, spem omnem abiecerat: Demetriū tamen cum ingenti exercitu, & nauibus multis contra Rhodios misit, ut qui se redacta

dacta in potestatem suam insula, opportunno aduersus Aegyptios propugnaculo vsu rum speraret: Sed Rhodij cum ipsi per se bellica virtute, & operibus, ac machinis acriter obsistebant: Tum illos Ptolemæus omni ope, copiisque suis riuabat. Antigonus igitur æque Rhodiensi, ac prius Aegyptiaca expeditione infeliciter tentata, nō ita multo post contra Lysimachum, Cassandraum, & Seleucum acie dimicare ausus, magnam exercitus partem amisit: Ac postea belli aduersus Eumenem diuturnitate confectus è vita decessit. Ex omnibus autem, qui Antigonum oppugnarunt regibus summa fuisse impietate Cassandraum iudico: Qui cum Antigoni opera Macedoniae regnum conseruasset, non dubitauit viro optimè de se merito bellum inferre. Antigono verò mortuo, Ptolemæus Syriam & Cyprum iterum subegit, Pyrrhūmque in Thesprotidem Epiri reduxit, & per Magan Berenices, quam tuū in matrimonio habebat, filium Cyrenē, quæ à se descuerat, quinto post defensionem anno recepit. Quod si Ptolemæus re vera Philippo Amyntæ filio genitus est, intemperantem usque ad insaniam in mulieres amorem, à patre nimirum ei quasi hæreditarium fuisse facile credipo-

t^est. Cum enim Euridicen Antipatri filiam vxorem duxisset, ex eaque liberos etiam suscepisset, Berenices nihilominus (quam Eurydicæ comitem in Aegyptum Antipater miserat) amore captus, filios ex ea quoque genuit: Ex iis Ptolemaëum iam prope moriens, sibi regni successorem declarauit, à quo Atheniensibus tribus vna est. At hic etiam Ptolemaeus Arisnoës germanæ sororis amore victus eam sibi matrimonio adiunxit: Atque id non sanè ex Macedonum, sed Aegyptiorū, quibus imperabat, lege fecit. Minorem autem fratrem Argæum infidias sibi comparrantem (vt fama est) interfecit. Idem etiam Alexandri cadauer è Memphi deportandum curauit. Alterum quoque fratrem ex Euridice natū, cum' ab eo Cyprios ad defctionem solicitari persensisset, de medio sustulit: At Magas eius ex eadem quidem matre frater, patre vero Philippo, Macedone illo quidem, sed ignobili & populari genitus, cum Cyrenæis, quibus à Berenice præfектus fuerat, vt à Ptolemaeo deficerent, persuasisset, in Aegyptum cum exercitu mouit. Ptolemaeus cum arditus ex omni parte munisset, se ad Cyrenæorum impetum sustinendum parabat: Sed ubi Magæ in itinere de

Mar

Marmaridarum (ea Libyæ Nomadum gens est) defectione est allatum, Cyrenas agmen retro agere conatus est. Quòd cum illum persequi Ptolemaeus conaretur, id ei fuit impedimento, quod cum ad sustinendum Magæ impetum, & alios mercenarios milites, & Gallorum quatuor ferme milia conducta haberet: Et eam manum comperisset, de Aegypto occupanda consilia inire, eos in desertam insulam per Nilum deduxit: Eo in loco ad unum omnes, cum mutuis confosci vulneribus, tum fame enecti peridere. Magas vero cum Apamen uxorem duxisset, Antiochi filiam, socero persuadet, vt violato fædere, quod eius patri Seleuco cum Ptolemaeo ictum fuerat, in Aegyptum inuadat: Quod cum Antiochus comparato exercitu moliretur, Ptolemaeus in omnes populos, quibus imperabat Antiochus, copias dimisit: Quæ imbecilliores excursiōnibus prædonum more, ac populationibus infestos redderent, validiores acie adorirentur. Quod sanè consilium, omnem in Aegyptū Antiocho profiscendi facultatem eripuit. Hic nempe ille Ptolemaeus est, qui (vt ante exposui) auxiliariam classem Atheniensibus contra Antigonum, & Macedonas misit, qua tamen te non ma

gnopere ad salutem Atheniensium profectum est. Huic filij ex Arsinoë non sane sorore, sed ea quæ Lysimachi filia fuit, nati sunt. Nam soror, quam sibi matrimonio iunxerat, antequam pareret, diem suum obiit, à qua Arsinoëtes regio cognomen accepit. Postulat autem locus, ut etiam quæ ad Attalū pertinent, exponantur, cū & ipse ex eorum numero sit, à quibus Atticis tribubus cognomina indita sunt. Vir fuit Macedo Docimus nomine, unus de Antigonici ducibus, qui se postea, opésque suas omnes Lysimacho tradidit: Hic Philetærum Paphlagonem eunuchum habuit, à quo quæ gesta fuerint, cū defecisset à Lysimacho, & quemadmodum Seleuci partes fuerit secutus, inter ea inserá, quæ de Lysimacho fuerint commemoranda. Hic autem Attalus, Attali quidem filius fuit: Regno vero, quod Eumenes frater Philetæro concesserat, sui patruelis potitus est. Is omnium quæ gesit, maximum illud fuit: Quod Gallos in eam, quam etiam nunc tenent terram à mari confugere coegerit. Iam secundum eorum ducem unde tribus appellatae sunt, statuas, signa deorum spectantur Amphiaraus, & Pax Plutonem puerum ferens. Ibidem Lycurgus ex ære, Lycophronis filius, & Callias, qui pacem

Athe

Atheniensibus (ut vulgo memorant) ab Artaxerxe Xerxis filio, confecit. Demosthenes etiam, quem in Calauream, quæ insula iuxta Troézenen est, Athenienses exilijs causa concedere coegerunt: Reuocatumq; paulo post, iterum post Lamiacam cladem in exilium misere: Quo tempore, in eandem insulam reuersus, hausto veneno, interiit. Hunc ex omnibus Græcis exilibus, unum ad Antipatrum, & Macedonas non traxit Archias. Thurius erat Archias patria, negotiorum is planè valde inhumatum suscepérat. Nam omnes qui ante cladem à Græcis acceptam in Thessalia Macedonibus aduersati fuerant, captos ad Antipatrum poenas daturos trahebat. Huc igitur Demosthenis nimius in patriam amor evasit. Quo mihi illud præclarè dictum videtur, Homitem nimis reip. administrationi deditum, & populari aura fidentem, haud unquam feliciter diem extremum claudere. Prope Demosthenis statuam, Martis est delubrum, in quo duo sunt Veneris signa. Martis Alcamenes, Mineruæ signum. Parius vir fecit, Locrus nomine. Ibidem est etiam Bellonæ signum, Præxitelis filiorum opus. Ad templum astat Hercules, & Theseus, & Apollo tænia redimitus: Virorum autem statuæ sunt

c 4

Calades, quem legum latorem Athenenses perhibent: Et Pindarus, qui quod Athenienses carmine laudavit, & statuam, & alia meruit præmia. Neque longe sunt Harmodius, & Aristogiton Hipparchi interfectores, cuius facinoris causam, & modum alij explicarunt, ex his aliquot Critias, antiquiores fecit Antenor: Has cum Xerxes, urbe capta, quam ciues deseruerant, cum alia præda asportasset, Antiochus postea Atheniensibus remisit. In theatri vero (quod Odeum vocant, quasi cætilenarium dicas) ipso vestibulo, Aegyptiorum regum sunt statuae: Quibus est omnibus idem Ptolemaei nomen, inter eos discrimen faciente cognomine: Namque alium Philometora, Philadelphum alium appellarent: Nam Lagi filio Soteris cognomentum Rhodij dedere. Philadelphus vero is fuit, cuius à nobis mentio, cum sermo' de iis esset, à quibus tribubus sunt nomina, facta est. Huic Arsinoës sororis apposita est statua. At qui Philometor est dictus, octauus est à Ptolemaeo Lagi filio. Id autem cognominis per illusionem natus est: Neque enim regum quisquam fuit vñquam ex omnibus, quem maiori mater odio prosecuta fuerit: Hunc enim maiorem quamvis

natu,

natu, regem salutari non est passa, & vt in Cyprus viuente patre ablegaretur, effecit. Cuius in filium acerbatis, cum alias fuisse causas Cleopatrae memorant, tum quod Alexandrum natu minorem sibi obsequentiorem fore sperabat: ob eamque rem, primum vt eum Aegiptij regem crearent, suadebat: Deinde cum repugnante plebe id assequi nequisset, in Cyprus Alexandrum misit, imperatoris quidem nomine, re vero, vt per eum Ptolemaeo formidolosior esset ipsa. Postremò ex omni Eunuchorum numero, quos amantissimos esse sui putabat, saucios in concessionem produxit, Ptolemaeum insimulans, & insidias sibi fecisse, & eunuchos vulneribus fecerat: Quare Alexandrini commoti, non multum obfuit, quin Ptolemaeum impetu facto opprimerent: Sed cum ille nauis se è periculo eripuisset, haud ita multo post, è Cypro reuersum Alexandrum, regem appellant. Digna autem facinore pœna Cleopatram consecuta est: Eam enim filius, quem suis ipsa consiliis ad regnum euexerat, peremit: Quo scelere detecto, cum ciuium metu aufugisset Alexander, Ptolemaeus in Aegyptum rediit, ac iterum regno poritus, Theobanis, quod ab ipso defecerant, bellum in-

c 5

tulit: ac tertiò à defectione anno in potestatem suam redactos, tam grauiiter multe auit, ut qui antè Græciæ ditissimas quæque ciuitates, Delphos etiam ipsos, penes quos erat sacrata deo pecunia, & Orchenios opibus superarant, nullum pristinæ fortunæ vestigium retinuerint. Ipsi qui dem Ptolemaeo non ita multo post mortbo consumpto, pro multis eius erga se meritis athenenses, & alia multa quæ nihil necesse est exponere, decreuerunt: Et æneā statuam cum Berenice, quæ sola illi è legitimo toro suscepta fuerat, erexerunt. Post Aegyptios vero reges, Philippo, & eius filio Alexandre statuæ positæ sunt: Quorum res gestæ maiores fuere, quam ut aliis de rebus susceptæ historiæ inseri debeant. Aegyptiis quidem regibus ad veri honoris monumentum tanquam bene de se meritis præmia sunt constituta: Philippo vero & Alexandre adulacione potius multitudinis. Nam & Lysimacho non tam eius ducti studio, quam temporibus consulentes, eundem honorem habuerunt. Fuit Lysimachus natione Macedo, Alexandri satelles, quem rex ira incensus, in eandem cum leone caueam coniici iusserrat: sed cū ab eo bestiam exanimatam intellexisset, virti perpetua admiratione virtutem pro-

fecu

secutus, eodem illum, quo optimum quem que è Macedonibus, loco esse voluit. Mortuo verò Alexandro ei Thraciæ parti, quæ Macedonia finitima est, imperauit: Quam Philippus etiam antè, & Alexander tenuerant. Est autem ea regio non sanè magna: Nam reliqua Thracia adeo hominum multitudine abundat, ut nisi forte Galliam excipias, cuius nationi hominum frequentia anteponi posse videatur: Quod in causa fuit, ut vniuersam ante Romanos nemo imperio suo adiecerit. Nunc autem & Thracia tota, & quicquid Gallici nominis est, Romano imperio paret: Sed Galliæ bene cultas tantum partes, quibus imperarent, dignas iudicantes: reliquas, quæ nulli usui visæ sunt, quod aut immodicis frigoribus, aut soli sterilitate laborarent, consultò missas fecerunt. Eius igitur Thraciæ partis compos factus Lysimachus, Odrysas primum bello est aggressus: Deinde in Dromichæten & Getas profectus, cum prælium initum esset cum hominibus & rei belliæ nequaquam imperitis, & numero multo superioribus, fuga se è summo periculo, in quod res suas omneis deduxerat, eripuit. In ea pugna Agathocles eius filius paterno ductu, militaris discipli-

næ

næ rudimentis tunc primum assuefcens à Getis captus est. Quare Lysimachus aliis etiam præliis nihilo secundioribus belli fortunā expertus, de summa rerum sollicitus, & quòd filius in hostium potestatem venisset, minime leuem cladem numerans, cum Dromichæte & Getis pace facta, illi, temporum necessitati obtemperans, & filiam despondit, & ea Thraciæ parte cessit, quæ translstrum est. Sunt qui non Agatoclem, sed ipsum Lysimachum ab hostibus captum fuisse dicant: Deinde ab Agathocle iis conditionibus quas diximus, fœdere cum Getis isto liberatum. Ut verò rediit Agathocles, Lyfandram Ptolemæi, qui Lagi filius fuerat, & Eurydices filiam, vxorem duxit: classe deinde in Asiam traiecit: & Antigoni regno capro, eam quam nunc quoque Ephesij mari proximam incolunt vrbem, condidit: in quam Lebedios, & Colophonios, eorum vrbibus euersis, deduxit: Eas verò vrbium excisiones Phœnix iamborum scriptor deplorat: Nam Hermesianacta, qui elegos scripsit, ad illud vsq; tempus superstite fuisse non crediderim. Neq; enim is in aliqua carminum suorum parte excisam Colophonem nō deflesset. At Lysimachus Pyrrhum quoque Acacidae filium bello

bello est adortus. Eius namque ab Epiro Profectione obseruata, cum sepe ille domo abesse consuisset, & reliquam Epitum hostilem in modum populatus est, & regum sepulchra violauit: Addit Hieronymus Cardianus (quod vt credam adduci nō possum) Lysimachum sepulchris disiectis, regum ossa dissipasse: Sed hic ipse Hieronymus ob id, quo in reges odio laborabat, hæc scripsisse creditur: Cum vnum tamen Antigonum multis idē, & haudquaquam debitissimis laudibus exornet. Nec vlli dubiū fuit haec illum de regū Epiri monimentis ad calumniam cōmentum: Quis enim crediderit hominem Macedonē sepulchra regum Epiri violasse? Nesciebat fortasse Lysimachus eos nō Pyrrhi solum, sed Alexandri etiam maiores fuisse: cum Alexander maternum genus ab Epiro, atq; adeo ab Aeacidis duceret. Argumento est præterea inter Pyrrhum & Lysimachum non multo post conciliata societas, nulla per bellum iniuria fuisse inter ipsos ad redditum in gratiam spem interclusam. Sed Hieronymus & alias habuit cū Lysimacho simultatis causas, & eā præculdubio maximā, quòd ille Cardianorū vrbe euersa, pro ea Lysimachiā in Isthmi Thracij Chersoneso condiderat: Et Lysimachus

machus quidem quantisper Cassander, eiūisque liberi regnarunt, à Macedonum amicitia nō discessit: Vbi verò Demetrius Antigoni filius regnum adeptus est, ne se ille prouocaret metuens, prior cōtra eum arma mouit. Nouerat enim paternum ei esse de promouendo imperio semper cogitare: Ut primum igitur illum in Macedoniā profectum, Alexandro, à quo aceritus fuerat, interēpto, eius regno potitum comperit: probabilē belli causam nactus, ad Amphipolim cum Demetrio congreſsus, parum absuit, quin de Thraciā quoque regno in dubium veniret. Quo tempore Pyrrhi auxiliis confirmatus, & regnum retinuit, & Nestiis deinde, ac Macedonum parti imperauit. Nam Pyrrhus cum exercitu veniens ex Epiro, dum Lysimachi rebus pro tēpore studeret, magnam Macedoniā sibi partem vindicarat. Verum cum in Asiam Demetrius contra Seleucum traieciſſet, quantisper nihil in ferior armis fuit Demetrius, in Lysimachi societate Pyrrhus perſtitit: Vbi verò Demetrius in Seleuci potestatē venit, dissoluta est inter eos amicitia. Bello itaq; vtrinque comparato, Lysimachus Antigono Demetrij filio, & Pyrrho magno prēlio superatis, & Macedonia vniuersa potitus est, &

est, & Pyrrhum in Epirum redire coēgit. Multæ verò, & magnæ solent ex amore hominibus existere calamitates. Hic enim Lysimachus cum natu iam gran dior esset: & cum ipse susceptis liberis fortunatus haberetur: tum verò Agathocli filio ex Lysandra liberi geniti esſent: Arsinoēm tamen Lysandrae sororem sibi matrimonio adiunxit: Eam, cum timeret sui ne filij, mortuo Lysimacho, in Agathoclis potestate esſent, de Agathoclis cāde consilia inisse ferunt. Sunt qui scriptum reliquerint Arsinoēn Agathoclis amore captam, cūmque ad obſequium adoleſcens pellici non potuiffet, ab ea per insidias de medio sublatum: Lysimachum, vbi tam audax facinus vxorem ausam cognouit, quod nihil tamen vehe mentius optaffet, ſupra quam dici poſſit gauisum. Eius itaque permifſū, interēpto Agathocle, Lysandra ad Seleucum pro fugit: Secum verò habuit filios, & fratres, qui dum ad Ptolemaeū confugerent, de rei atrocitate nuntium acceperant. Fugiētibus verò ſe comitem addidit Alexander, Lysimachi ille quidem, ſed ex Odrysia de uxore filius. Hi cum Babylonē perueniſſent, à Seleuco, ut bellum contra Lysimachum

chum susciperet, supplices contulerunt: Eodem vero tempore & Philetarus, cui omnis Lysimachi pecunia cōmilla fuerat, Agathoclen interfectum dolens, séque ob eam rem Arisnoë suspectum existimans, Pergamum supra Caycum occupat, atque inde per legatū se, pecuniāmque omnem Seleuco tradit. Quod ubi Lysimacho nuntiatum fuit, statim in Asiam traicit, ac bellum prior Seleuco infert: Collatis vero signis cum eo congressus, in ipso prælio, magna clade accepta occubuit: Eius cadaver à Lysandra multis cum precibus impetratum, Alexander Lysimachi filius ex Odrysia (vt ante dixi) sustulit, & in Chersonesum deportatum, sepulture mandauit: Eo sane in loco, quo nunc etiam inter Cardiā, & Paṣṭyan vicum, insignis tumulus extat: Et hæc quidem à Lysimacho gesta sunt. Apud Athenienses autem Pyrrhi etiam conspicitur effigies, cui cum Alexandro Magno sola generis propinquitas interessit: Nam Pyrrhus Aeacida Arybba filio, Olympiade vero Neoptolemi filia, Alexander genitus est: Neoptolemo & Arybba pater fuit Alcetas Tharypi filius. A Tharypo autem retro ad Pyrrhum Achillis, quindecim stobolis gradus numerantur. Is enim primus Ilio exciso, omissō

in

in Thessaliam reditu, in Epirum appulit, atque ibi Heleni vatis monitu consedit: Cui cum nulla ex Hermione proles esset, ex Andromache tres suscepti sunt filii, Molossus, Pielus, & natu minimus Pergamus: Ex eadem verò Cestrinū Helenus genuit, cum ei Andromache Delphis Pyrrho imperfecto nupsisset. Cum autē Helenus mortiens Molosso Pyrrhi filio regnum reliquisset, Cestrinus collecta Epirotarum manus, eam, quæ supra Thyamin fluvium est, regionem tenuit. At Pergamus cum in Asiam traiecerit, Ariū in Theutrania dominarem, singulari, de imperio certamine dimicans, occidit: Et urbibus, quod etiā nunc manet, ex suo, & Andromaches nomine cognomentum dedit. Andromache enim filium secuta est: Et ibidem utriusque adhuc extat heroicum monumentum. Pielus vero in Epiro mansit, ad quem potius quam ad Molossum Pyrrhus Aeacidæ, & maiores eius originem referunt. Fuit autem ipsum etiam Epiri imperium usque ad Alcetam, & Tharypum in unius potestate: Nam Alcetae filij inter se dissidentes, non prius concorditer regnarunt, quam aequaliter inter se regnum diuiserūt. Postea vero Alexandro Neoptolemi filio in Lucania extincto, Antipatri metu in Epi-

d

rum reuersum Olympiadē Aeacides Aryb
ba filius, cum aliis est officiis prosecutus,
tum verò eam suis copiis iuuit ad bellum
cum Aridæo, & Macedonibus gerendum;
atque id iuinitis etiam, ac sequi recusanti-
bus Epirotis. Olympias victoriam adepta
multa in morte Aridæo inferēda, plurā p;
ac magis nefaria dum Macedonas infecta-
tur, immanitatis exempla edidit. Quo mi-
nus cuiquam mirum fuit, eam paulo post
graues quidem, sed meritas sceleris & cru-
delitatis suæ Cassandro pœnas dedisse,
Eius certe inuidia Aeacidæ, quo minus
statim ab initio in regnum ab Epirotis re-
ciperetur, maximè obfuit: Nam cū æquis
iam, & placatis vteretur, Cassander illi ite-
rum est aduersatus: Ac pugna quidem in-
ter Philippum Cassandri fratrem, & Aeacidæ
Oeniadas cōmīssa, Aeacides ex vul-
nere non ita multo post de vita deceſſit.
Alcetam deinde Arybbæ quidē filium, &
Aeacidæ fratrem natu grandiorem, Epiro-
tæ regnare iuſſerunt, hominem planè im-
potentis iracundiæ, ob eāmque causam à
patre electum. Hunc cum regnum inisſet,
more ingenij sui furentem, ciues noctu
adorti cum filiis opprimunt, quo de me-
dio sublato, Pyrrho Aeacidæ filio regnum
reſtituunt. Ei ad regnum primum acce-
denti

denti Cassander bellum intulit, homini
peradolescenti, & ad refiſtendum non ma-
gnopere parato. At is Macedonibus in fi-
nes suos iam inuadētibus ad Ptolemaeum
Lagi filium se contulit, à quo mox accepta
eius in matrimonium filia, ex eadem qua
ceteri Ptolemaei liberi matre suscepta,
cum claſſe, & Aegyptiorum copiis est in-
regnum rediſtus. Regno igitur iam con-
ſtituto, in Corcyraeos primum arma mo-
uit, quorum cum insulam finibus suis ex-
aduerso ſitam videret, ne aliquando hosti-
bus pro statione eſſet, metuebat. Quas autem
à Lysimacho clades accepert, & quē
admodum pulſo Demetrio Macedoniæ ad-
illud vſque tempus imperarit, quo à Lysi-
macho pulſus eſt: Et Pyrrhi ſimul res ge-
ftas, quæ memoria dignissimæ viſæ ſunt,
dum de rebus Lysimachi ageremus, expo-
ſuimus. Græcorum verò neminē ante Pyr-
rhū bellum Rōmāno imperio intulisse,
ſatis conſtat: Nam neque Aeneas quidem
ipſe à Diomede, aut Argivis, qui Diome-
dem ſecuti ſunt, vlla eſt omnino pugna la-
cessitus Atheniensibus certe, & alias orbis
terræ partes, & vniuersam Italiam armis
oppimere cogitantibus, Syracusana cla-
des quo minus cum Romanis belli for-
tunam experientur, impedimento fuſt.

Alexander verò Neoptolemi filius, Pyrrhi gentilis, natu eo grandior, in Lucanis ante è vita excessit, quām potuerit cum Romanis signa conferre. Pyrrhus itaque primus omnium è Græcia aduersus Romanos ultra Ionium mare copias transpor tavit, à Tarentinis ille quidem accersitus: si enim cum bellum diuturnum cum Romanis gessissent, iamque se illis impares integereret, deuincta sibi prius beneficiis Pyrrhi voluntate, quod eum Corcyraeos oppugnantem naualibus copiis iu uerant, per legatos regi, ut socia arma secum iungeret, persuaserunt, Italiam dor centes toti Græciæ felicitate præstare, nec esse satis æquum se amicos, & supplicum more auxilia rogantes, iniquissimis temporibus suis deferri. Hæc exponentibus legatis Troiani belli euentus Pyrrho in mentem veniebat, ac spem concipiebat ex animi sententia omnia euentura, quando ipse ab Achille originem dicens, aduersus Troiae coloniam arma sumpturus esset: Ut verò primum in Italiam traiice re statuit, quæ hominis erat in rebus gerendis alacritas, naues statim longas instruxit, nauigiaque opportuna ad equos & milites transuehendos, ut præsto es sent, curauit. Libri extant non sanè illu strium

strium authorum, qui Rerum gestarum commentarij inscripti sunt: Quos dum lego, Pyrrhi cum alacritatem, quam in præliis præ se tulit: tum prouidentiam, qua se ad futuras dimicaciones comparauit, non possum non magnopere admirari. Nam priusquam Romani rescierint, in Italiam classe transmisit, & cum iam appulisset, non prius adesse cum Romanis animaduertere quām commissa cum Tarentinis pugna, se ille cum exercitu, in opinato ostendit, factoque repente im petu hostium (ut par fuit) agmen turbauit. Ac tunc quidem cum se Romanis haud quaquam acie parem esse integereret, ele phantos compararat, quos inter præliandum in illos immitteret. Belluas autem has primus ex Europæ principibus Alexander, Poro, & Indis deuictis in potestate habuit. Quo mortuo, & alijs reges, & plurimas Antigonous sibi comparauit: Pyrrhus in pugna quam cum Demetrio commisit, elephantos aliquot cepit. Ii cum ad Tarentum in medianum irrupissent aciem, non parum Romanos exterruere, plerisque aliud quām belluas esse existimantibus. Ebur enim hominum opere & arte priscis temporibus expoliti soli tum norant haud dubie multi: Bestias au

tem ipsas priusquā Macedones in Asiam traicerent, præter Indos, & Libyas, finitimosque illis populos nulli viderant: Quod ipsum ex Homero facile cōiicias, qui cum lectos, & opulentiorum domos ebore ornatas dixerit, belluæ tamen nupsiam mentionem facit: Quod si aut elephantem vidisset, aut de eo quid juam audisset, antiquius, opinor, duxisset hoc, quā Pygmæorum, & gruum pugnam commemorare. Pyrrum post hæc in Siciliā Syracusanorū auocauit legatio. Nam cum Carthaginenses classe in Siciliam inuulsissent, iamq; omnes Græci nominisvbes ad vastitatē redegissent, ac postremo ipsas Syracusas, quæ sola ciuitas adhuc incolmis erat, circumfederent: Pyrrhus de Syracusanorum legatis recognita, Tarentum, Italicāmque omnem oram missam fecit: In Siciliam verò cum transisset, primo statim aduentu Barbaris repulsis Syracusas obsidione liberauit. Deinde quamvis Carthaginenses nauali disciplina, quippe qui essent è Tyro Phœnices oriundi, Barbaris plane cæteris præstare intelligeret, cum illis tamen solis Epirotarum copiis fretus, configere non dubitauit: Epri certè ne post captum quidem Ilium, maxima pars aut mare norat;

rat: aut falsis lēscis vescebatur. Cuius mihi rei Homerus in Odyssea testis est.

Nec norunt cœrula Ponti,

Nec dapibus vescum salis admiscere saporem.

At enim victus nauali prælio, cum paucis, quæ à clade superfuerant natibus, Tarentum se recepit, ubi rebus suis vehementer attritus, de fuga (cum sibi per Romanos sine pugna discedere minimè licitum speraret) tale cœpit consilium. Et Sicilia post cladem acceptam reuersus, legatos cū literis ad Asiac reges, & ad ipsum Antigonum dimisit: Ab aliis pecuniam, ab aliis auxilia, ab Antigono verò utrumque exposcens: Cum legati reuersi literas ei reddidissent, Epirotarum & Tarentinorum principes in concionem vocat: Ibi quas acceperat literas non sanè recitauit, sed propediem affutura auxilia affit maut. Cum percrebusset igitur fama in Romanorum etiam exercitu, & è Macedonia, & ex Asia magna Pyrrho auxilia aduocate, nihil illi noui moliri ausi sunt. Pyrrhus verò ea quæ cōsecuta est nocte ad Epiri montes (quæ Ceraunia vocant) classe transuestus est. Mox ab Italica clade cum paululum conquiesset, milite confirmato, Antigono statim bellum indixit: Cum &

alia ei criminis daret, & illud maximè, quod suam dum in Italia cum exercitu esset, nulis missis auxiliis, spem frustratus esset: atque Antigoni quidem cùm proprias copias, tum Gallorum mercenarias primo impetu fudit, fugauitque, & ad maritimam usque urbes persecutus est. Ex ea victoria superiore Macedoniam, & Thessaliam in ditionem suam rededit. Prælij certè magoitudinem, & Pyrrhi victoriam declarat Gallorum scuta in Itoniæ Palladis templo, quod inter Pheras, & Larissam est, dictata, cum epigrammate huiusmodi.

Hos tibi Gallorum clypeos rex donat Itoni

Pyrrhus, ab audaci raptæ trophæa acie.

*Viribus Antigoni fractu, iam maxima in
armis*

Quæ fuit Aeacidum gloria semper erit.

Hæc quidem illic, in Dodonæi autem Iouis templo Macedonum scuta suspendunt, cum inscriptione.

Ditibus hæc Asia terris opibüsque potita

Iam premere audebant Hellada seruitio;

*Sacra Iouis templo, pendent qua affixa co-
lumnis*

Arepta Aemathüs scuta cruenta viris.

At enim cum parum abesset, quin totam Pyrrhus Macedoniam subigeret, & si vous erat omnium ad præsentes occasio-

nes

nes arripiendas paratissimus, Cleonymus tamen eum à Macedonia in Peloponnesum auocauit: Patria quidem Spartanus fuit Cleonymus: cum exercitu tamen in Lacedæmoniorum fines hostiliter inuasit. Eius rei causam, cù Cleonymi genus per- censuero, exponam. Pausanias, qui Gracis ad Plataeam dux fuit, Plistoanacta filiū reliquit. Hic alterum Pausaniam genuit, cuius Cleombrotus filius fuit: Is qui in Leuctrica pugna dimicans, aduersus Thebanorum duce Epaminondam, occubuit. Huic duo fuere filij Agesipolis, & Cleomenes: Mortuo autem sine liberis fratre, Cleomenes regnum obtinuit, qui Acrotatum maiorem, & Cleonymum natu minorēm genuit. Cum autem Acrotatus prius, nec multo post Cleomenes diem suum obiissent, inter Areum Acrotati filium, & Cleonymum de regno orta est cōtentio. Eius itaque rei causa régnum sibi quo iure, quâue iniuria Cleonymus vindicaturus, Pyrrhum in patrios fines induxit. Lacedæmonij quidem ante Leuctricam cladem, nullum unquam belli aduersum casum experti fuerant, eoque, se nunquam pedestri pugna victos, gloriabantur. Nam Leonidae, parta ferè victoria, quominus Persas ad internicionem deleret fatigati, longa

d 5

pugna militis robur defuisse asserebantur. Et quæ Athenienses Demosthene duce ad Sphaerteriam insulam gessissent, belli potius furtum quoddam, quam victoriam fuisse. Prima illis illata est in Boeotia clades: Alteram (qua maiorem in modum opes eorum afflictæ sunt) ab Antipatro, & Macedonibus accepérunt: iam tertiam eorum finibus calamitatē intulit, illatum insperantibus à Demetrio bellum: Cum verò iam quarto Pyrrhum cum infesto exercitu fines ingressum viderent, assumptris in societatem Argivis, & Messeniis, illi obuiam venere: Quos cum Pyrrhus prælio vicisset, parum omnino absfuit, quin eodem impetu urbem caperet: Sed cum agrum populationibus infestum reddidisset, prædámque inde magnam egisset, paululum temporis requieti dedit. Interea Lacedæmonij ad sustinendam se oppugnationem confirmarunt. Sed & Spartam ante Demetrio oppugnante præ altis fossis, & validissimis quibuscumque operibus munierunt: Quaque facilius aditu erat, propugnacula etiani excitarant. Dum hæc aguntur, Pyrrho Spartano bello occupato, Antigonus cum Macedonū urbes præsidiis, & munitionibus firmasset, in Peloponnesum copias duxit. Quippe qui sciret Pyrrhum

rum Lacedæmonie, & Peloponnesi parte subacta, in Epirum non statim redditum, sed in se, Macedonicumque nomen arma conuersurum. Cum autem Argis egressus in Laconicum agrum Antigonus exercitum esset immissurus, ei Pyrrhus fit obuius: Ibi initio prælio, victor Pyrrhus fugientes in urbem persecutus est: vbi, cum eius exercitus (vt fere fieri solet in diuersa abiisse, repugnantibusque acriter hostibus pro templis, eisdibus, & angportis, aliisque urbis locis, Pyrrhus à suis relatus esset, in capite vulnus accepit: Ferunt eum tegula iactu à muliere deiecta interiisse: Argivi verò non mulierem illam, sed Cererem assumpta mulieris forma fuisse, affirmant: Et hæc quidem illi de Pyrrhi morte: Quod & Leuceas prodidit, qui carminibus indigenarum res conscripsit. Est præterea Argis, quo loco Pyrrhus cecidit, ex oraculo Cereri erectum fanum, & in eo Pyrrus ipse sepultus est. Illud verò maximè mihi mirandum videri solet, omnes ex gente, & Aeacidarum nomine, divinitus oblata nece occubuisse: Achillem enim, vt Homerus memorie prodidit, ab Alexandro Priami filio, & Apolline interfectum: Pyrrhus certè eius filius oraculi iussu, à Delphis occisus est. Huic autem Aeacidæ filio, quale

& Argiui,& Leuceas dixerunt,mortis genus obtigit: De eius tamen cæde non satis constare scripsit Hieronymus Cardianus, quem scilicet cum rege viventem, in eius gratiam scribere,maximè fuit necesse. Nā si Philistus venia dignus habetur, qui cum Syracusas se restitutum iri speraret, multa Dionysij flagitia dissimulauit. Hieronymo certe multa ad Antigoni gratiam scribenti ignoscendum. Et hoc quidem Epitrotarum potentia euasit. Cum verò Athenis Odeum introieris, & alia spectatu digna, & Liberum patrem conspicies, iuxta quem fons est: hunc, quia per nouem aquā salientes diffundit, Enneacrunon vocant: Eum Pisistratus exornauit: Plutei quidem passim in urbe multi, hic autem unicus est fons. Tempa verò supra fontem Cereris, & Proserpinæ extructa sunt, in quorum altero Triptolemi signum est, de quo quæcunque dicuntur, mox, omisis qui de Deiope iactantur sermonibus, exponam. Inter Græciæ populos maximè de antiquitate, & deorum muneribus cum Atheniensibus certant Argiui, non aliter quidem, quam inter Barbaros cum Phrygibus Aegyptij. Memoria itaque proditum est, Cererem Argos venientem à Pelasgo hospitio acceptam, ibi ex Chrysanthide de si-

lia raptu cognouisse. Interea Trochilum sacrorum antisitem ab Agenore Argis pulsum in Atticam venisse: Cūmque Eleusine vxorem duxisset, Eubuleum, & Triptoleum genuisse. Hæc Argiui, Athenienses verò, & finitimi, Triptoleum Celei filium fuisse, qui primus frugum cultum, & sationem tradiderit, nihil dubitant. At Musæus carminibus (si modo ea Musæi sunt) Triptoleum Oceanum, & Terræ filium prodidit: Et Orpheus (quoniam & ea Orphei esse ut credam, adduci non possum) Eubuleo & Triptolemo Dya saulem patrem fuisse: Eos à Cerere frumenta serendi rationem accepisse, quod ex illis primum Ceres filiæ raptum cognouisset. Chœrilus Atheniensis in ea fabula, cui Alope nomen est, Cercyonem, & Triptoleum fratres fuisse, ex Amphiagonis filiabus, scripsit. Et Triptolemo Rharon, Cercioni Neptunum patrem fuisse. Longiore verò oratione conantem singula persequi: & omnia, quæ de templo, cui Eleusinio nomen est, commemorari possent, planius explicare: quædam me visa per somnum species deterruit. Adeagitur redeo, quæ literis mandare nulla religione prohibeor. Pro templi foribus, quo loco etiam Triptolemi signum est, bos-

ænea spectatur, ita ornata, ut victimæ quæ ad aram trahuntur. Ibidem sedentem videoas Epimeniden Goosium, quem cum in agrum exisset, in spelunca somno oppressum memorant, neque prius experietum, quam annos. xii. obdormiuerit. Postea vero, & heretcos versus fecisse, & cum alias urbes, tum Athenas iustrasse. Quod ipsum apud Lacedæmonios sedata pestilencia fecit Thales, Epimenidis tamen neque propinquus, neque ciuis, cum illum Goosium, hunc Göttrynum fuisse dicat Polymnestus Colophonius, in eo carmine quod de Thalete Lacedæmoniis fecit. Paulo hinc longius Euclæ, quod est, ac si illustris famæ dixeris, delubrum, à Persis, qui Marathonem occuparant, dictum. Nullam autem fuisse victoriam, quæ sint magis Athenienses gloriati, quam ea, quam ex Marathoniæ pugna sunt adepti, hinc præcipue ut credam adducor, quod Aeschylus, cum prope iam esset ut è vita decederet, qui de se ipso ante prorsus conticuerat: vir tanta in poësi nominis celebritate, cuiusque virtus natalibus præliis ante ad Artemisium & Salaminem enituerat, de Marathonia pugna, cum suum carmen ederet, in ipsa operis fronte suum & patriæ nomen inscripsit. Marathonium enim

nim saltum, & Persas qui illuc descendunt sue testes virtutis citat. Supra Ceramicum, & porticum, quæ Regia dicitur, Vulcani est fanum, in quo, quod Minervæ posicium sit signum, nihil sapè admiror, cum ad ea, quæ de Erichthonio vulgo traduntur, animum retero. Deæ vero signum, quod glaucos habeat oculos, Libicam de ea re fabulam comperio: Minervam Neptuni, & Tritonidis paludis filiam esse, atque ideo glaucos illi itidem ut Neptuno oculos esse. Non longè abest cœlestis Veneris delubrum, quam primi omium Afsyrii coluere, à quibus Paphijs in Cypro acceptum sacerorum ritum cum Phœnicibus qui in Palæstina Ascalonem urbem incolunt, Phœnices cum Cyteriis communicarunt. Athenis vero eam religionem induxit Aegeus, eum Veneris ira & sibi prolem non obregisse, & sororibus calamitatem immissam putaret. Quod ætate nostra extat deæ signum ex pario lapide, Phidia opus fuit. Sed Athmonensium apud Athenienses curia est: Eius curiales multo ante Actæum Porphyrona regnasse ferunt: Ab eoque, quod apud ipsos est, cœlestis Veneris templum dedicatum. Sed & alia multa longè diuersa ab iis, quæ comuni

muni urbanæ plebis opinione recepta sunt, per curias iactantur. Per gentibus verò ad eam porticum, quæ à picturæ varietate. Pœcile dicitur, Mercurius æneus in conspectu est, quem Forensem vocant: Propè porta est, ad quam trophæum ab Atheniensibus erëtum, iis nempe, qui Platarum Cassandri fraterem, cui ille equitatum suum, & conductitium militem commiserat, equestri certamine fuderunt. In ipsa autem porticu Atheniensium primum acies in Oenoë Argiui agri vico, aduersus Lacedæmonios invicta. Expressa verò rës est non ad pugnæ iam effervescentis effigiem, cum quisque pro se virtutis documenta dare contendit, sed accedere aduersæ acies videntur, & iam communis congrexi: In medio autem pariete Athenienses sunt Theseo duce cum Amazonibus dimicantes. Hæ verò solæ ex omnibus fœminis, nulla unquam clade deterreti potuerunt, quin belli nouam semper aleam subirent: Nam & Themiscyra capta, & copiis, quas contra Athenienses miserant, deletis, ad Troiam cum Atheniensibus ipsis, & uniuersis Græcis pugnarunt. Post Amazones, Græcos cernas Ilium excidentes, & reges ob Aiacis in Cassandram nefarium

rium facinus, in vnum congregatos: Quo in loco cum ipse Ajax, tum captiuarum agmen mulierum, & inter cæteras, Cassandra ipsa picta est. In extremo picturæ loco, sunt qui in Marathon aduersus Persas pugnarunt: Ibi ex Boeotis Platæenses: Et item Attici nominis omnes, qui cum Barbaris conflixerunt: Spectatur autem in pugnando par in vtraque acie alacritas. Quia in parte prælium commissum est, fugientes videoas Barbaros, & in ipsa fugæ trepidatione se temere in paludem prudentes: In ipso operis fine Phœnix naues sunt, & Barbarorum, qui in eas se coniecerant à Græcis facta cædes. Ibidem & Marathon heros est pictus, à quo campi nomen habent. Theseus quoque tanquam à littore soluens, Minerua, & Hercules. A Marathoniis enim Herculi primum (vt ipsi memorant) honores habiti sunt. Inter pugnatum imagines maxime illustres sunt Callichabrus, cui postea Athenienses imperium detulere. Inter duces Miltiades, & Echetlus heros, cuius posterius mentionem faciam. Eodem in loco ænei clypei infixi sunt, cum inscriptione, Scionæorum eos, & auxiliariorum esse: Qui verò pice obliti contra temporis iniurias sunt, eos & alia simul spolia, que ibi spectantur, de

Spartanis esse dicunt in Sphaeteria insula captis. Ante porticum statuae sunt æneæ. Solon in primis, qui Atheniensibus leges dedit. Non longè abest Seleuci statua, cui haud obscura prodigia futuram felicitatem significarunt. Cum enim ex Macedonia cum Alexandro prefecturus Pellæ Ioui sacrificaret, ligna aris imposta vltro ad dei simulachrum acceſſerunt, nullisque subiectis ignibus accensa sunt. Mortuo vero Alexandro, hic ipse Seleucus Antigonus Babylonum exercitu aduenientem timens, ad Ptolemaum Lagi filium confugit. Mox Babylonum reuersus, Antigoni exercitum fudit, ipsumque Antigonus occidit, ac deinde victum prælio Demetrium Antigoni filium cepit: Quæ cum illi omnia prosperè evenissent, ac non ita multo post Lysimachi opes corruissent, totius Asiae imperium Antiocho filio tradidit. Ipse magnis itineribus in macedoniā rediit: E Græcorum sanè & Barbarorum copiis Seleuci exercitus constabat. At Ptolemaeus Lysandræ frater à Lysimacho, ad quem antea confugerat, discedens, vir tanta in rebus gerendis alacritate, ut Fulmen sit cognomento appellatus, cum Seleuci exercitum Lysimachiam attrigisse certior factus esset, eum impetu facto ador

adortus fudit, & occidit: Omnem verò eius pecuniam cum regibus dii ipiendum tradidisset, Macedonia regno ipse potitus est. Deinde primus ex omnibus (quos ipsi nouimus) regibus, acie cum Gallis congregati auls, ab illis interfectus est. Macedonia verò regnum Antigonus Demetrij filius à se seruatum obtinuit. Seleucus cum quidem iustitia, & pietate reges omnes antecelluisse, facile adducor: Quippe qui Apollinis colossum Milesiis à Xerxe ademptum, & Ecbatana asportatum in Branchidas reportandum curauit. Et cum condita Seleucea ad Tigrin fluvium in eam Babylonios inquilinos deduceret, neque muros Babylonis demolitus est, neque Beli templum euerit, & Chaldaeis ut proxima templo loca inhabitarent, permisit. In foro, & alia sunt opera, quæ præcipuam quandam Atheniensium in dis collendis diligentiam declarant: Et misericordiaræ ara, cuius numini, quod magna habeat in tota hominum vita & casuum varietate momenta, soli ex omnibus Græcis singularem quandam honorem habent Athenienses. Neque vero illi maiorem quam ceteri in homines humanitatem, ac non in deos etiam religionem praefferunt. Est enim sua apud illos Pudo-

ri, Famæ, Alacritati ara. Quanto verò cæteris deorum cultu prætent, secunda, qua in præsentia vtuntur fortuna, argumento esse potest. In gymnasio, quod Ptolemæus à conditore nuncupatum, à foro non longè abest, lapides sunt (Hermæ nominantur) qui spectentur sancè digni. Ptolemæi quoque ex ære statua. Iubæ etiam Libyci, & Solensis Chrysippi. Proximum gymnasio est Thesei templum, in quo hæc picta sunt. Atheniensium contra Amazonas pugna, que & in Mineruæ Clypeo, & in Olympijs Iouis basi incisa est. Picta ibi etiam est Centaurorum, & Lapitharum rixa, vbi Theseus Centaurum occidens, spectatur, cum inter alios æ quo Marte pugna committi videatur. Quæ in tertio inest pariete pictura, non satis iis, qui, vt res gesta sit, non didicerint, cognita esse potest: Cum & vetustas multa aboleuerit, & Micon non fuerit pingendo totam rem persecutus. Minos cum Theseum, cæteramque puerorum manum in Cretam abduceret, amore Peribœæ captus est, cuius cum Theseus libidini aduersaretur, & alia in illum ira incensus, maledicta consultit, & Neptuni filium esse negavit. Quod quam habebat cælatam gemmam, in mare si abiecisset, non esset eam ad se re

reportatus: Vix ea locutus, gemmam dicitur abiecerit. Theseum verò memoriāt cum ea, & corona, quam ab Amphitrite dono acceperat, è mari emersisse. De Thesei autem morte multa planè inter se discrepantia traduntur: Aiunt enim eum à Plutone victum, non prius dimissum, quam ab Hercule solueretur. Illa veri multo similiora aliquando audii: Theseum in Thesprotidem, vt regis vxorem raperet, venisse cū Piritheoo(is enim quærendæ sibi vxoris cupiditate nimia impulsus, arma ceperat) Exercitus verò magna parte amissa, à Thesprotorum rege in vincula ad Cichyrum coniectum. In Thesprotide quidem & alia valde, quæ spectentur digna sunt: & Iouis in Dodona templum, sacrâque ei fagus. Ad Cichyrum Acherufia est palus. Acheron amnis, & Cocytus prætersluunt, aqua insuauissima. Quæ loca cum vidisset (vt opinor) Homerus multa ex illis in suum de inferis poëma, transtulit, & ipsa etiam carminibus annuum nomina inseruit. Cum verò in vinculis adhuc Theseus detineretur, Aphidnæ cum exercitu Tyndari filij adorti capta virbe Menestheum in regnum restituerunt. Et Menestheus quidē Thesei liberis quo minus se ad Elephenorem in Eubœam re

ciperent,nihil obstat: Sed cum Theseo, si
vñquam è Thesprotide redisset, fore se opibus
multo inferiorem intelligeret, multis obsequiis populo sibi conciliato obtinuit, ne rediens reciperetur. Missus itaque ad Deucalionem in Cretam,cum aduersa tempestate in Scyron insulam delatus esset, à Scyriis,cum ob generis claritatem, tum ob rerum præclarè gestarum magnitudinem,benignè acceptus est. Quæ res effecit, ut cum Lycomedes per insidas de medio tollendum curaret. Theseo verò templum Athenis dicatum est, non multo post Marathonem à Persis occupatum. Quo tempore Cimon Miltiadis filius, Thesei mortem vltus,Scyron deleuit, ciùs que ossa Athenas reportauit. Castorum exin templum perantiquum est, in quo ipsi iuuenes equis insidentes spectantur. Hic eorum res gestas Polygnotus pinxit. Et Leucippi filiarum nuptias. Micon verò eos, qui Colchos cum lasone nauigarunt, omnium autem accuratissimè Acastum, ciùs; equos fecit. Supra Castorum Aglauri lucus est:cui, & Herse, ac Pandroso sororibus, Mineruam aiunt Erichthonium in cista abditum, commisisse, admonitis, ne quid intus esset, curiosè inspicerent. Pandroson quidem paruisse ferunt: Soro-

res verò cistam resignasse, visoque Erichthonio,furiis agitatas, se de arcis maximè prærupto loco præcipites misisse: Ea fāne parte,qua Persæ irruptione facta ex Atheniensibus eos, qui se quām Themistoclen oraculū acutius intellexisse arbitrati,arcē ligneis operibus munierant, ceciderunt. Proxime abest Prytaneum,in quo Solonis leges perscriptæ adseruantur. Signa verò deorū ibi posita, Pacis, & Vestæ. Virorum imagines,cū aliorum tum Autolyci Pácratiaſtæ. Nam Miltiadis, & Themistoclis statuas,priori abolita inscriptione, Romano & Thraci homini attribuerūt Hinc ad inferiores urbis partes descendētibus Serapidis fanū se ostēdit,cuius religionē à Ptolemaeo Atheniēs acceperunt. Apud Aegyptios autē cōplura sunt eius dei tépla, sed omnī clarissimū habēt Alexandrinī: Antiquissimū Mēphitici: Quo neq; exteris hominibus, neq; sacerdotibus ipsis aditus patet, priusquā Apim bouem humarint. A Se rapidis fano non longe abest locus, vbi primum Pirithoum, & Theseum sociate inita, memoria traditum est, Lacedæmona, & deinde in Thesprotiden profectos. Proximo olim loco erectum fuit Lucinæ templum, quam ex Hyperboreis Delum venisse memorant, ut parturienti

Latonæ opem ferret: E Delo verò ad alias gentes Lucinæ nomen peruaississe. Ac Delij quidem Lucinæ diuinam rem faciunt, & ad eius aram hymnum Olenis cantant. Cretenses incolæ Gnosiaë regionis ad Amnisum eam genitam putant: Iunonis filiam fuisse: Soli autem omniū Athenienses deæ signa usque ad imos pedes velant: Eorum duo è Creta aduecta Phædram dedicasse: Tertium omnium antiquissimum, ab Erisichthonè è Delo deportatum, forminæ aiebant. Olympij verò Iouis templum Adrianus imperator dedicauit: Et in eo signum, quod magnitudine cum Romanis, & Rhodiensibus colossis conferri possit. Videas ibidem, & alia signa ex ebore & auro, in quibus æque artem, ac magnitudinem admirere. Sunt & duæ Adriani statuæ ex Thasio: Totidem ex Aegyptio marmore: Ad templi verò columnas, vrbium, quas colonias Athenienses appellant, ex ære erecta sunt simulachra. Est autem totius templi ambitus stadium amplius quatuor, neque eius vlla pars statuis vacat: Singulæ enim vrbes in eo, Adriano statuam posuerunt: Quas omnes Athenienses longo intervallo superarunt, erecto eidem mirandi operis colosso in postica templi parte. In eodem

dem ambitu vetera sunt, Iupiter æneus, Saturni & Rhei delubrum, & lucus, quem Olympiæ nuncupant: Ibi in cubiti ferè altitudinem solū subsidit, quæ post Deucalionis eluisionem, aquam defluxisse memorant: In eum hiatus, quottannis è melle, & triticea farina polentam porrificunt. In columna est Isocratis statua: Is tria reliquit præclaræ actæ vitæ monimenta. Primum perseuerantia, quod, cum octo & nonaginta annos vixisset, nunquam discipulos habere desiit. Alterum modestia, quod semper fuit à publicis, negotiis & curis seicutus. Tertium, quod sibi libertatem carissimam rerum omnium fuisse declarauit: Post acceptum enim de pugna ad Chæroneam nuncium, præ animi ægritudine voluntariam mortem oppetiit. Ibi etiam positi sunt è marmore Phrygio Persæ, æneum tripodem sustinentes, tam ipsi, quam tripos qui spectentur digni. Olympij quidem Iouis vetustissimum templum Deucalionem edificasse vulgo proditum est: Nam Athenis habitasse Deucalionem pro valde perspicuo signo habent sepulchrum eius, quod ab hoc ipso templo non longe abest. Adrianus verò & alia Atheniæ operæ exadificauit, & Iunonis, ac

Louis Panellenij templum, communemque omnibus diis ædem. Spectantur inter cætera opera, ut quæ maximè, columnæ centum & viginti ex Phrygio marmore, & ex eadem materia parietes in porticibus extucti: Et in iis cellæ, quarum lacunar auro, & alabastro præfulget. Signis ipsæ, & picturis vndique exornatæ. Bibliotheca est in eodem templo, & gymnasium Adriani cognomento, in quo columnæ centum è Libycis lapidicinis. Proxime Olympij Louis templum, Apollinis Pythij signum est: Et alia item Apollinis, quem Delphinium appellant, ædes. Ea cum ad fastigium perducta iam esset, aiunt incognitum adhuc Theseum urbem introisse talari palla, & coma eleganter cōposita: Atque ut primum ad Delphinij accessit, rogatum per illusionem ab iis, qui fastigium erigebant, quid ita nubilis virgo sola erraret, cumque nihil aliud respondisse, sed disiunctis à plaustris, quod in proximo erat, bobus culmen templi altius quam fabri statuerant, proiecisse. De ea verò urbis regiuncula, quam Hortos vocant, & Veneris in ea templo, signoque quod templo adstitit, figura, ut Herma quadrata, nihil fide dignum est ab Atheniensibus traditum. Epigramma autem

autem indicat coelestem Venerem esse, carum, quæ Parcae appellantur, natu maximam. Sed quod in horris signum Veneris est, Alcamenis opus fuit: Et inter ea, quæ Athenis cum admiratione spectantur, suū obtinet locum. Est etiam Herculis delubrum, quod Cynosarges dicitur: quod ab alba quidem cane esse appellatum, qui oraculum norint, nihil dubitant. Ibi aræ sunt Herculis, & Hebes, quam Louis filiam, & cum Hercule nuptam fama vulgavit. Alcmenes etiam ara & Iolai, qui multorum Herculis laborum comes fuit. Lyceum à Lycio quidem Pandionis filio nomen habet. Apollinis autem illud templum fuisse, & olim, & his etiam temporibus creditum est: Lyciumque inde primū Apollinem dictum. Termessenses quoque, ad quos Aegeum fugiens Lycius se recepit, ab eo Lycios appellatos memoraunt. Est secundum Lycij, nisi Megarenum regis monumentum, quem cum Minos interemisset, sublatum Atheniensibus eo in loco sepelierunt. De hoc quidē Niso fabula vulgata est, capillum purpureum habuisse, quo saluo, mori se non posse ex orculo cognorat. Ita verò accidit, ut cū Cretenes eius fines hostilem in modū adorti, & alia in Megaride oppida subitis incurcionib.

sionibus cepissent, & ipsum intra Nisæ
mœnia compulsum, obsedissent, Niſ filia,
Minois amore capta, crinem patri deton-
derit. Et hæc quidem sic propemodum nar-
rantur. Amnes in Attica nobiles sunt, Ilis-
sus, & in eum cadens Eridanus, eodem cum
Gallico Eridano nomine. Ilissus verò ille
est, ad quem Iudentem Orithyiam, Bo-
ream rapuisse, sibique matrimonio adiun-
xisse memorant. ob eamque cum Atheni-
ebus affinitatem, Barbarorum multas tri-
remes demersisse. Ilissum Athenienses, &
aliis Dis, & Musis sacrum putant, quarum
in eius ripis ara est, Ilissiadum Musarum
dicta. Non longè ab eo locus ostenditur,
vbi Peloponnesij Codru Melanthi filium,
Atheniensium regem interfecerunt. Vbi
Ilissum traieceris locū offendas, qui Agre
dicitur, & vepatricis Diana ædē. Ibi enim
primum cum ex Delo paulo ante in ea lo-
ca venisset, venationibus operam dedisse
Dianam ferunt, ob eamque causam eius
simulachro arcus additur. Quod iam di-
cam, non facile, qui audiunt, vt credant ad-
duci poterunt: Mirantur qui viderint, Sta-
dium est è candido marmore, ea magnitu-
dine, quem facile hinc coniicias. Supra Ilis-
sum mons est, is lunata forma ad annis ri-
pam recta dupli muro pertedit. Hoc sta-
dium

dium Herodes Atricus erexit, multumq;
ex Pentelicis lapidicinis in eo cōsumpsit.
E Prytaneo in viam descendas, quam Tri-
podas appellant, in qua surgunt deorum
delubra, & in his tripodes dicati, vnde no-
mē viæ est: Aenei iij sunt, in quibus insunt
memoratu digna, illustrium artificiū ope-
ra: Inter ea Satyrus, quo Praxitelem ma-
gnopere gloriatum ferunt. Nam cū Phry-
ne, cuius erat amator, ab eo sibi depopo-
scisset, quod esset eius operum pulcherri-
num, non sane renuit: Verum, quod ipse
de suis operibus iudicium facere pertina-
citer recusarat, hoc astu mulier expressit:
Eius seruus accurrens nuntiat, Praxitelis
officinā igni correptam flagrare, bonám-
que eius operum partem iam periisse, non
tamen adhuc omnia exulta: Exanimatus
Praxiteles, foras exiluit, & actum est, in-
quit, de laboribus meis, si Satyro, & Cupi-
dini flammæ non pepercerunt. Tum Phry-
ne eum bene sperare iubet, nihil enim tri-
ste accidisse, sed illum dolo cogere voluiſ-
ſe, vt quod pulcherrimum operum suo-
rum esse iudicaret, confiteretur: atque ita
sibi illa Cupidinem delegit. Libero verò
patri proximo loco dicatus est Satyrus
puer, poculum porrigenus. Amorem Libe-
ro ipsi assistentem Thymilus fecit. Est
etiam

eriam Liberi iuxta theatrum antiquissimum templum, intra cuius ambitum duo sunt delubra, & totidem Bacchi signa: Alterum Eleuthereus, Alcamenes alterum, ex ebore & auro fecit. Picturæ eodem in loco hæ sunt, Liber Vulcanum in cœlum reducens, qua de re hæc Græcorum fabulis vulgata: Vulcanum recens natu à Iuno ne abiectum, nihil verò illum iniurię oblitum, dono matri auream sellam misisse, cum occulis quibusdam vinculis, deam cum assedit, statim vinculis implicitam. Cum verò præterquā Libero patri fidem deorum nemini haberet Vulcanus, vino delinitum Liber in cœlum eum reduxit. Picti sunt etiam Pentheus, & Lycurgus suæ in Liberum temeritatis pœnas dætes. Ad hæc Ariadna dormiens, Theseus in patriam rediens: Et Bacchus ad rapiendam Ariadnam descedens. Non procul à Liberi, theatrōque ei proximo ædificium est, quod extructum feruot ad similitudinem Xerxis tabernaculi. Instauratum id quidem est: Vetusius enim illud Sylla captis Athenis cremauit. Syllanæ illius Athenarum expugnationis causa hæc fuit. Mithridates Barbaris ponti Euxini accolis imperauit: Quo verò nomine Romanis belum intulevit, quoque modo cum Asiam inuasif

inuasisset, alias eius vrbes vi in suam potestatem redegerit, alias societate sibi deuin xerit, qui cupiunt res à Mithridate gestas cognoscere, exquirant accuratius. Ego eantum, quæ ad Athenarum calamitatem pertinent exponam. Aristion quidem erat Atheniensis, quem consueuerat Mithridates ad Græcas ciuitates Legatum mittere. Hic cum Atheniensibus egit, vt in amicitia Romanis Mithridatem præferrent, ne mini tamen id præterquam de plebe seditionissimo cuique persuasit: Nam qui aliqua fuerūt existimatione, se ad Romanos vltro contulerunt. Commissa verò pugna multo superiores Romani fuere: nam in fugam versos Aristionem, & Athenienses ad vrbum, Archelaum verò, & Barbaros in Piræum persecuti sunt. Erat hic Archelaus unus ex Mithridatis ducibus, quem non multo ante Magnetes Sipyli incolæ incursionibus fines suos vastantem, multis ex Barbarorum agmine cæsis, vulnerauerant. Obsidione Athenienses cum virginentur, Taxilus Mithridatis dux, qui tunc forte Elateam in Phocide circunsedebat, excitus rerum earum nuntio, in Atticam copias suas traduxit. Id cum audisset Romanus imperator, copiarum partem ad vrbum obsidendam reliquit: ipse cum multo maiore,

maiore, Taxilo in Bœotis occurrit: Triduo post, in Romana castra vltro, citróque mis-
si nuncijs venere. Syllæ quidem Athenarum muros captos, obsidentibus verò Taxilum prælio ad Cheroneam victum. Syl-
la igitur vbi Athenas rediit, omnes, quos
sibi aduersatos nouerat, in Ceramicū con-
clusos, sorte decimum quemque ad suppli-
cium duci imperauit. Cùmque nihil omni-
no de sua in Athenienses iracundia remit-
teret, fugientes nonnulli, Delphos vene-
re: Quibus consulentibus nunquid fato
deleri Athenas necesse esset, respondit Py-
thia de vtre nescio quæ. Post hæc in illud
morbis genus Sylla incidit, quo Pherecy-
dem quoque Syrum consumptum accepi-
mus. Eius multa sane immania, & Roma-
no homine indigna in Athenienses facinor-
a memorantur, ex quibus tamen illi non
omnem existimo calamitatis causam ex-
titisse, sed violati supplicis vindicem deam
fuisse, Quòd Aristionem, qui in Minetuæ
templum confugerat, vi extractum, inter-
fici iussisset. Athenæ in hunc modum Ro-
monorum bello affectæ, imperante Adria-
no denuo floruerunt: In theatro Athenis
sunt tragicorum quorundam, & comico-
rum, eorum tameo minime illustrium, sta-
tuæ multæ: Neque enim præter Menan-
drum,

drum, quisquam ibi cuius celebre fuerit
nomen, aspicitur. Ex tragicis verò nobiles
positi sunt, Euripides, & Sophocles. Fama
est sub idem tempus, quo supremum diem
clauserit Sophocles in Atticam irrupisse
Lacedæmonios, eorumque ducem sibi vi-
sum Liberum patrem videre, mādantem,
vt nouam Sirenem omnibus, qui mortuis
haberi consueuerunt honoribus, prosequi
retur. Idem verò in quiete visum, Sopho-
clem & eius habuit poësin: obtinuit certè
consuetudo, vt nunc etiam poëmata, & ora-
tionum quodvis genus, in quo insit suaui-
loquentia, cum Sirenis cantu conferatur.
Aeschylus imaginem multo post eius mor-
tem, & picturam eam, qua eius ad Mara-
thonem virtus expressa est, factam puto.
Hoc autem ipse de se scriptū reliquit: pue-
ro sibi olim dum vuas custodiret, in agro
dormienti, Bacchum imperasse, vt tragœ-
diam scriberet: Séque cum primum illu-
xisset, dicto audientem periclitatum, quid
in ea re posset, omniāque se minimo ne-
gocio consecutum. In muro, quem Austra-
lem vocant, qui ab arce ad theatrum excur-
rit, Gorgonis Medusæ inauratum caput
inclusum est, ægis addita, in theatri verti-
ce specus è faxis arcem subit: In eo est tri-
pos, in quo Apollo, & Diana cernuntur,

Niobes filios de medio tollentes: Ego sāne Nioben ut viderem, in Sipylum montem ascendi. Silex, & prærupta crepido imminet, quæ prope assidenti, neque mulieris, neque lugentis formam ostentat. Qui verò procul aspicerit, mulierem lachrymantem & moerentem videre sibi videatur. In ea via, quæ à theatro in arcem ducit, Calus sepultus est, quē siboris filium, & discipulum cum Dædaluſ interfecisset, in Cretam aufugit: Atque inde ad Coca- lum in Siciliam. Aesculapij verò aedes, cum ob plurima ciuiſ, & ſiſorum ſignatum ob egregias picturas quæ ſpectetur dignissima: In ea fons eſt, ad quem Ha- lirrhothium Neptuni filium à Marte, cuius filia Alcippe vitium obtulerat, interfectum tradunt: Déque ea cæde primum capitis iudicium factum. Ibidem & alia complura & Sarmatica dicata eſt lorica, quam qui intueatur, nihilo quām Græcos ad artes excolendas Barbaros minus ſolertes putabit: Näm Sarmatis nulla ſunt ferri metalla, neq; ad eos aliunde ferrum importatur. Sunt enim hi præcunctis earum regionum Barbaris ab hominū commerciis alieniſſimi: ob eam igitur ferri penitiam, vimineis haſtarum cuſpidibus vi pro ferreis excogitarūt. Arcus & lagittas

tas ex corno habent, & carum item vimineas cuſpides: Catenas verò in quemcumque affeſuti fuerint hostium iniicien-tes, aduersis à curſu equis, laqueis implicatos ſubuerunt. Loricas hoc ferme modo faciunt: Magna equorum armenta habent, neque enim in partes terra deſcripta, priuatorum vſibus ſerrit, aut quidquam præter agrestem ſyluam fert. Compascua igitur tota regio eſt, & incolæ Nomadæ, id eſt vagi paſtores appellantur: Equis non ad belli munia ſolum utuntur, ſed ex eodem pecore & hostias diſ cædunt, & ſibi oibum comparant: Vngulas vbi legerint per purgatas, ac diſectas, ad ſimilitudinem ſquammarum draconis expoliunt. Quod si quis draconem non viderit, haud errariſi opus illud vngulis conſertum pi-neæ nucis adhuc viridis torulis ſimile eſſe putarit. Has itaque ſquamulas perforant, & equinis vel bubullis neruulis conſuunt, inde ſibi loricas concinnant: Quæ neque elegantia, neque firmitate loricis Græcorum inferiores ſunt: Ea namque tum cōminus, tum eminus percussæ, iectus, fulſtient: Nam linteæ lorice haudquam pugnantibus vtileſ, quod ferro vehe-mentius immiſſo peruiæ ſunt, ſed venato-ribus certo præſidio ſunt: In illis namque

Ieonum & pardorum dentes retunduntur: Et linteas quidē cum in aliis, tum in Grynnæ Apollinis templo dicatas videas, vbi lucus tam ex satiis arboribus est, quām ex iis, quæ solo odore & specie delectant. Post Aesculapij fanum, quā ad arcem iter est, Themidis delubrum surgit, & ante ipsum Hippolyti monumētum, quē diris confixum ē vita excessiſſe memorant. Norunt autem vel Barbari, qui Græcæ linguæ expertes non sunt, quæ de Phædræ amore, & nutricis audacis obsequio vulgata sunt. Est verò etiam apud Troëzenios Hippolyti tumulus, de quo hæc ipsi tradiderunt. Theseum cum Phædram ducturus eſſet, veritū ne qui gignerentur liberi, aut ipsi Hippolyto, aut illis Hippolytus imperaret, ob-eam rem Hippolytum Troëzenem ad Pittheum amādasse. Tum vt apud illum educaretur, tum verò vt in eius regnum succederet. Post hæc cum Theseus Palantē, & eius filios res nouas molientes occidisset, Troëzenem, vt de cæde purgaret, venisse: ibi tūc primū Phædræ visum Hippolytū, eiūsq; amore insaniētē, de morte sibi cōſcīcēda cōſiliū cepisse. Myrtus ad huc apud Troëzenios ostēditur, perterebratis vndiq; foliis: Eam sanè talem ab initio fuisse negat, sed ex amoris egrimonia Phædram

dram crinali acu folia transfixisse. Venetis popularis, & Suadelæ cultum induxit Theseus, cum in vnam ciuitatem ex agris Atheniensem populum compulisset: Eoū numinum vetera simulachra, mea quidem ætate, nulla extabant: Quæ nunc extant, artificum haudquaquam ignobilium opera sunt. Est & Telluris puerorum nutricis, & Cereris pubescentis templum. Cognominum verò causas à sacerdotibus qui sciſcitati fuerint, discent. Ad arcem vnicus est aditus, nam ex aliis partibus, aut præruptis rupibus, aut valido muro incingitur: Vestibula quæ Propylæa appellant, è candido marmore fastigia habent: Quo sanè opere hac ipsa ætate nihil aut ornatu, aut lapidū magnitudine præstantius. Equestres statuę quorum nam sint non habeo dicere, Xencophontis ne filiorū sint, an verò ad loci dunataxat decorem positæ. Ad vestibuli dexteram inuolucris Victoriæ facellū est: Qua ad mare prospectus patet, inde se Aegeum abieciſſe ferūt. Nam Theseum, aiunt, cum ad Minotaurum proficiseretur, virtuti suę nonnihil fidentem, patri affirmasse, candidis velis vſurum se, interempto si Minotauro rediifferset. Quod cum ob raptum Ariadnæ eſſet oblitus, Aegeū nigris velis conspectis, cum filiū periisse existimasset,

in mare se præcipitem dedisse: Et Aegei quidem apud Athenienses sepulchrum est, quod Aegei heroum dicunt. Ad laevam cella quedam est multis ornata picturis, quarum alis vetustate abolitis, adhuc extant Diomedes ē Lemno Philoctetæ sagittas reportas, & Vlysses ex Ilij arce Palladium surripiens. Ibidem & Orestes Aegisthum, & Pylades Nauplij filios obtruncans, qui Aegistho in auxilium venerant. Ad Achil- lis etiam tumulum dicitur maestanda Pollyxena: Quod consulto tanquam immane facinus pratermississe videtur Homerus. Nam & idem, cū euersam ab Achille Scyron memorię prodidisset, vixisse tamen in ea insula cum virginibus, quod alij poetæ plerique omnes scriptum reliquerūt, non dixit. Hac verò omnia Polygnotus pinxit: Addidit Vlyssem Nausicæ, & lauantibus cum ea vestem puellis assistentē, secutus nempe quæ de ea re finxit Homerus. Sunt & picturæ aliae, & Alcibiades cū eque stris ad Nemeam victoriae monumentis. Perseus etiam in Seriphon, ad Polydectē, Medusa caput portans. Quæ verò de Medusa fabulis prodita sunt, ea mihi de Atticis rebus scribenti cōmemorare nō libet. Inter eas picturas, ut puerū omittam hydrias portantem, & palæstritē, quæ Timæ-

netus fecit, Musæus est: Quem ex veterum carminibus cognoui Boreæ dono volitas- se: Quæ Musæi inscribuntur, ea Onoma- critum fecisse arbitror. Nam Musæi nihil extat præter hymnum in Cererem, quem Lycomedi fecit. In ipso verò arcis aditu Mercurij statuam, quam Propyléam appellant, & Gratias fecisse dicunt Socratem So- phronisci, cui inter homines sapientia pri- mas Delphici Apollinis oraculum detulit, cum id Anacharsi quidem Scythæ non tri- buerit, qui tamen eius laudis cupiditate ductus Delphos venit. Graci de se cū alia iactant, tum velò è suis maioribus septem fuisse sapientes, inter quos Lesbium tyrānum, & Periandrum Cypseli filium connu- merant: Sed profectò Periandro Pisistratus eiūsque filius Hippias humaniores, & sapientiores, omni etiam bellica, & ciuili laude superiores fuere: Præsertim verò priusquam Hippias Hipparcho intercep- to, & in alias cædis consciros, & in Leænā meretricem tam acerbè iracundiam exer- ceret suam. Eam etenim (dicam quæ antè literis mandata non fuerunt, ab Athenien- sis tamē vulgo credita) tamdiu diris cru- ciatis lacerauit, dum animam efflaret, quod scilicet Aristogitonis cum amica fuis- set, coniurationis eius, per quā occisus est

Hipparchus, ignaram non fuisse suspicabatur. Verum Athenienses Pisistrati filiorum tyrannide liberati, tanquam de se bene meritæ, æneam Leænam posuere, cui adiumentum est Veneris simulachrum, quod Calliae quidem donum, Calamidis opus fuisse dicunt. Proxime est Diitrepheis ænea statua, sagittis confixa. Hic Diitrephe, & alia, quæ fama celebrant Athenienses, gessit, & conductios Thracas, qui Demonsthene Syracusas iam cum classe profecto, serius quam oportuerat venerant, reduxit: Cumque ad Chalcidicum Euripum venisset, Mycalesum (ea autem Bœotiorum mediterranea vrbs est) nauibus expugnauit: Oppido verò capto, non tantum militaris ætatis viros, sed foeminas etiam ac pueros Thrases trucidarunt: Eius internitionis id mihi argumento esse potest, quod ætate nostra, quæ Bœotiorum oppida olim Thebani euertabant, ab iis iam restituta sunt, qui ex clade profugerant: ut dubitandum non sit, Mycalefios etiam reddituros fuisse, nisi cuncta planè ciuitas fuisse à Barbaris deleta. Illud certè non possum non plurimum mirari, Diitrepheis statuam sagittis confixam, cum satis constet, eo tempore solis ex omnibus Græcis, Cretenibus gentiliis teum sagittas fuisse. Locros quidem Opuntios

tios nouimus Persico bello graui armatura vlos: Quos ad Troiam cum arcu, & funda venisse scribit Homerus: Sed neque Malenses sagitarum vsum retinuerunt, quæ ipsum ante Philocteten ignorasse eos crediderim. Proxime ad statuam Diitrepheis posita sunt (neque enim libet minus clara persequi) deorum signa. Hygiæ, quam filia Aesculapij fuisse dicunt, & Mineræ, cui etiam Hygiæ, idest sospitæ, cognomentum. Ibidem est lapis non maior, quam ut parui hominis sedile esse possit. Super eo cum Liber in Atticam primum venit, queuisse Silenum memorant, maximos enim natu Satyrorum Silenos nuncupant. De Satyris autem, qui nam sint, ut aliquid certius quam ab aliis traditum sit, cognoscere, singula ex multis sum percunstatis. Narravit autem mihi Euphemus Car, se cum in Italiam nauigaret, ventorū impetu in Oceani extremas oras delatum: Ibi desertas esse insulas multas, quas agrestes homines incolant: Et ad alias quidem noluisse nautas appellere, cù & ante appulissent, & à quibus incolis tenerentur non ignorarent: Tunc verò tempestate appulsois insulas appellari Satyridas, incolas rufos esse, & caudas haud multo equinis minores infra clunes habere: Eos vbi primū hospites senserunt

prope adesse ad nauim concursu facto; nulla emissa voce, in mulieres, quæ in navi erat, manus iniecisse: Nautas vero pauefatos, Barbaram feminam exposuille: In eā Satyros irruentes, non eam tantum, quæ à natura viris exposita est, partem, sed aliam quamlibet petulantissimè appetiuisse. In Atheniensium arce, & alia memorata digna spectauit, & Lycium Myrenis æneum puerum, labellū tenentem: Myronis præterea Perseū, & eius in Medusam facinus. Ibidem est Brauroniae Dianaæ facellū: Deæ simulachrum Praxitelis opus est: Brauronia à Braurone curia dicta, ubi eius prisci operis signum est, quam Tauricam Diana esse dicitant: Equis etiam Durius ex ære ibi positus, quem machinam fuisse bellicā ab Epeo factam ad muros deiiciendos, fateatur necesse est, qui Troianos nolit stuporis ac stultitiae condemnare: Verum quoniam traditum est Græcorū fortissimum quemque in equum illum se abdidisse, conuenit equi ænei forma cum iis quæ de Troiano memoriae prodita sunt: Menestheus enim, Teucer, Thesei etiam filij ex equo erumpunt. Inter cæteras vero statuas, quæ posite secundū equum sunt, Epicharmi, qui se in armatorum cursu exercuit, imaginē videtas à Critia factā, Oenobij quoque preclarissimæ

clarissimæ actioni suus honos est. Hic enim scitum fecit ut in patriam Thucydides restitueretur, cuius, cum post redditum dolo fuisset peremptus, ad Melitidem portam sepulchrum est. De Hermolico vero pancratiaste, & Phormione Asopichi filio, quæ ab aliis scripta sunt omitto. Hoc vñ de Phormione non præteribo. Is cum & vita integritate, & maiorum splendore Atheniensium cuius par esset, ita accidit, ut ære alieno obrutus, in Paeanensem curia secederet, ubi cum à rep. sciunctus degeneret. Est ei tamen ab Atheniensibus classis imperii decretum, at enim Phormio se illud suscepturum, quod apud milites nondum ære alieno dissoluto, nihil esset autoritatis habiturus: Sed cum eum classi imperare Athenienses omnino vellent, omnē, quam debuit creditoribus pecuniam dissoluerunt. Eodē in loco Minerua est Marsyam Silenum cädens, quod cibias, quas ipsa abiecerat, sustulisset. Præter ea quæ hancenū recensui, Thesei pugna est contra eum, qui est Minois taurus appellatus: siue is homo, seu monstrū (quod iam fama obtinuit) fuerit. Multo certe dictu mirabiliora ætate nostra mulieres monstra pepererūt. Ibidem Phrixus est Athamantis filius, arie tē, à quo est in Colchos delatus, immolās, incert

incertum cui Deo: Verum coniicere possis eundē esse, quem Laphystiū nuncupant Or chomenij: Succisa Phrixus Græco ritu fœ mora dū torrentur, intuetur. Sunt & alia deorū signa, & Hercules angues (vt fabulis vulgatū est) necans. Minerua etiam de Iouis vertice prodiens: Et taurus Areopagitarum donū. Quæ verò dedicationis causa fuerit, multa quiuis suspicari possit. Diximus autem superius Athenienses deorum cultu, studiōque religionis, longe cæteras omnes ciuitates anteire. Primi enim Mineruā Erganem cognomento appellarunt. Primi mutilos Mercurios coluerunt: Idemque primi honorū Genio templū dedicarūt. Iam qui artificiū plurimi æstimat, hæc antiquissimi operis signa quæ intueatur habeat. Vir quidam est galeç innitens, Cleeræ opus, cui artifex idē vngues argenteos fecit. Est etiam Terræ, à Ioue imbræ implorantis, simulachrū: Vel quod Atheniensis aliquando pluuias desiderarint, vel quod tota Græcia soli siccitate laborarit. Ibi & Thymotheus Cononis, & ipse Conon positus est. Prognem filium tollere meditantem, & Irym ipsum dicauit Alcamenes. Primam etiam oleæ plantam Minerua, & Neptunus vndā proferens: ibi spectantur, & Iouis simulachrum, cui Polico cognomen

mentū. Leocharis opus: Cuius sacrorum ritus cū exposuero, causam tamen obscuram esse facile patiar. In Polie iouis ara ordeū tritico permistū apponunt, neque custodes adhibent: Bos ad sacrū comparata, dum ad aram accedit, fruges eas attingit: Ex sacerdotibus, is quem Euphonū, idest bouis per cussorē nominat, securim in illū iaculatus (hic enim sacri ritus est) fugiens abit: Qui astiterunt tanquam eū qui bouem percussit, non viderint, securim in iudiciū reā citant: Et hæc quidem, quo diximus modo peraguntur. In eo verò templo, quæ Parthenona appellant, ac testudinis ea parte, quæ Aquilæ dicuntur, signa posita sunt, ad Mineruæ natales pertinentia: In postico Mineruæ, & Neptuni de Attica certamē: Deæ signum ex auro & ebore factū, in galeæ cono Sphinx eminet: De ea, quæ memoriae prodita sunt, tunc exponam, cū ad Bæoto rum res ventū fuerit. Vtranquæ galeæ partem Gryphes tenent: Hos cum Arimaspiis, qui supra Issedones sunt, auri causa assidue bellare. Aristeas Proconnesius carminibus testatus est. Et aurum quidem quod custodiunt è terra nasci: Arimaspos ipsos vnicū habere oculum, & Gryphes belluas aiunt, alii, & rostro aquilis persimiles: Hæc illi de Gryphibus. Mineruæ signum recto sta-

tu est cū tunica talari:in eius pectore Medusę caput,& Victoria cubitorum fere qua tuor,manu hastam tenent. Tacet ad pedes elypeus:ad' imam hastam draco,quem Eri-chthonium esse existimare possis,in basi,qua de Pandorae ortu traduntur,elaborata sunt.Hesiodus quidē,& alij poëtæ pro-diderunt Pandoram primam fœminam fuisse:neque priusquam illa gigneretur, extitisse muliebrem sexum.Eo in loco v-nicam videre memini statuam,Adriano imperatori positam.Vnā item in ipso tem-pli aditu.Iphicrati,qui multa,& sanè admirabilia virtutis documenta dedit.Extra-templum est æneus Apollo,quem à Phidia factum dicūt,Parnopium,à bruchis nem-pe appellant:Quod se deus bruchos qui totum agrum magna afficiebant calamitate,extra fines pulsorum dixisset:Et pul-fos quidem scidunt,quo autem modo,non tradunt:Scio equidem ter in Sipylo mon-te deletos bruchos,non vno tamen modo:nam vehemens aliquando,& subita procel-la eos eiecit:Iterum acris æstus vapore,qui statim est imbres consecutus,enecti sunt:Iam tertio,repétino frigore oppressi perierunt:Atque hac quidē,qua de abolitiis bruchis memorauī,xtate mea accidē-zaunt. In Atheniensium arce Periclis Xan-thippi

thippi filij statua est.Ipsius etiam Xanthip-pi,qui ad Micalē cū Persis uauali præ-lio conflixit.Sed Periclis seiuēta est à cæ-teris.Xanthippo verò assistit Anacreon Teius,qui primus post Lesbiam Sapphō,magnam carminū suorū partem in exprimendis amoribus consumpsit:Habitus ei-ius est veluti hominis per ebrietatem can-tantis:Fœminas eas,quæ propè sunt,Iò Ina-chi,& Callistō Lycaonis filiam,fecit Dino-menes.Eadem ferè omni ex parte de vtra-que narrantur,amor scilicet Iouis,Iuno-nis ira,& mutatio vtriusque.Inūs in bouē; Callistūs in vrsam.In eo arcis muro,qui ad austrum cōuersus est,gigantū,qui Thra-ciam,& Pallenes angustias incoluerunt,vulgo celebratum bellum.Atheniensium contra Amazones pugnā.Ad Marathonem in Persas præclarissimū facinus.Gallorum in Mysia internitionē.Hec omnia Attalus dedicauit.Singula diūm fere cubitū spa-cio continentur,Inter cæteras statuas locū suū obtinet Olympiodorus:Quem hono-rem consecutus est,cū ob-rerum,quas ges-fit magnitudinē,tum quod iniquissimis te-poribus,& multis cladibus afflitos Athen-ienses,aciam spem omnem posteri tem-poris abiicientes,erexerit & confirmarit:Accepta enim illa ad Chæroneam plaga-ingent;

ingētes omnibus Græcis importatæ sunt calamitates. Nam & qui periculum spectabant, quasi sua nihil interesset: & qui cum Macedonibus in acie steterant, in seruitutem simul omnes redacti sunt. Vrbes qui dem tum Philippus quamplurimas cepit: Athenienses verò per simulationem pacis quām grauiissimis affecit detrimentis, cū & insulas illis, & maris imperium ademis-
set. Ac quantisper regnauit Philippus, ac deinde Alexander, nihil omnino noui moliri Athenienses ausi sunt. Cum verò Macedones mortuo Alexandro Aridœo regnū detulissent (commissa tamen Antipatro im-
perijs administratione) non ferendum esse amplius visum est, Græcorū res tam diu à Macedonibus oppressas teneri. Quare &
ipsi statim arma ceperunt, & ad bellū alios etiā excitarunt. Quæ verò vrbes cū Atheniensibus societate coierunt, hæ propemo dum fuere. Ex Peloponneso Argi, Epidau-
rus, Sicyon, Troëzen, Elei, Phliasij, Messe-
nij. Ex iis, qui extra Corinthiorū Isthmum sunt, Locri, Phocenses, Thessali, Caryclus,
Acarnanes, qui cum Aetolis censemur: At Bœotij, qui Thebis deletis Thebanum a-
grum tenebant, cum veriti essent ne Athenienses Thebas, eò Colonia deducta, refi-
tuerent, non modo in eam societate nomē
suum

suum non ediderunt: sed etiā opes suas omnes in Macedonum studia cōtulerunt. Cum vero cūnites, quæ tunc belli gerendi causā conspirarunt, singulos duces de-
sissent, ab vniuersis imperator declaratus est Leosthenes Atheniensis, cum propter patriæ dignitatem, & militaris rei scientiam: tum quod præclara eius viri in om-
nes Græcos merita extabant. Nam cum Alexander Græcos, qui Dario stipendia fe-
cerant, in Persidis vrbes diuidere statuis-
set, hic eos, antequam id fieret, classe in
Europam reportauit: Et plane cum homi-
num de se spem virtute vinceret, fuit eius mors non magis luctuosa cunctis, quām calamitosā. Tunc enim demum Macedonum præsidia impetu in Athenienses fa-
cto, Munychiam primum, Piræum deinde, & longos muros occuparunt. Verum Antipatro mortuo, Olympias ex Epiro profecta, sublato Aridœo non diu regnum tenuit: Neque enim multo post à Cassan-
dro per obsidionem capta Macedonum multititudini tradita est. Regno verò inito Cassander (vrcætera) quæ ad Athenienses non pertinent, missa faciam, Panactum Atticæ castellum, & Salamina cepit, tyran-
numque Atheniensibus imposuit Demetrium Phanostrati filium, hominem sa-

pientia laude præstantem: Hunc Demetrius Antigoni filius adolescentis, è singulare quodam in Græcos studio gloriam captans, nō ita multo post eiecit. Sed rursus Cassander, pro acerbissimo quo in Athenienses laborabat odio, Lachari, qui ad illud usque tempus principem in plebe locū tenuerat, in fūlem suam recepto, ut tyrannidem inuaderet per suast: Et is quidem, omnes, de quibus aliquid literis mandatū sit, acerbitate in homines, iο deos impietate superauit. At Demetrius Antigoni filius, & si non nihil ab Atheniensibus dissidebat, exeruit tamen Lacharis tyrannidē. Is ubi captos vidit muros ad Bœotios con fugit: Quo cum aurea scuta ex arce direpta, & Mineruꝝ, quæ remoueri poterunt, ornamenta omnia asportasset, propter cā, quæ de ipsius diuinitatis erat, opinionem, à Coronis est interemptus. Liberatis vero Atheniensibus tyrannorū dominatu, non statim Demetrius post Lacharis cædem Piræum reddidit, quin postea, cum bellacavi oppidum in potestate redegisset, præsidio, & munitionibus eum locum firmavit, quod Musæum appellant. Est autem intra vetus pomariū, è regione arcis, coljis, in quo Musæum vate canere solitus, atq; ibidem senectute consumptū, humatum

tum ferunt: Eodem postea in loco Syro homini monumentum est erectum: Eum sanè collem Demetrius occupatum munit. Aliquot post annis excitauit optimum quemque Atheniensium, rerum à maioribus suis gestarū memoria: Quare cum viserent quorsum euasisset florentissimæ reip. decus, confessim Olympiodorum dum deligunt: Is habito delectu, in quo neque senibus, neq; pueris vacatio fuit, exercitum contra Macedonas eduxit, non rōbore magis, quam militum alacritate consilus, pristinam se belli gloriā patriæ vindicaturum. Prælio itaque Macedonas fudit, ac fugientes in Musæum persecutus, loco capto, Athenienses Macedonum dominatu liberavit: Quo tempore cū omnes reip. egregiam operam nauassent, Leocriti tamen Protarchi filij virtus excelluit: Is enim primus muros ascendit, primusq; intra Musæum irrupit: Atque ei quidē in pugna cæso, & alij ab Atheniensibus honores habitu sunt, & eius clypeum Ioni liberatori dedicarunt, cum inscriptione nominis, & præclari facinoris indice. At Olympiodorus nō unum hoc virtutis sua, quod paulo superius commemorauimus, specimen dedit: Sed, præterquā quod Piræum, & Munychiam recepit, idem Macedonas

Eleusinem inuidentes, comparata Eleusi-
niorum manu prelio vicit: Et ante, cum in-
Atticam Cassander esset hostiliter ingre-
sus, nauibus in Aetoliā profectus, ab Aero-
lis, ut auxilia mitterent, impetravit: Quā
res maximo bello impendēt saluti Athe-
niensib[us] fuit. Sunt igitur illi apud Athe-
nienses, sua, cum in arce, tum in Prytaneo
monimenta: Et Eleusinij picturæ res eius-
gestas mandarunt: Qui n[on] & è Phocensibus
qui Elateam incolunt, ex ære statuā Olym-
piodoro Delphis posuerunt, quod illis, cū
à Cassandro defecissent, ope m[er]ituliss[et]. Pro-
pe Olympiodori statuam, Diana ex ære
simulacrum stat, Leucophrynes cognomē-
to: Themistoclis filij dedicarunt. Magne-
tes enim, quibus ex regis liberalitate im-
perauit Themistocles, Leucophrynen Dia-
nam colunt. Sed enim mihi nō est, vniuer-
se Græciæ historiā contexenti, in hac par-
te diutius immorādū. Endœus patria fuit
Atheniensis, Dædalī discipulus, qui fugien-
tem Dædalū ob cædem Cali, est in Cretam
secutus. Hic sedentē fecit Mineruā, cuius
est inscriptio, dedicasse Calliā, Endœum
fecisse. Est ibidē aedes, quod Erechtheū ap-
pellant. In vestibulo Iouis supremi atra est,
ad quam victimas nō cædunt: Sed liba du-
taxat apponunt, ac vino quo minus vtatū
relig-

religione prohibentur. In ipso aditu ar-
sunt, Neptuni vna, ad quā ex oraculo Ere-
chtheo rem diuinā faciunt: Butæ herois al-
tera: Tertia Vulcani: In parietibus picta
sunt, quā ad Butadarū gentem pertinent.
Aedes ipsa duplex est. In ea marinæ aquæ
pureus, quod certe miraculo nō adscripe-
rim: Nā & ex iis qui mediterranea inco-
lunt: & in primis in Caria Aphrodi-
sienses talem pureum habeut. Sed quod li-
teris mandandum sit, id nempe est, quod
flante austro vndarū sonitū reddit: Quod
que in faxo tridēris forma incisa est, quod
esse monumentum aiunt, eius, quod Miner-
uæ cum Neptuno fuit de Attica certami-
nis: Et sacra quidē Mineruæ cum vrbis, tū
re g[ra]o est vniuersa: Cuiq[ue] enim & suos que-
que deos priuatim colunt, & Mineruæ cō-
muniter diuinā rem faciunt. Omnia verò
sanctissimū Mineruæ signū illud est, quod
iam inde ab initio de cōmuni omnium cu-
riatū consilio dedicatū est in Arce: Cum ea
vrbis nomine appellaretur, Delapsum qui-
dem de cælo fama vulgavit: Sed mihi id
neque affirmare, neq[ue] refellere in præsen-
tia in animo est. Lucernā quidem ex auro
deæ Callimachus fecit, in quam oleum in
fusum non consumitur, nisi exacto demū
anno, cū tamen lucerna dies, noctesque ar-

deat. Id adeo evenit quod lucernæ inest è lino carpaso funiculus; Quod saepe lignum, unum ex omniis igni nō cōsicitur. Emittet supra lucernā palma ænea, quæ cum ad lacunar consurgat, exceptū vaporem facile dissipat. Callimachus verò ipse, qui lucernam fecit, & si multo est infra summos artifices, solertia tamen cæteris longè præstiterit. Primus enim lapides terebrauit, No men verò cacizotecnō, quasi artis dicas sua calumniatorē aut sibi ipse imposuit, aut ab aliis impositum, usurpauit. Erectus autem est in Poliadis delubro Mercurius ligneus (suius aiunt Cecropis donū) inter Myrti ramos valde conspicuus. Inter vetu stissima donaria, quorū mentio fiat digna sunt, lecticaria sella compactilis Dedali opus: Et de Persarum spoliis Masistij, qui ad Platæas equitū dux fuit, lorica: Et Aci naces, qui Mardonij suis dicitur. Masistium quidem ab Atheniensium equitatu interemptū scimus: Nā Mardonius in acie contra Lacedæmonios dimicans, à Sparta no milite est imperfectus. Eius igitur Aci naces aut omnino nō susculsissent Lacedæmonij, aut certè sublatū Atheniensibus nō concessissent. De olea verò aliud nihil me morant, nisi esse eam Mineruæ de Attica certaminis monumentū. Addunt incensa à

Per

Persis vrbe conflagrassæ, eodē inque die in diūm cubitum proceritatem germinasse. Cum Mineruæ templo, Pandrosiæ aedes coniuncta est, quæ per solum ex sororibus filium in deposito seruauit. Iam verò, quæ magna mihi sunt admirationi, neque apud omnes vulgata, ea vti se habent exponā. Virgines duæ non longè à Poliados habitant: Eas Athenienses Cistiferas appellant. Hæ certum tempus apud Deam commorantur, deinde vbi festus dies aduenit, per noctem capite tollunt quæ illas Mineruæ sacerdos ferre iusserit: Cum neq; ipsa quid ferendū det, neque virgines quid ferant, sciunt. Est in vrbe septū quoddam non longè à Veneris quæ in horris dicitur: Ibi in specū quan dam descendentes, onus deponunt, & pro eo aliud item velatū, & occultū tollunt, ac foras cum egressæ fuerint, exauctorate in posterum quò velint abeunt. Sed pro illis totidē alias quas in arcem adducant, capiunt. Ad Mineruæ anus est assabré elaborata, cubiculi fere altitudine, quā esse aiunt Lysimachē deæ ministræ. Sunt etiam ex ære signa duo quasi inter se dimicantium: Eoru alterum Erechtheum appellant, alterum Eumolpum: Neq; tamen ignorant qui res prias norunt, immaradū esse huc Eumolpi filium, quē Erechtheus occiderit. In basi

g 4

interiore statuē eorum sunt, qui yates Tolmidae fuerunt: Tolmides etiam ipse, qui Atheniēsum classis dux, & alios magnis affecit incōmodis, & in primis Peloponnesiorum maritimū agrum excursionibus infestum reddidit. Idēq; Lacedæmoniorum ad Gythium naualia incendit: Finitimos dein adortus Eubœan & Cytheriorū insulam cepit: Cum in Sicyoniorum deinde fines traieciisset eos, qui armis ne agrū populareret, impeditre conati sunt intra urbem repulit. Inde Athenas reuersus Eubœam, & Naxum colonias deduxit. Idē cum exercitu in Bœotos impetu facto agrum depulatus est. Capta mox per obsidionē Chæronea in Haliartiorū fines excurrit: Vbi, & ipse dimicans cecidit, & copiæ eius omnes fusæ, fugatæq; sunt: Atque hæc quidē de Tolmide comperta habeo. Extat præsa Mineruæ signa, quæ sanè integra manserunt, decolorata tamē fumo, & quæ ictum omnino nullum valeant sustinere. Ad ea enim flamma peruersit, quo tempore, cum naues concenderent Atheniēses, urbem, quā militaris ætas deseruerat, Xerxes occupauit. Spectatur & apri venatio, parū vero liquet, an is Calydonius aper sit: Cycni etiā cum Hercule pugna. Ab hoc quidem Cycno, & alios interemptos ferunt, & Ly-

cum Thracem propositis de singulari certamine præmis: Ad Peneum autem amnē ab Hercule est ipse imperfectus. Atq; ad ea quidem, quæ de Theseo Troëzenij cōmemorant, addunt: Herculem Troëzenem ad Pittheum venisse, cùmque accumbere vellet, Leonis pellem deposuisse, accessisse & alios Troëzeniorum pueros, & Theseum annum agentem ferme septimum: Cætros, vt Leonis pellem viderunt, perterritos aufugisse: Theseum, nihil magnopere metuentem, propius venisse, abreptā; de seruorum manibus bipenni, quod viventem Leonem esse putaret, inuadere illum voluisse. Et hæc quidē de Theseo prima apud Troëzenios historia vulgata est: Alteram adiiciunt. Crepidas Aegeum sub faxo, & ensem deposuisse, quo ea sibi signa in filio agnoscendo forent, ac deinde Athenas reuersum, Theseū, cum iam sextumdecimū ætatis annum attigisset, amoto falso, depositum sustulisse: Res tota ex ære prater faxum, in arce expressa est. Eodem in loco, aliud Thesei facinus memoriae commendarunt, de quo huiusmodi narratur historia, Cretensium agrū cùm alium, cum eum qui Tethrini amni adiacet, taurum infestū reddidisse: Fuisse enim priscis temporibus belluas multo immaniores, atque homini-

bus formidolosiores, cui rei testimonio sunt Nemeus, & Parnassius Leo, dracones in pluribus Græciae locis, apri etiam Calydonius atque Erymanthius, & in Corinthiorum finibus Crominyonius: Has feras partim terram protulisse, partim dis fuisse sacras, nonnullas etiam ad homines plectendos exitisse ferunt: Taurum evim hunc Cretenses Neptuni ira immissum memorant, quod Minos late mari toti, quod Graciam alluit, imperans, nihilo quam ceteris dis Neptuno maiorem honorem habuisset: E Creta verò eundem taurum in Peloponnesum traieceris, nonque fuisse de duodecim Herculis laboribus. Inde in Argiolorum campos actum per Coriothiacum Isthmum in Marathoniā Atticae regionē fuisse: Ibi inter alios multos, quos casus obtulerat, Minois etiā filium Androgeum interpretari possunt, qui in Athenis operi pugnatū venisse: Ac non prius Athenienses vexare desissem, quā pacti se essent pueros septem, ac totidem virgines quotannis in Cretā missuros, qui minotauro, quē Minos in Labyrinthō Gnosti incluserat, traderentur. Marathoniū verò taurū Theseū fama est in arcē egisse, ac ipsi deo mactasse, cuius

ius rei imaginē Marathoniorum curia dedicauit. At Cylonem cum dignum putarint, cui statuam ponerent, comperti nihil habeo, cum de tyrannide eius consilia iniisse constet: Habitum tamē hunc illi honorem coniicio, & quod formæ dignitate præstiterit, & gloria fuerit minimè vulgari. Nā in Olympia vīctor de iterato stadio renuntiatus est, & Theagenis Megarenseum tyranni filiā in matrimonio habuit. Prater ea verò, quae adhuc recensui, duo sunt ex prædæ decimis insignia apud Athenienses opera: De Persarū, qui in Marathoniorum fines inuaserant, manubīs, Mineruæ ex ære signum, quod Phidias fecit, in cuius clypeo Lapitharum & Centaurorum pugnam Mys cœlauit: cum eam Myi, & quae in clypeo spectantur reliqua Parrhasius Euenoris filius pinxit. Hastæ cuspis, & in summa galea crista à Sunio usque ad nauigantibus conspicua est. De Bœtiorū verò & Chalcidēsum, qui in Eubœa sunt, decimis, æneus currus. Duo præterea dona dedicarūt, Periclem Xanthippi filium, & quæ omnibus Phidiae operibus antecellit, Mineruam, quam, cuod à Lemniis dedicata est, Lemniā appellat. Arcem ipsam, præter eam partem quā Cimon Miltiadis filius extruxit, muris cinxisse Pelasgos homines

mines tradunt, qui imam eius partem tenuerunt. Agrolam, & Hyperbium, de quibus cum studiosè sciscitatus fuerim, aliud nihil compiri, quām è Sicilia eos in Acarnaniam immigrasse. Cum iam descenderis, non tamen ad inferiores vrbis partes, sed paulo infra propylæa, frontem videas, & illi proximum Apollinis, & Panos fanum, & in eo ipso specum, in quo cum Creusa Erechthei filia, Apollinem concubuisse fama vulgauit. De Pane verò hæc memoriaz prodita sunt. Nuntium ad Lacedæmonios de Persarum in Atticam irruptione Philippidem missum: Hunc cum rediisset, retulisse Lacedæmoniós, minus maturè copias educere, quod religione impediretur, cum exercitu exire antequā Luna orbem complessebat: Sibi verò ad Parthenium saltum Pana obuium factum, qui se Atheniēsibus in pugna ad Marathonem præsto futurum pollicitus fuerit. Ex eo nuntio deo honores haberi cœptos. Quæ verò vrbis regio Areopagus dicitur, inde nomen accepit, quod eo in loco ab initio Mars capitis causam dixerit. Nā & Halirrhothium ab eo occisum, & qua de causa antè exposuimus. Eodem verò in loco Oresti de matris cæde iudicium est constitutum: Extat adhuc Mineruæ Areae (ides deprecaticis) ara,

ara, quam Orestes iam absolutus, dicitur dedicasse. Scabella ibidem, quæ saxa esse videntur, duo sunt argentea, quibus accusatores & rei insident, alterum contumeliam, impudentiam alterum vocant. Proximè dea rum est ædes, quas Athenienses feueras, Hesiodus in eo, quem de Gentilitate deorum fecit, carmine, Erinnys nominat: Eaurum serpentibus esse crinem implicitum primus omnium finxit Aeschylus. Nihil tamen vel hatum, vel cæterorum, quæ illic posita sunt, inferiorum numinum simulachra, quidquā horribile præ se feruot: Nam Plutonis, Mercurij, & Telluris ibidē sunt signa, ad quæ rem diuinam faciunt, quicunque capit is periculo fuerint liberati. Sed alij etiam cum hospites, tum ciues. Intræ septum Areopagi, Oedipi monumentum est, de quo cum sedulò quererem, eius ossa Thebis eò deportata comperti: Quæ enim de Oedipi morte Sophocles sioxit, Homerus facit quominus vera fuisse credam: Ab eo enim traditum scimus, Mecisteum Thebas profectum iis ludiis, qui ad Oedipi tumulum facti sunt, decertasse: Sunt etiam apud Atheniensēs alia iudicia, sed multo minus illustria: Eorum vñ Parabyustum, alterum Trigonum nominat. Illud ab obscuro vrbis loco, in quo leuissimæ prorsus causæ

causæ cognoscuntur: hoc à loci forma no-
men sumpsit. Battachij verò & Punicei à
coloribus in hanc vsque diem nomina per-
mansere: Maximum verò omnium, & quò
frequentissimi conueniunt, Heliæam vo-
cant. In eo foro, quod Palladium appelle-
lant, cædis causæ agitantur, atque in eo
quidem primum Demophontem causam
dixisse nemo ambigit, cuius verò is crimi-
nis reus fuerit, non satis inter omnes con-
uenit: Diomeden quidem traduot illo ca-
pro cum in patriam reueheretur, per no-
strem viæ errore ad Phalerū appulisse: Vbi
cum Argiui qui cum eo erant in agrū tan-
quam hostilem populabundi excurrent,
ut qui aliam quam Atticam terram inter-
tenebras crederent, Demophontem aiunt
& ipsum nescientem Argiutorum eam claf-
sem esse, ad propulsandas populationes ac-
curuisse: Vbi, cum aliquot interfectis Palla-
dio erepto domum abiret, ab eius equo
Atheniensem hominem subuersum, eli-
sumque interiisse: Demophontem itaque
alij ab eius qui interfectus fuerat propin-
quis, alij verò ab Argiutorum multitudine
reum factum mémorat. In Delphinio cau-
sam dicunt, qui se iure occidisse defendunt:
Quo in loco Theseus cum Pallanta, eiúsq;
filios res nouas molientes interemisset,
absol

absolutus est. Ante Theseum enim inter-
fectorem necesse erat exilij causa solum
vertere, aut talionis pœnam suscipere. In
Prytaneo de ferro, aliisque inanimis iudi-
cium fit, cuius rei hoc initium fuisse arbit-
ror: Erechtheo Athenis regnante, bouem
sacerdos is, qui Euphonius est appellatus,
ad Poliei Iouis aram mactauit, statimque
relicta bipenne è finibus excessit: Bipen-
nis iudicio absoluta est, & eum quidem ri-
tum quotannis seruant. Dicuntur autem
alia quoque sensu carentia lege plecti. Pu-
cherimum verò & ad Athenieosum glo-
riam maximè insigne monumentum Cam-
byse acinaces præbuit. In Piræi mariti-
ma parte gurges quidam est, vbi qui in exi-
lium abeunt, si quod nouum fuerit in eos
crimen conflatum, è naui iudicibus in lit-
tore consistentibus, causam dicunt: Ac Teu-
crum aiunt, primum omnium eo se in loco
Telamoni purgasse, cum de Aiacis cæde
culpa vacaret. Et hæc quidem de iudiciis
commemorauimus, ut quantæ ea curæ A-
thenieosibus sint, intelligi possit. Non
longè ab Areopago nauis ostenditur ad Pa-
nathenæorum pompam fabricata, qua for-
tasse maior alia facile inueniatur: Ea verò
qua Deli est, omnes quas ego norim, ma-
gnitudine superat, è foris enim eius no-
uenis

uenis eminent remigibus transtra, In cuius ipso extra urbem & in viis passim deorum templa, heroum, & hominum sunt sepulchra. Non longe à muris Academia est, priuati olim hominis ager, nunc gymnasium, in cuius primo adiit, intra septum quoddam Dianæ pulcherrimæ & optimæ signa visuntur: Èst vero ea Dianæ cognomina, & ipse coniicio, & Sapphus carmina testantur, de quibus nihil hoc loco attinet dicere, cum multa tamen tradita sint. Èst & Bacchi Liberatoris ædes non sanè magna, in quam statis diebus quotannis dei signum deportant. Iam vero inter sepulchra, primum obtinet locum Thrasybuli Lyci filii, viri Atheniensium omnium qui ante ipsum fuere, quique sunt eius ætatem consecuti, omni laudum genere præstantissimi. De quo, cum nihil nunc necesse sit omnia commemorare, vobis tamen, ex quo sit eius virtus testata, non prætermittam. Is triginta tyrannorum dominatum initio cum sexaginta non amplius so ciis, Thebis profectus, euertit: Et Athenie sibus diuturnis seditionibus penè afflictis, compositionis & concordiae author fuit. Alij deinceps sunt tumuli, Periclis, Chariae, & Phormionis. Èst etiam suum omnibus qui aut naualibus, aut terrestribus

præ-

præliis pro patria mortem oppetiere, monumentum: iis exceptis, qui ad Marathonem ceciderunt: Illis enim eodem quo occubuerunt loco sepulchra ad virtutis memoriam ercta. Alij omnes in via sunt, que ad Academiam dicit, sepulti ac pilae tumulis impositæ, cum elogiis nomē cuiusque, & curiam testantibus. In primis eorum sepulchra spectantur, quos, cum Thraciam iam omnem ad Brabiscum usque occupassent, Edoni de improuiso adorti interemerunt: Quos ipso etiam fulminibus ictos periisse dicunt. Duces & alij ibi siti sunt, & Leagrus, cui copia omnes fuerant cōmisæ: Et Decelensis Sophones, qui Eurybaten Argium de quinque in Nemea certa minibus victorem Aeginetis opem ferentem, occidit: Et hunc quidem extra Graeciam tertium exercitum Athenenses mississe cōstat: Nam Priamo & Trojanis Graeci omnes communī consensu bellum intulerunt: Athenenses vero duolu proprio in Sardiniam primum, deinde in Ioniā, tertiō in Thraciam arma promouere. A fronte monumenti columnā est, in qua pugnantes equites duo cernuntur: quorum vni Melanopo, alteri Macartato nomen: Qui aduersus Lacedæmonios, & Bœotios dimicantes in ipsis Eleusiniorū & Tanagræo-

h

rum finibus cecidere. Extant & Thessalorum equitum tumuli, qui pro vetere amicitia Atheniensibus auxilio venerunt, cum in Atticam Peloponesisij duce Archidamo inuassissent: Ac secundum eos Cretensium sagittariorum: Atheniensium rursus, Clisthenis primum, qui certa iura, quæ adhuc conseruitur in tribus descripsit: Equitum deinde eorum, qui in eadem cum Thessalis pugna, ceciderunt. Eodem etiam in loco Cleonæ iacent, qui cum Arguiis in Atticam venerunt: Qua autem de causa venerint, tunc exponam, cum ad Arginorum res descenderit historia. Et Atheniensium ibi sunt tumuli, eorum qui ante Persicum bellum cum Aeginetis pugnarunt. Ac quitaris autem plenissimum illud plescitum fuit, quo publicæ sepulturæ honor est cum seruis cōmunicatus: Eorumque nomina columnis incisa sunt, quod fideliter & strenue dominis in prælio operam suam nauassent. Sunt & aliorum virorum monumenta, qui diversis in locis pugnantes ceciderunt: Clarissimi vero omnium qui ad Olynthum pugnarunt. Ibi videoas, & Melesandri monumentum, qui auibus aduerso Maeandro in superiorem Cariam contendit. Ibidem conditi sunt, qui Cassandri bello occubuerunt, Arguiis

gluis opem ferentes. Huius verò societatis cum Arguiis hanc fuisse causam tradunt. Sparta terræ motu concussa, Hilotes, publicæ scilicet operæ, captiui Messenij, in Ithomen secesserunt: Fecit ea defactio ut Lacedæmonijs, & ab aliis, & ab Atheniensibus auxilia poscerent. Missi sunt itaque lectissimi viri cum Cimone Miltiadis filio: Sed eos Lacedæmonijs, quod suspectos haberent, remiserunt. Vbi igitur illi domum rediere, Athenienses ea contumelia grauiter commoti, cum Arguiis Lacedæmoniorum hostibus foedus fecerunt. Cum verò ad Tanagram cum Boeotiis, & Lacedæmoniis essent Athenienses prælium commissuri, auxilia illis quidem Arguii miserunt: Neque multum absuit quin ex acie superiores discederent. Verum nox quo minus veri vicissent cerni posset, obstitit. Postero verò die Thessalorum equitum proditione à Lacedæmoniis Athenienses vici sunt. Sed eorum ducum, quorum eo in loco monumenta extant, longe clarissimus Apollodorus mercenarius dux: Qui cum Atheniensibus esset ab Aristo eius Phrygia, quæ ad Hellespontum est, satrape, cum auxiliis missus, Perrinthiorum ciuitatem, eius fines Philippo cum exercitu ingresso, seruauit. Est igitur

tur illic cum Eubulo Spintheri filio sepultus: Alij etiam quorum virtuti Fortuna fuit iniquior: Eorum enim ali jum in Lacharem tyrannum coniurassent, ali jum vero cum de eiiendo ex Piræo Macedonum præsidio consilia iniissent, priusquam negotium conficerent, conscientum indicio oppressi sunt. Siti etiam ibi sunt qui ad Corinthum ceciderunt, ubi facile declararunt dij, quemadmodum & post in Leuctrica pugna, nihil interesse spectata quemam virtute esse, eius consiliis fortuna si non respondeat: Nam Lacedæmonijs, qui Corinthios ante, Athenienses, Argiuos, & Bœotios armis domuerant, ad Leuctratam ingenti clade à solis Bœotiis afficti sunt. Post eorum tumulos qui ad Corinthum periere, columnam vnam multis eratam esse, inscripti elegi testantur. Hos enim in Eubœa, illos in Chio, quosdam in extremis continentis Asiarum finibus, alios in Sicilia cecidisse indicant. Duces etiam adscripti sunt, præter Niciam, & Platæenses milites vna cum oppidanis. Niciam quidem præteritum non aliam ob causam, quam Philistus prodidit, credidimus: Scribit enim ille Demosthenem in ditione facienda, se vnum excepsisse, ac priusquam in hostium potestatem veniret,

ret, sibi ipsi manus consciiscere conatum. Niciam verò ultra ditionem fecisse, eamque ob rem nomen adscriptum non esse, quod se cū hostibus dedidisset, quod imperatore, ac forti viro dignum esset, non fecerat. Sunt in alia columna inscripti qui in Thracia, & ad Megaram pugnauit, quique cum Alcibiade fuerunt, cum eius autoritatē securi. Arcades, qui Mantineam tenent, & Elei à Lacedæmoniis defecissent: Et qui ante Demosthenis in Siciliam aduentum, Syracusanos vice- runt. Sepulchra etiam eorum visuntur, qui ad Hellespontum nauali prælio confixerunt, & qui steterunt contra Macedonas in Chæronea, quique sub Cleone ad Amphipolim meruerunt: Ad hos, qui ad Delium in Tanagræorum finibus cedierunt, & quos in Thessaliā Leosthenes duxit, & qui cum Cimone in Cyprum nauigauit: illi etiam qui Olympiodorum secuti tredecim non amplius viri, Macedonum præsidium eiecerunt. Ferunt Athenienses Romanis aliquando se finitimum quoddam bellum gerentibus auxilia non sanè magna misisse: Triremes etiam quinq; Atticas nauali prælio cōtra Carthaginenses interfuisse: sua igitur iis etiā militibus sunt monumenta. Tolmidæ

verò, & militū eius res gestas, quoque modo interierint, superius exposuimus: Eorum etiā, si quis forte id nosse aueat, in ea- dem via sepulchra sunt. Siti præterea illic sunt quorum magna extitit Cimone duce bellicę virtutis & perillustris gloria: Eodē enim die hostes ad Eurymedontem terrestrī prælio, naualique superarunt. Conon exinde, & Timotheus ibidem sepulti, qui post Miltiadem, & Cimonem primi. pater & filius res magnas & præclaras gesserūt. Cōditi ibi etiam sunt Zeno Mnasei filius Chrysippus Solensis, Nicias Nicomedis fi- lius in pingendis animalibus atatis suæ longè præstantissimus: Harmodius, & Ari stogiton, qui Pisistrati filiū Hipparchū oc- ciderunt. Oratores verò Ephialtes, qui A- reopagi instituta, vt qui maximè peruer- tit: Lycurgus Lycophronis filius, qui talen- torum sex millia & amplius quingēta plus quam Pericles Xanthippi filius coegerat, in ærarium intulit. Idemque ad Mineruæ pompas ornamenta multa, & aureas victori- ras comparauit, ac virginibus centum mū- dum dedit: Ad bellū autem vsus scutorum, & iaculorum numerum auxit, classem sup- pleuit, vt quadrigentæ triremes ad naua- les pugnas deduci possent. Inter opera ve- rò, quæ exædificauit theatrum est, quod cū

alij inchoatum reliquissent, ipse absoluit: Ac dum reip. præfet, nauale in Piræo: & eo in loco, quod Lycium dicitur, gymna- sium erexit: Ac opera quidem ex auro & argento, quæ ille dedicarat, Lachares ty- rannus sustulit, Aedificia permanēt. In pri- mo Academæ aditu, Amoris est ara, cū in- scriptione, Charmum Atheniēsum primū Amori dedicasse. Eam enim aram, quæ in- tra urbem est, quam appellant Anterotis, inquilinorum donum fuisse dicunt, ac de- dicationis huiusmodi causam extitisse: Meles Atheniensis amatorem suum Tima goram inquilinum hominem fastidiens, per contemptum, vt de sumno saxo se abi- ceret, iussit. Timagoras, qui semper omnia quæ puer imperaret facienda putasset, ani- man etiam ipsam facile profudit: Vnde e- nem iussus erat, impigre se præcipitem de- dit. Meleten verò re cognita suæ in illum acerbitatis adeo pœnituit, vt ex eodem se- ipsum etiā saxo detecerit. Ex eo tam atro- ci rei euentu ab inquilinis, vt in eo ipso lo- co Anteros genius Timagoræ amoris vin- dex coleretur, institutum. In Academia Promethei ara est, à qua homines in vr- bem accensas lampades præferentes de- currunt. In eo enim certamen est, vt accen- sae conseruentur, cuius enim fax extin-

Et a fuerit, is victoria successori cedit: Eademque ratione ille tertio; Quod si nulli ardenter perferrere licet, palma in medio relinquatur. In eadem Academia Musarum sunt & Mercurij aræ, interius Mineruæ, sua etiam Herculi. Olea inter hæc spectatur, quæ secunda fertur è terra prodiisse. Non longe ab Academia Platonis est monimentum, cuius in philosophiæ studio præstantiam diuinitus significatam tradunt: Socratem enim ea nocte, quam dies ille est consecutus: quo se Plato in eius disciplinam tradidit, vidisse per quietem Cygnum sibi in sinum aduolasse. Cygnum autem canoram maxime auem esse vulgo creditur. Cygnum enim Ligurum, qui in Gallia Transpadana sunt, regem musicæ laude clarum fuisse memorant: Eum cum decessisset, ab Apolline in sui nominis auem mutatum. Ego vero apud Ligures regnasse in musicis solerter hominē, ut credam facile adduci possum: sed hominem in auem mutatum minime fide dignum videri potest. In hac agri parte Timonis eminet turris illius nempe, qui solus nouit, felicitatis compotem esse non posse, qui hominum aliorum consuetudinem non defugisset. Ostenditur etiam locus, quod Equestre iugum appellant, in

quam

quam Atticæ partem Oedipum primum venisse ferunt, qui de eo diuersa ab Homeris carminibus memoria prodiderunt. Ibi & equestris Neptuni, & equestris Mineruæ aras, ac Pirithoi, Thesei, Oedipi, Adrastivi deas heroica monumenta. Neptuni lucum, ac templum Antigonus incendit, quo tempore cum exercitu in Atticam inuadens, alias etiam eius partes magnis affectat calamitatibus. Paruae Atticæ curiae, quæ pasim, vii fors tulit, incoluntur: hæc nobis quæ literis mandemus præbent. Apud Halimulos Cereris Legiferæ, & Proserpinæ fanum est. In Zostere prope mare Mineruæ, Apollinis, Dianæ, & Latonæ templæ sunt. Ac Latonam quidem hic peperisse negant: sed cum nō longe pariundi tempus abesset, Zonam soluisse dicunt, inde loco nomen inditum. Prospaltij Cereris & Proserpinæ ædem habent. Anagyrasij matris Deûm delubrum. Apud Cephalenses, Castores præcipua quadam coluntur religione, magni enim Dij ab iis appellatur.

In Praesiensibus Appollinis est templū, quo Hyperboreorum primitias mitti tradunt: Eas enim Hyperborei Arimaspis committunt, Arimaspi Issedonis: Ab iis acceptas Scythæ Sinopen, inde ad Praesienses Græci deportant: eas deinde De-

Ion Athenienses mitrunt. Inuolutæ illæ quidem triticea stipula sunt, neque eas cuiquam fas est intueri. Apud eosdem Prasienses Erysichthonis monimentum est, qui cum è Delo, quòd cum sacris venerat, domū reueheretur, in ipso nauigationis cursu è vita decessit. Cravaum verò Atheniensium regem ab Amphictione genero regno pulsum, ante diximus: confugientem illum quidem cum suis copiis ad Lamprenses diem suum obisse: Et eodem in loco sepultum tradunt: Cranai certe monumentum in Lamprensis extat. Iouis quoque Xuthi filij (in Attica enim is habitavit, & in bello aduersus Eleusinios Atheniensium dux fuit.) In ea Atticæ Curia, cui Potamii nomen, tumulus est: Et hæc quidam apud incolas vulgata. Phlyenes verò & Myrrhinousj Apollinis Dionysodoti & Diana Luciferæ aras ostendunt, Bacchi Floridi, Ismenidum Nymphaeum, & Telluris, quam magnam deam appellant: In altero verò templo, Cereris Anesidora, Iouis Ctesij, Mineræ Tithrones, & Proserpinæ Prinnigenæ, & deorum, quas nuncupant Seueras. Myrrhinunte Colænidis est signum. Athmonenses Amarysiam Dianam colunt, de qua percunctatus, neminem nancisci potui,

eul, qui eius mihi nominis causam explicaret. Quantum verò ipse coniectura alsequor, Amarynthus Euboëæ oppidum est, ibi Amarysia Diana colitur: Et ipsi etiam Athenienses Amarysiæ Diana festum diem agitant, nihil quād Euboë minorē celebritate. Inde igitur ad Athmonenses nomen manasse crediderim. Colænidem verò, quæ Myrrhinunte est, à Coleno dictam existimo. Diximus autem & alibi, ex Atticæ curiis multos esse, qui Athenis ante Cecropem regnatum affirmant. Colænus itaque, ut Myrrhinousj credi volunt, ante Cecropem in Attica regnauit. Est & Acharnæ Atticæ curia: Hi Agyxum Apollinem, & Herculem venerantur, & ildem Mineræ Sospitæ, aram habent. Equestrem verò Mineram & Canentem cognomine Bacchum vocant: Eundem etiam Deum Hedercum, eo enim primum in loco hederæ plantam vi-sam tradunt. Montes in Attica sunt, Pentelicus, ubi Lapidicinæ: Parnes, qui aprorum, & virorum luculentam venatoribus copiam præbet: Hymettus pastiones habet apibus omnium aptissimas, quæque solis cedunt Halizonom pascuis: Apud Halizones certe adeo mansuetæ sunt apes, ut cum hominibus una pabulatum exeant.

ac libere yagentur, quippe quæ aluearibus nullis contineantur: Passim vero opus faciunt, illudque ita concretum, ut mel à certa nequeas sciungere. Haec quidem ita se habent. Deorum vero signa in Atticæ montibus haec sunt: In Pentelico Mineruæ, in Hymetto Hymettrij Iouis, Pluuij etiam Iouis, & Apollinis Præsagi aræ: in Parnethe Parthenius Iupiter ex ære, & Semeli Ioui, quem modo pluuum, modo Ianoxium appellant, rem diuinam faciunt. Anchæsmus etiam mons est non sancè magnus, & in eo Iouis Anchæsmij signum: Sed antequam ad insulas stylum conuertam, quæ ad Atticæ Curiæ pertinent, accuratius persequar. Marathon curia pari spacio ab Athenis abest, & Carysto Euboëæ oppido, in hanc olim Atticæ partem Persæ primum irruerunt, ac prælio fusi, non paucas in ipsa fuga naues amiserunt. In huius regionis campis tumulus est Atheniensium, qui in pugna ceciderunt, & ex eo pila eminent, in quibus cæforum nomina, & tribus inscriptæ sunt. Alter item apud Platæenses Boeotia est, in quo serui conditi sunt. Tunc enim primum serui stipendia fecerunt. Seorsum ve-

ro monimentum est Miltiadis Cimonis filij, cuius virtuti cum non satis secunda fortuna, dum Paron obsideret, respondisset, non ita multo post quam populi inuidia damnatus est, è vita decessit. In his ipsis campis audiuntur per totam noctem equorum hinnitus, & pugnantium etiam virorum species cernuntur: Atque haec quidem, qui de industria auditum, spectatumque venerint, male multati abeunt: Ex ita vero manuum, iis qui fortuito id animaduertirent, nihil omnino unquam triste accidit. Honorem Marathonij præ cunctis, iis habent, qui in pugna occubuerunt: Heroasque eos appellant: Multo vero maximum Marathoni, à quo est Curiæ cognomen, & post eum Herculi, cuius sacra se primos instituisse dicitant.

Accidit autem ut in ea pugna (ut illi memorant) vir quidam specie, atque habitu agresti opem tulerit. Qui cum ex Barbaris quam plurimos aratro intercessisset, repente evanuit: Neque vero quarentibus quistiam ille fuisset Atheniensibus, aliud respondit oraculum, quam ut Echetlæum heroa colerent: E candido vero lapide eo in loco trophyum erexerunt. Ac Persæ quidem in pugna cæsis

cæsus ut humarentur se curasse dicunt, quod semper pius esse existimant mortuos terræ mandare. Verum ego neque tumulum, neque aggerem ullum, nec aliud sepulturae vestigium offendit. Eos itaque suspicari possum in foueam quampiam, ut fors tulit, abiectos. In Marathone Macharia fous est, de quo hæc memoriae prodita sunt. Herculem Eurystheum fugientem, ad Ceycem Trachiniorum regem amicum sibi hominem venisse: Eo mortuo, Eurystheum eius sibi liberos traditi postulasse: Trachinium verò cum propter opum tenuitatem bellum sustinere se posse dissideret, Athenas eos ad Theseum misisse, à quo pueros defendi posse speraret. Cum igitur iij. supplicum habitu venissent, Peloponnesios ferunt, quod Theseus petenti Eurystheo pueros dedere constantissime recusasset, Atheniensibus bellum intulisse: Oraculum monuisse victoriam in spe fore; si se unus ex Herculis liberis ultro deuisset: Ibi Macariam Herculis ex Deianira filiam, cui sibi mortem consciuissest, & victoræ compotes Athenenses fecisse, & fonti nomen dedit. Est etiam in Marathone lacus, magna ex parte

et cænosus, in quem per viarum errores fugientes Peisias irruisse, & quamplurimos in ipsa fugæ trepidatione cæsos dicunt. Supradicatum lacum lapidea præsepia Artaphernis equorum sunt, & in saxo tabernacula vestigia. E lacu amnis effluit, ad cuius caput aquæ pecori aptissimæ sunt. Non longe verò à mari falsæ, & marinis piscibus refertissimæ. Modico à Marathone nis campis interuallo, mōs est, in quo hæc sunt, quæ spectentur dignissima: Specus, cuius est ingressus perangustus: Vbi verò penetratis, & cellas videas, & Iauaca caprærum etiā stabulū, quod Panos appellant. Tum laxa, caprarum propemodū forma. A Marathone nō multum abest Braurō quo Iphigeniam Agamemonis filiam cum Taurica Diana primum appulisse, eaque ibi relata Athenas, & deinde Argos venisse perhibent. Eo quidem in loco vetus est Dianæ signum. Qui verò è Barbaris populis Tauricæ Dianæ signum habeant sententiam ea de re mean. in alia Historiæ parte exponam. A Marathone stadia Lx. Oropum versus per litus progressis Rhamnus occurrit: Vbi & hominum sunt ædes, & Nemesis Dea fanum. Hæc se deorum vna maximè insolentioribus hominibus implacabilem præbent.

Et eius in primis ira Barbaros ad Maratho-
nem afflitos putant. Cum enim illi Athene-
niensium opes contemnerent, Parium
marmor, ac si hostem iam viciissent, tro-
phæ erigendi causa in hæc loca deportan-
dum curarant. Ex eo Phidias Nemesis si-
gnum fecit, in cuius capite corona ceruos
habet, & Victoria sigilla: Ipsa leua fraxi-
ni ramum, dextra phialam tenet. In phia-
la Aetiopes celati sunt, de quibus, ne-
que quid ipse coniiciam habeo, neque eo-
rum tamen, qui se rem intelligere pro-
fertur, opinioni assentior. Aethiopes in
phiala factos ad Oceanum amnem signi-
ficandum. Ad ipsum enim Aethiopas accol-
ere, & eundem Nemesis patrem esse.
Nam ad Oceanum, non sane flumen, sed
extremum mare, quod nauibus scilicet per-
uadi possit, accolunt Hispani, & Galli, &
in eo Britannia insula est: Supra Sienem
ad mare rubrum Ichthyophagi, à quibus
sinus is quem circunquaque tenet, Ichthio-
phagus appellatur. Hominum verò iustissimi
Meroen, & campos qui Aethiopici
vocantur incolunt: Mensam hi Solis o-
stant. Sed neque mare, neque flumen
omnino aliud quam Nihilum habent.
Sunt & alij Mauris finitimi Aetiopes, ad
Nafamonas usq; pertinentes. Nafamonas
quidem

quidem ipsi, quos Atlantas Herodotus
esse existimauit, qui orbis terre spacia nos-
se profitentur, Loxitas appellant: Qui in
extremis Libyaæ finibus Atlantem inco-
lunt: Serunt autem omnino nihil, sed agre-
stium tantum vitium fructu aluntur. Verū
neque hi Aethiopes, neque Nafamonas vi-
los habent amnes. Quæ enim ab Atlante
aqua defluit, & si in alueos tris discedit,
nunquam tamen in modum iusti fluminis
crescit. Quidquid enim aquæ exitit, sta-
tim arena absorbet. Ex quo facile intelli-
gi potest non annis, sed Oceani maris
Aethiopes accolas esse: Et aqua quidē quæ
ex Atlante descendit turbulenta est, circā-
que eius fontes Crocodili gigantur ni-
hilo cubitalibus minores, qui vbi pro-
pius homines accedere senserint, in fon-
tem se demergunt: Quæ res efficit, vt nō
nulli suspicarentur ab hac ipsa aqua è me-
diis arenis emergente Nilum, qui Aegy-
ptum præterfluit, oriri. Atlas mons adeo
celsus est, vt vertice calum tangere dicatur:
Inaccessus ille quidem, viam vndeque
aquis, & arborum crebritate intercluden-
te: Ab ea itaque duntaxat parte, quæ Na-
famonas spectat, cognoscitur: Ad mari-
timam enim eius oram neminem adhuc
nauibus accessisse comperimus. Sed vt

vnde digressa est redeat oratio, Nemesis neque hoc, neque aliud vetus signum alas habet: Apud Smyrnæos, quæ maxima cum religione coluntur eius deæ signa, alas habere postea animaduerti: Cuius rei eam esse causam suspicor, quod cum eius numen ad amatores maxime pertineat, idcirco ei vt Cupidini alas addunt. Sed ea iam quæ in signi basi sunt, exponam: si vnum prius, quo res tota clarior fiat, explicare. Helenæ matrem fuisse Nemesis Græci dicunt, Ledam verò nutricem, nam patrè omnes Iouem non Tyndarum perhibent; Quæ cum Phidias nosset, Ledam ea specie fecit vt Helenam ad Nemesis adducere videatur. Addidit Tyndarum & filios, hominem præterea cum equo assidente, quem Equitem appellant. Adsunt Agamemnon, Menelaus, & Pyrrhus Achillis filius, quod ei primum Hermione Helenæ filia desponsa fuit. Orestes verò ob impiū in matrem facinus præteritus est: Quem tamen Hermione nunquam deseruit cum filium etiam ei peperisset. In basi deinceps est, quem Epochum dicunt, & alter item adolescens, de quibus aliud acceperit nihil, nisi eos Oenoës fratres fuisse, à qua est curix nomen. Oropium autem agrum, qui medius est inter Atticam & Tanagras, olim

olim tenebant Boeoti, ætate nostra in Atheniensium potestate est. Nam cum diu Athenienses de eo dimicassent, non ante potiti sunt, quam eum à Philippo, cum Thebas ille expugnasset, accepissent. Vtibz quidem ipsa, cui Oropus nomen, ad mare sita est, nihil verò historia dignum præse fert. Loige ab ea circiter xii. stadia Amphiarai templum est: quo scilicet loco Thebis fugientem cum curiu absorptum terræ hiatu ferunt. Sunt qui id accidisse dicant in via, qua Thebis Chalcidem iter est: qui locus Harmæ nunc etiam, id est Currus dicitur. In deorum verò numerum Aorphaiaum primi omnium Oropij retulerunt, quos reliqui Græci secuti sunt. Possum etiam alios recensere, quibus cum homines ante fuissent, Græci diuinos hanores post mortem habuerunt: Quibzque etiam vrbes dedicatae fuerunt, vt Eleüs in Cherroneso, Protefilao: In Boeotia, Lebadea Trophonio: Apud Oropios templum Amphiarao, & eidem è candido lapide signum: Ara quidem eius in parteis distributa est, V. Earum vna Hercul, Ioui, Apollini, Paonio: Altera herobus, eorumque vxoribus: Vestæ tertia, Mercurio, Amphiarao, & Amphilochi filius (nam Alcmæon propter Eriphyles cædem, in

nullam aut Amphiaraï, aut Amphilochi honorum partem receptus est.) At quarta aræ pars Veneri, Panaceæ, Iasæ Hygeæ, Mineruæ, Pæoniae: Quinta nymphis, Pani, Acheloo, & Cephiso omnibus sacra est. Amphilocho in ipsa vrbe apud Athenienses ara sua est. In Ciciliæ verò vrbe Mallo eiusdem oraculum, quod omnium est quæ ætate mea extant minime fallax. Est etiam apud Oropios fons templo proximus, quem Amphiaraï nuncupant: Ad quem neque diuinam rem faciunt, neque aut ad lustrandum, aut ad manus laundas, aqua ea vti fas putant: Solum, qui morbo oraculi monitu leuati fuerint, signatum aurum, argentumve more maiorum in fonte abiiciunt. Hinc enim iam deum Amphiaraum ascendisse tradunt: Iophon autem Gnosius, qui vatum oracula heroicis versibus exposuit, Amphiaraum consulentibus Argiuis, cum Thebas profecturi essent, his versibus respondisse, memoriz prodidit. Sed nimirum quod vulgi opinio ne receptum est, peruvicaciter defenditur. Præter eos enim quos diuino afflato futura prædictissæ antiquitas testata est, ne mo omnino fatidicus fuit. Nam reliqui aut somniorum interpres fuere, aut aviū volatus, & exta inspiciendi peritiam pro-

L I B E R I . 133
fitebantur. Quo sit ut Amphiaraum coniectandis somniis in primis solerter fuisse suspicer. Constat enim illum somniorum diuinatione tradita, tum demum in deorum numerum relatum. Consulendi quidem causa qui accedunt lustrantur omnes. Pro piaculo res diuina est, quam cum Amphiarao ipsis faciunt, tum cæteris, quorum in eadem ara inscripta sunt nomina. Deinde arietē immolant, cuius substrata pelle dormientes, nocturna visa expectat. Insulæ terræ Atticæ non longe ab ipso litora distant: Earum vna Patrocli dicitur, de qua, quæ historia digna visa fuerunt, ante commemorauimus: Altera supra Sunium est, ad leuam in Atticam nauigantibus, ad quam post Ilij euersionem Helenam appulisse ferunt, & circa Helenen appellatam. Salamis è regione Eleusinis sita, ad Megarici etiam agri fines pertinet: Huic à Salamine Asopi matre nomen inditum tradunt: Aeginetas postea vi eam à Telamone deductos: Traditam postea Atheniensibus à Phylæo Euryfacis filio Aiakis nepote, cum ab ipsis fuisse civitate donatus: Salaminios verò multis post annis Athenienses eo nomine damnatos, quod dissimulanter male rem geri concupissent, dum bellum cum Cassan-

dro gereretur, & in Cassandra ac Mace-
donas propenso animo fuissent, vrbe de-
leta, è suis sedibus eiecerunt. Asceraden-
tiā, qui prætor insulam obtinuerat, ca-
pitis damnarunt, ac sibi iureirando eius
proditoris memoriam sempiternam san-
xerunt. Spectatur hac etiam num ætate
fori ruinæ, & inter eas Aiacis templum
cum statua ex ebeno: Decreti quidem Aia-
ci, & Euryfaci eius filio ab Atheniensibus
honores adhuc manent. Euryfacis Athe-
nis etiam ara est. Ostenditur Salamine
non longe à portu saxum, super quo Te-
lamonei conseditte aiunt, cum nauem,
qua Aulidem filij ad Græcorum classem
vesti sunt, oculis prosequeretur. Tradunt
incolæ post Aiacis interitum, apud se pri-
mum florem enatum, candidum, ruben-
tem modice, lilio cum cæteris partibus,
tum foliis minorem, inscriptum verò iis-
dem, quibus Hiacynthum, literis. Audi-
ui quidem quæ Aeolenses, qui Ilium post
eius eversionem teauerunt, de armorum
judicio produnt, atque illud in primis.
Post Vlyssis naufragia, arma, de quibus
certamen fuerat, ad Aiacis sepulchrum
rēpestate delata. De Aiacis verò magnitu-
dine narrauit mihi Mysus quidam, se-
pulchrum eius qua parte ad litus conuer-
sum

sum est, maris alluione multo aditu fa-
cilius effectum. Inde verò, aiebat, de Aia-
cis magnitudine, me conjecturam capere
posse, quod genuum vertebræ, quas molas
medici appellant, disci instar essent eius,
quo Athletæ iij, qui sunt Quinqueiiores
appellati, vtuntur. Evidem Gallorum,
qui in extremis orbis terræ partibus ha-
bitant, finitimi, desitatis pœ nimo frigo-
re regionibus, quos Cebarenses nominat,
nihil sum magnitudinem admiratus: Ne-
que enim apud eos cadauera videoas maio-
ra iis, quæ ostendunt Aegyptij: Quæ ve-
rò in hoc genere maxime admiratione di-
gna mihi visa sunt, ea commemorare non
grauabor. Apud Magnesios, qui ad Le-
thum sunt, quidam fuit Protophanes, qui
de pancratio, & luctu eadem die in Olympi-
a vistor est renuntiatus: In huius sepul-
chrum aliquando latrones prædæ spe du-
cti penetrarunt, post illos alij multi vt ca-
dauer duntaxat spectarent: Eius certe co-
stæ, non ita vt cæterorum hominum, dis-
cretæ fuerunt, sed pro illis continens os
habuit ab humeris ad eás costas, quas me-
dici Nothas nuncupant. Apud Milesios
verò ante ipsam urbem est Lade insula:
Ea rursus in duas paruas scinditur insu-
las, earum alteram Asterij dicunt, quod

fuerit in ea sepultus Asterius Anactis filius: Anactem tetræ filium fuisse tradunt, cadauer eius nihilo est decem cubitis breuius: quod verò mihi magnæ fuit admirationi. In superiori Lydia non magna vrbs est, quæ Temeni porta dicitur, ibi am beso tempestatibus sepulchro, ossa dete-
cta sunt, quæ nisi humanorum ossium fi-
guram retinuissent, propter magnitudi-
nem nemo ea hominis fuisse, vt crederet,
adduci facile potuisset. In vulgus repente
sermo manauit Geryonæ illud cadauer
esse Chrysaoris filij. Soliumque eius fuisse,
quod in montis fragmento excisum cer-
nebatur. Torrentem verò qui proxime
allabitur, Oceanum appellari aiebant:
Addebat etiam agricolas boum cornua
sæpe inter arandum eruere solitos, quod
scilicet Geryonem eximia specie boves
alii se fama vulgasset. Quorum opinio-
ni cum ego neutquam assentirer, Gadi-
bus habitasse Geryonem dicebam, neque
vllum eius monimentum extare, arborem
tantum ostendi, cuius admodum esset va-
ria species: Ibi è Lydis antiquitatis periti
homines: quæ verò propiora sunt, disseruerunt: Hylli cadauer illud esse: Fuisse
verò Hyllum terræ filium, à quo regio-
nis fluvius nomen acceperit: Et Hercu-
lem

lem propter Omphales consuetudinem
filium de fluminis nomine appellasse.
Salamine (vt vnde fueram digressus re-
deam) Dianæ templum est, & trophaeum
in memoriam eius victoriæ, cuius The-
mistocles Neoclis filius græcis omnibus
author fuit. Erectum Cychreo etiam
templum, Commisso enim cum Persis
prælio, draconem inter naues conspectum
memorant, de quo sciscitantibus Cy-
chreum fuisse heroa Apollinem respon-
disse. Ante Salaminem insula est, cui
Psyttalia nomen, in eam ex Persiam
exercitu quadringentos descendisse pro-
ditum est. Deleta verò Xerxis classe,
cum eodem Græci transmisissent, omnes
ad internitionem cæsos. Signum in in-
sula nullum quidem extat, arte expoli-
tum, Panos tantum quædam ruidia sunt.
Qua Eleusinem iter est, per eam viam
quam sacram appellant, Anthemocriti
monumentum conspicitur, quem violato
iure Gentium, per summum nefas Mega-
renses occidere: cum fæcialis edictum mis-
sus fuisse, ne sacram illi terram cole-
rent: Sed inexpliabiles in hunc usq; diem
laeti numinis poenas dederunt. Solos
enim ex omnibus Græcis, ne Adrianus
quidem imperator subleuavit. Post An-

themocriti cippum, Molossi tumulus est, cui imperium Athenenses decreuerent, cum in Euboeam Plutarcho auxilia mittenda censuerunt. Vicus prope est, cui Scirum nomen: Appellationis huiusmodi causa prodita est: Dum Eleusinij bellum cum Erechtheo gererent, vate vbi sunt Dodonæo, cui Sciro nomen: Is Sciradis Mineruæ vetustum templum in Phalero dedicauit: Cumque in pugna cecidisset, sepultus est non longe à torrenti amne: Locus itaque & amnis ab heroe nomen habent. Prope visitur Cephisodori monumentum, qui cum populo præset, Philippo Demetrij filio Macedonum regi vehementer restitit: Et cum Atheniensibus Mysorum tegem Attalum, & Aegyptiorum Ptolemaum: Ex liberis verò Gentibus, Aetolos, ac insularum incolas Rhodios, & Cretenses amicitia, & societate coniunxit. Verùm cum è Mysia, Aegypto, & Creta serius auxilia mitterentur, ac Rhodij, qui alias quām nauales copias non haberent, contra grauem Macedonum armaturam paruo omnino essent præsidio futuri, cum parua suorum manu in Itiam veniens, à Romanis auxilia impetravit. Ii verò exercitu & imperatore missis Mace-

Macedonum vires adeo fregerunt, ut non multo post Perseum Philippi filium, non regno tantu*m* eiuscerist, sed captiuum etiam Romanum pertraxerint. Fuit Philippus Demetrij filius, qui primus ex hac familia (quemadmodum ante exposuimus) Alexandro Cassandi filio interfecto, regnum obtinuit. Secundum Cephisodori, Heliodori Aliensis sepulchrum est, cuius pictam imaginem in magnō Mineruæ templo videas. Sepultus ibidem est Themistocles Polyarchi filius, Themistoclis eius pronepos, qui nauale prælium cum Xerxe commisit. Huius quidem posteros, præter Accium, commemorare necesse nihil habeo. Hæc Xenoclis, Sophoclis filii, Leontis nepotis filia fuit: Ac viuēs suos omnes à Leonte pro suo Daduchos vidit: Aequales etiā eodem sacerdotio honestatos, Sophoclen fratrem Themistoclen virum, & eo mortuo Theophrastum filium. Atque illa quidem eiusmodi fortuna sua est. Longius progressis Lacij herois locus in conspectu est, & Lacidarum ab eo nominata curia. Nicoclis etiam Tarentini monumentum, cuius supra omnes fere eitharodos celebre nomen fuit. Est eodem in loco ara Zephyro erecta: Ceresi & Proserpinæ templa. Quibus cum Minae-

Minerua, & Neptuno communes honores habentur. In hac ipsa regione à Phytalo a iunt Cererem hospitio acceptum, eique fici stirpe donata gratiam relatam. Id versus testantur in Phytali sepulchro incisi.

Hic Cererem teclis Phytalus susceperebat heros,
Cui p ium sacri Largita est semina pomi,
Quam mortale genus sicum vocat: illius ergo
Putunoris, aeterno hic Phytali genus floret
honore.

Priusquam Cephissium amnem transeas
Theodori monumentum est, cui de tragœ
dis primas etas sua detulit: luxta fluuium
simulachra duo sunt, alterum Mnesimachos, Cephiso crinem suum detondentis
pueri: alterum fuisse verò patrium Græcis
omnibus crinem fluminibus tondere, ex
iis Homeri versibus cognoscas, in quibus
est Peleum Sperchio pro felici Achillis à
Troia reditu, crinē voulisse. Trans Cephis-
sum placidi Iouis, Melichiū nuncupant, ve-
tus ara est, ad quā Theseus à Phytali poste-
ris de cæde purgatus dicitur, cum & latro-
nes alios, & Sinin à Pittheo materno auo
sibi propinquū occidisset. Sepulchra ibidē
sunt Theodectis, Phaselitæ, & Mnesithei
quæ medendi arte claruisse accepimus, ac
signa multa dedicasse, atque ex iis Iac-
cho

chovnūm. In ipsa via ædes non magna
visitur, Cyamitæ templum, ac si Fabarij
dixeris, appellant. Compertū autem non
habeo, fabarūmne hic satiōnem docuerit,
an verò heroum alicui sit id nominis tri-
butum. Neque enim fabarūm inuentum
Cereri adscribere possunt: Nam qui vel
initiis, quæ Eleusinæ sunt, interfuerint, vel
ea, quæ Orphica appellantur, legerint, faci-
le id quod dico intelligent. Monimenta
eo quidem in loco duo, & magnitudine, &
operis magnificētia præstant: Alterum est
Rhodij cuiusdam viri, qui se Athenas con-
tulit: Alterum Harpalus Macedo excita-
uit, is nempe, qui Alexandrum fugiens, ex
Asia in Europam classe traiecit: Cūmque
Athenas venisset ab Atheniēsibus captus,
corruptis cum aliis, tum ipsius Alexandri
amicis periculum effugit. Sed is ante Py-
thionicem vxorem duxerat, cuius neque
genus, neque patriam noui: Tantum scio
Athenis eam & Corinthi corpus vulgassem.
Eam verò tam perdite amauit Harpalus,
vt mortuę monimentū posuerit, omnium;
quæ in Græcia sunt, veterū operum, quod
spectetur dignissimum. Templum etiam
ibi spectes, in quo Cereris, Proserpinæ, Mi-
nerue, & Apollinis signa sunt: Ab initio
fuit ædes vni Apollini dicata, Cephalum
enim

enim iauat Deionei filium cum Amphytrione primum ad Teleboas, in eam insulam, quæ de ipsius nomine Cephalenia dicitur, profectum. Nam Thebas ante Athenis ob Procridis vxoris cædem exul migrarat: Eius posteros, decem iam exactis seculis, Chalcinum & Daxum, cum Delphos nauigassent, ac deum de reditu in antiquam patriam consuluisserint, responsum accepisse, ut in Atticam reueisi quo in loco humi currentem triremem vidissent, ibi Apollini rem diuinam facerent. Cum itaque ad montem, quem Poecilum appellant, appropinquasset, draconem offendisse celeri se lapsu in latebras demittentem, ibi eos rem diuinam Apollini fecisse, ac statim ab Atheniensibus in ciuitatem receptos. Post hoc templum, Veneris aedes est, cuius in fronte paries extractus est è rudi lapide, opere tamen insigni: Iam aluei qui Rheti appellantur, solo cursu fluminibus similes sunt. Nam eorum aqua maris saporem refert: Quæ res alicui fortasse persuaserit è Chalcidico, eos Euripo per continentem terram fastigio in mare defluere: Rhetos quidem Cereri, ac Proserpinæ sacros esse tradunt, neque eos, qui in illis nascuntur pisces, cuiquam licet preterquam sacerdotibus capere. Atque hinc quid

quidem veteres Eleusinij sunt & Attici agri fines, vti accepi. Agrum verò qui trans Rhetos est, tenuisse dicitur Crocon, & locus ille Croconis, nunc etiam Regia appellatur: cum hoc Crocone Celei filiam Basaram nuptam fuisse Athenienses memorant: Neque tamen hæc omnium sed eorum tantum, qui è Scambonidarum curia sunt, opinio est: Croconis certe sepulchrum iuuenire nunquam potui. Eumolpi verò tumulum, & Eleusinij & Athenienses agnoscent. Venisse eum è Tracia, filiumque Neptuni, & Chiones fuisse, traditum est. Chionem quidem Boreæ ex Orythyia genitam, de cuius sanè parentibus nihil omnino Homerus prodidit: In quadam tantum versuum suorum parte animi præstantem appellat Eumolpum. Enim uero commissa inter Eleusinios, & Athenienses pugna, hinc Erechtheus rex, illinc Eumolpi filius Immaradus ceciderunt. Arma inde his conditionibus posita, vt Eleusinij se, suaque cetera omnia in Atheniensium potestatem traderent, initia ipsi tanquam propria retinerent. Ac, vt Cereri & Proserpinæ Eumolpus, & Celei filiae sacra ficerent, eas iisdem nominibus Pamphus & Homerus appellant, Diogenam, Pammeropem. Sasaram. Ex Eumolpi

molpi verò filiis natu minimus Ceryx, patri superstes fuit. Quem tamen Præconum natio, qui suam ei originem referunt. ex Aglauro Cecropis filia, & Mercurio non Eumolpo procreatū dicunt. Est eodem in loco heroicum Hippothontis monumentum, à quo tribus nomen habet. Atque illi proximum Zarecis, quem tradunt musicam ab Apolline didicisse: Ego verò Atticæ inquilinum fuisse, patris Lacedæmonium, & ab eo maritimam Laconiac vrbem Zaraca appellatam comperio. Quid si quis fuit Atticæ indigena Zarex, de eo quod dicam planè nihil habeo. Cephissus verò amnis per Eleusinum agrum cursu multo quām quovis alio in loco concitatiore defertur. Prope locus est, cui Caprifoco nomen, vnde Orcum rapta Proserpina descendisse fama vulgauit. Ad hunc Cephissi alueum Theseus latronem Polypemonem Procrusten cognomine occidit. Apud Eleusinos Triptolemi ædes est, propylæa Dianæ, & Neptuni patris: Puteus, quem Callichorum appellant, vbi primum chorum Eleusiniorum fœminæ instituerunt, & deam cantu venerantæ sunt. In campis verò, quos Rharios vocat, frugum primum iacta semina adoleuisse ferunt: In cuius rei memoriam, ordeum

ordeum ex eo ipso solo demessum, in sacris ad molas, & liba adhibent. Ostenditur ibidem area quæ Triptolemi dicitur, & ei dedicata ara. At quæ intra sacrum parietem seruantur, scribere somnio prohibemur: Eorum enim aspectu non tantum iis, qui initiati non fuerint, interditum est, verum etiam ne percontari quidem, aut audire fas quidquam est. Eleusinæ verò heroem, vnde oppidum nomen habet, nonnulli Mercurio & Daira Oceani filia genitum putant: Alij Ogygis fuisse filium fabulati sunt. Nam prisci Eleusinij cum ad nullam fere ætatem hominum origines suas habeant referre, multis cum alia singendi, tum quæ de heroibus prodita sunt, locum dedere. Qua ab Eleusine in Boeotiam iter est, Atheniensibus Platæensis ager finitus est: Atticam tamen olim & Boeotiam Eleutherenses dirimebant. Sed postea quām Eleutherenses in Atheniensium potestatem venerunt, Cytheron mons fias vrius que regionis haberi cōptus est. Attico verò nomini non illi quidem bello subacti se adiunixerunt: sed quid eam in primis reipub. formam, qua Athenienses vtebantur, expetiuerunt: quodque capitali in Thebanos odio semper laborarunt. In

isdem campis Liberipatris templum est, atque inde est Athenas peruetus signum deportatum: Nam quod Eleutheris hac etiam aetate extat, ad illius fuit similitudinem factum. Non procul specus abest modica quidem magnitudine: Fons proximus frigidæ aquæ: In eo specu Antiope narrant, quos pepererat geminos exposuisse: Paltorem sublatos pueros fasceis exemptos illis aquis lauisse. Eleuthera rum cum muri, tum ædium etiam vestigia remanent: Ea res planum facit, oppidum ipsum non multum supra campos Cytheronem versus fuisse. Altera ab Elufine via Megara ducit: Peream qui ingrediantur puteum offendunt, cui nomen Florido, Super eo Pamphus veribus mandauit. Cererem post raptū Proserpinæ anus facie sumpta consedit, atque inde illam Celei filias, quod nempe Argiam esse animum putassent, ad matrem dduxisse: Meganiram verò ei filium educandum tradidisse. Non longe à puteo est Meganiræ facellum, & eorum, qui ad Thebas ceciderunt, tumuli. Cum enim Creon, qui Ladamantis & Eteoclis filij tutela suscepit Thebis imperabat, non sineret cæsorum cadavera humari, Thesei opem Adrastus implorauit. Comissa itaque inter Atheniens

nenses & Thebanos pugna, vicit Theseus in Eleusinum agrum deportanda cadavera, atque ibi spelienda curauit: Thebani tamen neque se quin humarentur prohibuisse, neque ullam sibi cum Atheniensibus ob eam causam certamen fuisse dicunt. Post Argiorum sepulchra, Alopes monumentum est, quam cum Neptuno Hippothoontem peperisset, eo ipso in loco à Cercyonे patre imperfectam ferunt. Cercyonem ipsum traditum est in omnes hospites immanem fuisse, præcipue tamen in eos, qui in luctæ certamen descendere recusassent. At aetate quidem mea locus quidam, qui ab Alopes tumulo non longe abest, Cercyonis palestra appellatur: Vbi dicitur Cercyon omnes qui secum certassent occidisse, præter Theseum tamen, à quo luctandi in primis arte est superatus. Palæstricen enim Theseus primus inuenit, & ab eo profecta Palæstrarum disciplina, ab eius rei magistris celebrari coepit, cum ante sola corporis magnitudine & robore, in lucta certaretur. Hæc sunt quæ apud Athenienses (vti ego sentio) aut prædicantur, aut cum admiratione spectantur: cum ea ab initio missa fecerim, quæ leviora sunt, quam ut ullam institutæ historiæ possint

dignitatem afferre. Eleusini finitima est Megarica terra, cuius imperium Pyla regi à Pandione relictum, Athenienses olim adepti sunt. Eius rei haud quaquam dubia testimonia sunt, quod in ipsis Megarensium finibus extat Pandionis sepulchrum: quodque cum Aegeo, qui in ea familia natu maximus erat, Atheniensium regno Nisus concessisset. Megara ei obtigerunt & quidquid agri ad fines usque Corinthiorum pertinet. Manet apud Megarenses adhuc nauale, quæ Nisaea ab ipso appellatur. Regnante vero Codro cum Peloponnesi bellum Atheniensibus intulissent, ac nihil omnino insigne ad gloriam in eo aliud gesissent, dum se domum recipereant, Megara Atheniensibus ademerunt: Corinthiosque ac ceteros auxiliarios, qui nomina deditent, illuc Coloniam deduxerunt: Quæ res efficit ut Megarenses lingua cum moribus mutata ex Atticis Dorientes fierent. Vrbem vero eo nomine appellatam putant, Care Phoronei filio regnante (tunc enim primum Cereris templa apud se erecta) eaque Megara appellata, Megarenses ipsi commemorant, in iis, quos de rebus suis habent, sermonibus. At Bœotij Megareum dicunt Neptuni filium

filium ab Onchesto cum Bœotiorum manu Niso contra Minoen auxilio venisse: Cumque in prælio cecidisset, eo ipso in quo ceciderat loco, sepultum, vibi quæ ante Nisa appellabatur, nomen dedisse. Ad haec addunt Megareses Lelegen, duodecim post Cara Phoronei filium ætatis, ex Aegypto venisse, eoque regnante indigenas Lelegas appellatos. Clesone vero Lelegis filio Pylan ortum, Pyla Scironem, cum quo nupta Pandionis filia fuerit. Hunc Scironem & Nisum Pandionis filium de regno disceptantes, iudicem Aeacum delegisse: adiudicasse illum Niso regnum, eiusque posteris: Scironi vero exercitus, totiusque rei bellicæ imperium. Megareum deinde Neptuni filium, cui Nisus Iphinoen filiam nuptrum dederat, socero in regnum successisse. Nam de Cretico bello, & vrbe regnante Niso capta, omnia Megarenses dissimulant. In oppido aquæ ductus est, quem Theagenes exædificauit: Theagenis vero, & ante mentionem fecimus, vbi filiam eius Cyloni Atheniensi nuptam fuisse diximus. Hic itaque Theagenes in tyrannide aquæ ductum erexit, opus cum magnitudine, tum ornato & columnarum numero valde præ-

clarum. Aquam influentem Sichædum Nympharum appellant : ac eas quidem Nymphas indigenas esse dicunt tuas, atque ex earum viuis filia Ioui Megarum natum, ac Megarum quidem Deucalionis diluuium in Geraniæ verticem effusisse, cum nondum mons ille id nominis haberet. Nam quod Megarus gruum præteruolantium vocem fecutus illuc natando euafisset, inde monti inditum nomen tradunt. Non longe ab aquæ ductu vetus est quædam ædes, in qua extant ætate etiam nostra Imperatorum Romanorum imagines, & signum ex ære, quod Dianæ Sospitæ appellant. Hanc esse cognominis causam dicunt, cum Persæ, vexato excursionibus Megarico agro, se Thebas ad Mardonium ducem suum reciperent, obortis repente Dianæ numine tenebris peretrorem viarum ad montanam eos regionis partem deflexisse. Ibi obiecta hostilis agminis specie sagittas misisse, ad quarum iæsus cum proxima saxa tanquam gemitus imaginem redderent, homines esse, qui ex vulneribus gernerent opinantes, non ante iaculari defuisse, quam sagittas omnes profudissent. Cum vero illuxisset, Megareses armatos contra inermes impe-

tu facto magnam eius agminis partem trucidasse, atque ex eo rei cumentu Diana Sospita signum dedicasse. In eodem templo xii. deorum signa sunt, Praxitelis, ut servunt, opus: Nam Dianam Strongylion fecit. Iam vero Iouis, quem Olympicum dicunt, lucum ingressus, templum videas planè insigne, & si Iouis signum expolitum non est, opus enim Peloponnesiacum bellum interpellavit: Per quæ sare tempora Athenienses terrestribus maritimisque copiis quotannis ferè Megarensum publicas & priuatas operes vehementer attiueunt. Ipsius quidem Iouis os auro, & ebore constat, reliquum vero corpus è gypso & fictili est materia. Opus hoc fecisse dicunt Theocosmuni ciuem suum adiuuare Phidia. In Iouis capite Horæ & Paræ inservit. Fata enim Ioui parere, & eius natus temporum vicissitudines describi, nemo est qui nesciat. In templi postica parte ligna quadam sunt duntaxat informata, quæ Thocosmus auro & ebore fuisset ornatutus ad signum Iouis absoluendū. In eadem templi parte triremis æneum rostrum positum est: Ea vero se triremem cepisse Megareses dicunt in prælio nauali, quod cum Atheniensibus de Salamine certantes fecerunt. Neque Athenienses inserviantur defe-

cisse aliquando à se ad Megarenses Salaminiem. Solonis verò elegis excitatos, de insula prius disceptasse, deinde eam se bello recepisse. At Megarenses exules quosdam dicunt, quos ipsi Dorycleos vocant, Salaminem in Coloniam deductos, eam per proditionem Atheniensibus dedidisse.

A Iouis luco cum in arcem ascenderis, quam à Care Phoronei filio atate etiam nostra Cariam nominant, Bacchi Nyctelij ædē videoas, & Veneris Epistrophia, quasi Procuratricis dicas, sacellum. Noctis præterea oraculum, & Iouis Puluerei delubrum sine recto. Aesculapij verò, & Hygei signa Bryaxis fecit. Eodem in loco est Cereris nobile templum, Megaron appellant, quod ædificasse Cara, dum regnaret, memorant. Ab ea arcis parte, quæ ad septentriones est, descendantibus, Alcmenes se ostendit monumentum, proxime ad Olympij Iouis ædem. Proficiscentem enim eam Argis Thebas in Megarensium finibus in ipsa via mortuam ferunt: Inter Herculis verò filios disceptatum, eius cadaver Argos ne reportandum, an verò Thebis esset sepeliendum: Cum Herculis ex Megara filiorum, & Amphitriouis Thebis essent sepulcha. Respondisse verò Delphicum Appollinem de ea re consilientib-

lentibus, eam in Megarico agro sepeliri facius multo esse. Hinc me rerum patriæ suę peritus interpres in vicuna deduxit, quem Rhun appellari dixit, ob eam vide licet causam, quod ex imminentibus oppido montibus in eum aqua defluebat, Eam verò aquam aliò Theagenem tyrannum deriuasse, sed in eo ipso unde aquā deduxerat loco, Acheloo'aram dedicasse. Prope est Hylli Herculis filij monumentum, qui cum Echemo Arcade Aëropi filio singuli ri certamine depugnauit. Quis vero hic Echemus fuerit, qui Hyllum occidit, in alia historiæ parte exponam. Hyllus ipse Megaris sepultus est. Ut recte quidem hęc Heraclidarum expeditio appellari potest, in Peloponnesum suscepta Oreste regnante. Non longe ab Hylli monumento, est Isidis aedes, & secundum eam Appollinis ac Dianæ: Hanc dedicasse Alcathoum Leone quem Cithæronium appellarunt, confecto: & ab eo sane Leone, cum aliis, tum Megarei regis filium Euippum lapiatum fuisse tradunt. Cum enim e duobus natu major, cui Timalco nomen, cum Castore & Polluce Aphidnam oppugnatum venisset, fuissetque à Theseo interfactus. Megareum aiunt orbatum filii, & filia nuprias, & regnum ei spospondisse, qui Cithero-

nium Leonem consecisset: Alcathoum igitur Pelopis filium ausum cum bellua congrede, ex eo certamine victorem discessisse. Regno itaque potitum, Agroteræ, id est Venatricis Diana, & Agræ Apollinis tem plu[m] dedicasse. Et hæc quidem ad hunc modum à multis commemorantur. Ego verò & si hercule nolim ea scribere, quæ à Megarensium sermonibus discrepant, id tamen qui fieri potuerit non reperio: Nam Leonem Citharonium ab Alcathoo consecutum ut credam facile adducor: Timalcum verò Megarei filium, quis unquam literis prodidit cum Castore & Pol luce Aphidnam venisse? Sed ut maxime venetur, qui potuit à Theseo interfici, cum Aleman carmine, quod in Castoras fecit, scriptum reliquerit, eo tempore, quo illi expugnatis Athenis Thesei matrem capti uam abduxerunt, Theseum ipsum domi non fuisse? Neque verò, quæ Pindarus scripsit, magnopere diuersa sunt: Theseum cum affinitatem Castorum sibi expertisset, domo profectum, ut Pirithoum prius celebres illas fama nuptias affectantem adiuaret. Sed quicunque ille fuerit, qui Gentilitates persecutus est, eadem nimis fuit qua Megarenses inscitia, si utique Theseus à Pelepe genus duxi: Sed Megarenses

garenses de industria veritatem non tam ignorant quam ambagibus inuoluunt: Quod enim fateri proffus nolunt Niso regnante urbem captam, successisse ei Megareum generū. Megareo Alcathoum comminiscuntur. Nam Niso iam mortuo, & eueris Megaris constat ab Elide Alcathoum venisse: Testimonio mihi fuerit quod muros ipse de integro erexit, quorum fuerant veterem ambitum Cretenses demoliti: Sed de Alcathoo ac Leone, siue is eum in Citharone, siue quo alio in loco occiderit, déque Dianæ Agroteræ, & Apollinis Agræ dedicatione, hæc haec tenus.

Iam verò è templo descendantibus in conspectu est Pandionis heroicum monimentum. Sepultum quidem Pandionem eo loco, qui Mergi scopulus, siue Aethyia Mineru[m] appellatur, ante diximus.

Sed eidem parentant intra urbem etiam Megarenses. Prope est Hippolytæ monimentum, de qua, quæ Megarenses dicunt, non videntur prætermittenda. Cum Amazones ob capram Antiopen bello Athenienses lacescissent à Theseo superatæ fuerint: Cumque earum multæ in prælio ceci dissent, Hippolyten tradunt, Antiopes sororem, cui feminarum ille parebat exercitus: Megara cum paucis aufugisse, ibi cum

cum re male gesta animum despontisset, præfertim quòd se Themiscyram in patriam suam redire posse desperasset, præ animi angore è vita excessisse. Sepultam verò eo quo diximus loco, & eius sane monumentum Amazonici clypei formam præ se fert. Ab eo non longe abest Terrei sepulchrum, eius nempe qui Progenie Pandionis filiam uxorem duxit. Regnauit autem Tereus s vt Megarenses dicunt circa fontes, qui Megaridis appellantur: vti verò ego existimo, atque indicant, quæ adhuc extant, eius regni vestigia. Daulide supra Chæronean. Huius enim veteris Graciæ quæ Hellas nunc appellatur, multas olim partes Barbari tenuerunt: Quos post allatam Philomela vim, & interemptum à mulieribus Ityn, Tereus in potestatem redigere non potuit. Atque ille qui sibi ipsi Megaris manum consciuit, quo in loco ei tumulum struxerunt, ad quem annuum faciunt sacrum, & in eo calculis profarre vntuntur: Atque eo quidem primum in loco vopupam aueni visam memorant. Mulieres cum Athenas configiſſent, præ Iudeu, & merore, ob ea quæ & palla fuerant, & fecerant, contabuerunt: Vulgatam certe fabulam earum alteram in luscianam, in hiruadinem alteram mutatam,

ex eo existimo, quòd avis vtraque misera-biles, & luctuosos cantus edunt. Habent Megarenses & arcem alteram, cui ab Alcathoo nomen est, ad quam qui ascenderint, ad Dexteram Megarei monumentum videant. Is enim Cretico bello ab Onchesto Megarensibus auxilio venit.

Ostenditur etiam deorum focus, quos Prodomeos vocant, quod est quasi præ-structores dicas, quibus rem diuinam fecisse tradunt Alcathoum, cum esset mu-rorum fundamenta iacturus. Iuxta eum focum lapis extat, ad quem citharam de-posuisse Apollinem tradunt, cum muros facienti Alcathoo operam esset suam na-uaturus. Censu verò olim Athenien-sium comprehensos fuisse Megarenses, id mihi argumento est, quòd satis constat ab Alcathoo filiam Peribœan vnà cum The-beo in Cretam Minotauro missam: Eum certe in fabricandis muris ab Apolline aliutum Megarenses affirmant, atque eum, de quo dixi lapidem, ubi citharam depositum, pro testimonio habent: Reddit enim, calculo si quis eum percussit, eundem, quem pulsæ fides sonum, quæ mihi res planè admirabilis visa est: Quanquam colossum, qui Thebis in Aegyptiis est, trans Nilum, non longe ab eo loco quæ Syriu

Syringes, idest fistulæ appellantur, maiore
vtrique cum admiratione spectauit. Statua
ibi est sedentis hominis, quam multi
Memnonis nominant quem ex Aethiopia
in Aegyptum venisse, ac Susa etiam usque
penetrasse traduntur. At ipsi Thebani Mem-
nonem esse negant: Nam Pharnes no-
phan fuisse indigenam hominem dicunt.
Audiuimus etiam qui Sesostris illam statuam,
esse dicerent: eam Cambyses comminuit,
& nunc etiam superior pars à vertice ad
medium truncum humi neglecta iacet, re-
liquum adhuc sedere videtur, ac cotidie
süb ipsum Solis ortum sonum edit, qua-
leum vel citharae, vel lyræ nerui, si forte
dum tenduntur rumpantur. Apud Me-
garenses curia est, ubi fuit olim Timalei
sepulchrum, quem ante dixi non videri
mihi à Theseo interfectum fuisse. In ipso
arcis iugo Mineruæ templum est, & in eo
deæ signum totum inauratum, præter ma-
nus tamen & imos pedes, qui utrūcunq[ue] ip-
sum, ex ebore sunt: Alterum ibidem est de-
librum Mineruæ, cui Victoria cognomenum:
Aliud etiam Aeantidis, de quo
cum nihil à scriptoribus Megarensiū mo-
numentis mandatum sit, ego ex opinione
mea pauca adscribam. Telamon Aeci fi-
lius Alcathoi filiam Peribeam uxorem
duxit:

duxit: Eius filiū Aiacem cum Alcathoo in
regnum successisset, signū Mineruę dedicasse
existim. Apollinis verò aedes prisca fuit
laterculis extorta, quam Adrianus prin-
ceps è candido lapide restituit. Apollinis
verò Pythijs, & Decumani simulachra ni-
hil omnino ab Aegyptiorum lignis si-
gnis differunt. Eius verò quem Archege-
ten, idest Gentilitatis authorē nuncupant,
Aegineticis operibus persimile est, rotam-
que egeno constat. Audiuimus autem Cyprīū
hominem oppido quām peritum in herba
rum generib[us] ad medendi usum notandis,
cum diceret ebenū nulla folia, nullumque
omnino frustum ferre, quin & stirpē nullā
lā esse soli expositā: radices tantū terra
occultari, quas eruant Aethiopes, atque ij
in primis qui, quo maxime lōco reperian-
tur, norunt. Est non procul Legiferæ Ce-
reris fanum, unde qui descendenterint Calli-
polidis Alcathoi filij monumentū videant:
Sed & alterū habuit natu maiorem filiū
Alcathous, quem in auxiliū Melagro misit
contra aprum Calidorium: Cum vera à fe-
ra fuisset adolescentis interemptus, atque id
primus rescripsit Callipolis, ad patrem, qui
sacrum Apollini tunc forte faciebat, in ar-
cem accurrit, ac ligna è sacris fociis di-
sturbauit. Quem cum piaculam com-
mississe:

misisse Alcatbous, qui filium periisse igno-
raret, iudicasset, ira incitatus, stipite, ex iis
ipis, quæ ille disiecerat, lignis, capiti im-
pacto filium interfecit. In via verò, qua
ad Prytaneum dicit Inus monumentum
extat: Id lapidum maceria incingitur, &
sponte natis oleis conuestitur. Soli enim
ex omnibus Græcis Megarenses Inus ca-
dauer in maritimam agri sui oram eie-
ctum, ac illud Clesò, & Tauropolim, Cle-
sonis filias, Lelegis neptes, sublatum sepul-
turæ mandasse: Ipsamque Inò primū apud
se Leucotheam appellatam ferunt: Ei qui-
dem quotannis rem diuinam faciunt: sed
iidem Iphigeniæ etiam heroicum moni-
mentum monstrant, atque eam Megaris
mortuam aiunt. Ego verò quæ longe secus
de Iphigenia Arcades narrant, audiui: Ne-
que ignoro Hesiodum eo poëmate, quo il-
lustres fœminas recenset, scripsisse non es-
se cœsam Iphigeniam, sed Diana numine
Hecaten factam, à quibus nihil discrepit,
quæ scriptis Herodotus. Tauros in Scy-
thia naufragos virginis immolare: Virgi-
nem verò apud ipsos nuncupari Iphige-
niam Agamennonis filiam. Haben Adra-
sto etiam Megarenses honorem, quæ dum
exercitu à Thebarum expugnatione domū
reduceret, mortuū apud se tradūt: Mortis
verò

verò ei causam fuisse senectutem, & animi
angorem ob Aegialei filij interitum. Ex-
stat & Diana templum, quod Agamemno-
nem erexit dicunt, cum ad Calchanted, qui
Megaris habitabat venit, ei, vt se ad
bellum Trojanum sequeretur, persuasu-
rus. In Prytaneo Menippum Megarei fi-
lium, & Alchathoi Echepolin sepultos di-
cunt. Est ad Prytaneum saxum, Anacle-
thra appellant, quod ibi Ceres post lon-
gos errores (id si fide hominum cuiquam
dignum videri potest) filiam euocarit: No-
stra quidem etiam extate Megarenum
fœminæ anniversario ceremoniarū ritu fa-
bulam confirmant. Sunt intra oppidū se-
pulchra, & multorum quidem, qui cum
Persis pugnantes mortem oppetierunt.
Aesymnum verò quod appellant, heroum
& ipsum est monumentum. Nam cum Hy-
perion Agamemnonis filius, qui postremus
Megaris regnauit, propter superbiam
& crudelitatem à Sandione occisus fuisset,
non esse amplius vni parendū censuerunt,
sed annuos magistratus, qui vicissim sum-
me rerū præsenterent, creandos. Quo tempo-
re cum Aesymnus autoritate nemini in-
ter Megarenses secundus, Delphos venies
oraculū consuluisse, qui fieri posset, vt pa-
tria secundis rebus vteretur: & alia accepit

responsa, & illud in primis bene euenturum, si plurimum consilio ciuitas vfa fuisset; quare cum ad mortuos oraculum pertinere interpretati essent, curia ædificandam, intrâq; eius parietes heroum sepulchrum erigendum curarunt. Hinc ad Alcathoi heroicum monimentum progredientes, ad eum locum perueniant, quo pro tabulario mea ætate Megarenses vtebantur: Esse vero perhibent Pyrgus Alcathoi vxoris monumentum, quam ille habuit in matrimonio, priusquam cum eo esset Euachme Megarei filia. Iam ad Iphinoës Alcathoi filiae tumulum, quam virginem è vita decessisse memorant: patrio ritu puellæ ante nuptias inferias mittunt, crinisque primitias detondent, non aliter quam Hecaërgæ Deliorum filiae. In primo aditu ad Liberi patris fanum, quod Dionysion appellant, sepulchrū est Astyrateæ, & Mantusiliarum Polyidi, Cærani filij, Abantis nepotis, Melapodis pronepotis. Polyidus quidem ipse venisse dicitur Megara cum Alchathoum de cæde Callipolidis filij lustrauit, & Liberi templum dedicasse, cum simulachro, quod totum ætate nostra præter os occultatur, id enim unum est in conspectu: Afsistit Satyrius è pario lapide, Praxitelis opus, atque hunc quidem Patrium

Liberum appellant: Alterum vero Dafyl- lium cognomento, Euchenorem Cærani filium Polyidi nepotem dedicasse ferunt. Secundum Liberi, Veneris delubrum est, cuius signum ex ebore, deæ cognomen Praxis, atque eius signū omnium est, quæ in eo delubro spectentur, vetustissimum. In eodem Pithüs deæ, id est suadæ, est simulachrum, & eius item deæ, quam Paragoron, hoc est cōsolatricem nuncupant: operis author Praxiteles. Visuntur ibidem & Scopæ, Amor, Appetitus, Cupido, tam diuerso inter se habitu ac facie, quæ diuersa sunt nomina ex ipsis numinum potestatibus indita. Iuxta Veneris, Fortunæ ædes est, ipsa dea à Praxitele elaborata. In proximo delubro Musas, & Iouem fecit Lyssippus. Est etiam apud Megareses Corœbi sepulchrum, de quo, quæ versibus mandata sunt, exponam: & si eadem ab Argiuis celebrantur. Regnante Argis Crotopo, eius filium Psamathe tradunt, puerum, quem ex Apolline pepererat, ut patrem, à quo sibi plurimum metuebat, cælaret, exposuisse: Cumque ita accidisset, ut à canibus regij pecoris custodibus dilaceraretur, Apollinem Argiuis diram quan dam belluam immisisse, Poenam ipsi appellarent, quæ è matrum gremiis infan-

tes rapiebat: Monstrum verò illud Corœbum Argiuorum misericordia adductum confecisse. Verùm cum dei ira nihil remisisset, & pestilentia morbo ciuitas vexaretur, venisse Delphos iuuuenem, ut de Pœnæ cæde Apollini satisfaceret: Pythia cum illi in patriam redeundum negasset, ut è templo tripodem tolleret imperasse: quóque loco excidisset, ibi vrbe condita, ut consideret. Cum itaque tripos illo-imprudente lapsus ad Geraniam montem excidisset, in mentem ei continuo oraculi venisse, & eo in vico, cui Tripodis nomen fuit, consedisse: Corœbi verò sepulchrum Megaris est, in quo inscripti elegi rem totam de Psamathe & Corœbo testantur: Tumuli insigne est Corœbus. Pœnam conficiens: Quæ signa omnium, quæ in Græcia è lapide facta viderim, antiquissima esse iudico. Non longe Corœbi monumento, sepultus est Orsippus, is qui cum veteri Athletarū more, cum subligaculo Gymnicos ludos obire consuefset: in Olympico tamen curriculo nudus vicit: Idémque postea cum exercitus imperator esset, finitimus agri partē bello admittit. Non inuito crediderim Olympiæ subligaculum delapsum, nempe qui nosset sine eo multo quemuis esse ad cursum exge-

expeditiorem. E foro cum redeas in viam, quæ Recta dicitur, si paululum diuerteris ad Apollinis præstitis accedas: Ibi est Apollinis nobile signum, Diana, & Latona: & alia itē signa, quæ fecit Praxiteles, Latona cum filiis. Ad portam, quam Nymphadas appellant, in veteri gymnasio lapis est, qui non magna Pyramidis formā præse fert. Lapidem eum Apollinem Carinum nominant. Est ibidem Lucinae ædes. Atque hæc quidem, quæ ostentare possit, Megara habent. Ad nauale verò, quam ætate etiam mea Nisæam vocant, si descendas, Cereris Ouiferæ templum videoas. Cognomen verò dæa, præter alia multa quæ ea de re profida sunt, ab iis inditum censem, qui primi oues in ea regione pauerunt. Fastigium quidem templi vetustate collapsum quiuis coniiciat. Eadem ferè in parte arx consurgit, quæ & ipsa Nisæa dicitur. In imo arcis cliuo ad maritimam oppidi partem Lelegis monimentum est: Hunc ex Aegypto appulsum regnasse aiunt: filium verò fuisse Neptuni, & Libyes Epaphi filia. Finitima est Nisæa insula non magna, quæ Creticam classem appulisse Minoëm ferunt, cum bellum Niso intulisset. Montana Megarici agri pars Boötis finitima est: In ea habitantur oppida Pagæ & Aegi-

sthaena. In viae militaris, quæ Pagas ducit, ipso diuerticulo, saxum est sagittis confixum: Eas per noctem Persas eiaculatos misisse tradunt. Pagis Dianæ cognomento Sospitæ signum est æneum, magnitudine ei par, quod Megaris est, neque ipsa figura dissimile. Est etiam Aegialei Adraست filij heroicum monumentum, qui cum in primo prælio, quod commissuam est, cum Argiui iterum ad Thebas venissent, ad Glisanem occidisset, propinqui eum sublatum Pagas in Megaricum agrum deportarunt, ac illius quidem monimentum Aegialeum appellatur. Aegisthænis Melampodis Amythaonis filij templum est, & in eo magni utique viri signum columnæ insitit. Melampodi sacrum faciunt, & festū diem quotannis celebrant. Futura verò prædicendi, neque è somniis, neque ex alia vlla ratione ei scientiam tribuunt. Audiui etiam, cum in Erenea Megarici agri vico essem. Autonoën Cadmi filiam ex Actæonis casu, & reliquis paternæ domus calamitatibus, merore & luctu confectam, huc Thebis aufugisse. Autonoës quidem in eo vico monimentum ostenditur. In via, quæ Megaris Corinthum ducit, & alij tumuli suot, & Terlephanis Samij tibicens, quem faciundum curasse dicitur Cleopatra,

patra, Philippi eius quem Amyntas genuit, filia. Visitur & Caris Phoronei filij monimentum, id cum initio terre tantum agget esset, ex oraculo Conchite lapide exornatum est. Et is quidem lapis apud solos Megarenses è Græcis omnibus cæditur. Ex eo multa sunt in ipsa etiam urbe opera. Est ille quidem insigni candore, & alio quoquis lapide mollior. Marinae in eo conchæ vndique certuntur. Talis quidem hic lapis est. Viam verò, quam Scironem appellant, primus, cum Megarenium copiis præferset, munisse dicitur Sciron, ita ut expeditis hominibus æqua esset. Adrianus verò princeps eandem eo usque dilatauit, ut per eam agi possent duo obuij currus. De saxis verò, quæ in viae angustiis eminent, fabula prodita est huiusmodi. Inde cum Melicerte, sc. natu minore filio, de saxo, quam Moluridam petram appellant, præcipitem dedisse, cum natu maiorem Læarchum pater occidisset: Ac Athamanem quidem in vxorem & liberos furore impulsum, sunt qui dicant, sœuisse: Alij verò ira vehementer incensum, quod uxoris nefario facinore immissam rescisset Orchomeniis famam, ac simul ab illa de medio sublatum Phrixum putarer: Atque omnia accidisse omnia non du nitus

sed noueræ dolo interpretaretur. Illam igitur tunc aiunt se in mare de Moluride petra abieciisse: puerum quidem à Delphine exceptum, cum in Corinthiorum Isthmum fuisset expositus, mutato nomine, ex Melicerte Palæmonem appellatum: eique cum alios habitos honores, tum verò Isthmicos ludos decretos. Moluridem certe petram Leucotheæ, & Palæmoni sacrarunt. Nam alia saxa quæ Moluridi adiacent, infamia & conselerata putant, quod cum ea accoleret Sciron, inde quoscunque nactus esset hospites in mare detruderet: Eos verò adnatans marina testudo confidere dicebatur. Sunt autem marinæ testudines magnitudine tantum & pedibus terrestribus dissimiles: Pedes quidem habent quales vituli marini. Sed eodem postea Sciron mortis genere sceles luit, à Theseo in idem abiectus mare. In montis iugo Iouis Aphesij cognomento fanum est: Esse verò ita appellatum tradunt, quod cum ad deprecandam agri siccitatem, Aeacus in Aegina diuinam rem, ex quadam oraculo, Panellenio Ioui faceret, cum esset perlitatum, deus calamitatem remouerit: Ibidem Veneris, Apollinis, & Panos signa sunt. Qui longius processerint, Eurysthei monumentum offen-

offendent: quem ab Herculis liberis prælio superatum, cum ex Attica fugeret, quo loco sepultus est, fuisse ab Iolao occisum dicunt. Nam verò ab hac via descendenteribus in conspectu est Latoi Apollinis ædes, & cum ea ferè coniuncti Megarensium, & Corinthiorum fines, ad quos Hyllum Herculis filium singulari certamine cum Arcade Echemone congreßum, hominum sermone percrebuit.

P A V S A N I A E C O R I N T H I A C A S I V E L I B E R S E C Y N D V S.



O R I N T H I A C A quidem regio ad Argiutorum fines pertinet, à Corintho verò nomen accepit, quem Iouis fuisse filium cum studiōse quaesierim, nondum inueni qui tradiderit, præter Corinthiorum multitudinem. Nam Eumelus Amphilyti filius è gente Bacchiadum, qui carmina dicitur fecisse, in Corinthiaca historia scriptum reliquit (si modo Eumeli illud opus est).

Ephyren Oceani filiam primam in iis finibus consedisse: Marathonem deinde Epopei filium, Aloëi Solis filij nepotem, patris iniquitatem, & contumeliam fūgientem, in maritimam Atticę partem coloniam deduxisse: Audita verò Epopei patris morte, in Peloponnesum reuersum, ac mox inter filios regno distributo, in Atticam redisse. Ab eius quidem filio Sicyone, Asopian: A Corintho verò Ephyraean nomen accepisse. Corinthi in præsentia nulli iam sunt indigenæ: Est enim penes eos ciuitas, quos in coloniam Romani misere. Huius rei causa fuit Achæorum concilium, in quo cum Corinthii censerunt, & ipsi vna cum cæteris bellum Romanis intulerunt, Critolai authoritatem secuti. Is enim & Achæos, & ex iis, qui sunt extra Peloponnesum, multos ad defectionem solicitauit. Romani vero rerum potiti, & cæteræ Græciæ arma eripuerunt, & munitarum omnium yrbium muros demoliti sunt. Deletam quidem à Mumio consule Corinthum, à Cæsare, à quo Ro. resp. quam nunc etiam retinet, formam accepit, restitutam ferunt: nam & Carthaginem etiam idem restituisse dicitur. In Corinthiaco agro vicus est, cui Crointon nomen, à Gromo Neptuni filio:

In co-

In eo educatum ferunt Pityocampten cui suus est inter Thesei ærumnas locus. Operis index est pinus, quæ in ipso adhuc litora se progradientibus ostendit. Fuit hoc ipso in loco, & Melicertæ ara, èd enim à Delphine euctum puerum memorant, quem cum offendisset expositū Sisyphus, & humarit in Isthmo, & Isthmicos in eius honorem ludos instituerit. In prima Isthmi fronte locus est, vbi Sinis latro curuatæ ad terram diuersarū picearum ramis, ad eos, quos pugnando vicisset arctis utrinque vinculis alligabat, vt cum in suam naturam arbores redissent, miserabilem illi in modum distraherentur: quo ipse postea supplicij genere à Theseo affectus est. Totam enim eam viam, quæ Athenas à Troëzene dicit, Theseus à latrocinij perpurga uit: Et iis quos iam nominati intercæptis, & Epidauri Periphete, quā Vulcano natū putabant, quīque in pugna ænea clava vte batur. Isthmus autē ipse Corinthiacus, mari utrinque alluitur: Duobus eius latera promontoriis terminantur, Cenchreis, & Lechæo: Ea res interiorē regionē cōtinenter facit. Nam quicunque Peloponnesum insulam facere conatus est morte oppressus, opus imperfectum reliquit. Quā sanctus Isthmus fodi cœptus fuerit, operis extant vestigia.

vestigia: Saxosa eius pars omnino tentata non fuit: quare situs adhuc sui naturā seruat. Alexandro quidem Philippi filio id vnum ex animi sententia non cessit, quod Mimantem fodere non potuit. Gnidios vero ad Isthmum fodendum aggressos oraculum Pythij Apollinis deterruit: Tam scilicet difficile est diuinitus attributam certis rebus naturam humana arte superare. Quod verò Corinthij de terra sua prae dicant non ipsi, opinor, primi cōmenti suūt: Nam ante eos Athenienses ad Atticam ornamētum Deorum contentionem memoriae prodiderunt. Ipsi quidem Corinthij Neptunum narrant in certamen cum Sole de regione descendisse: Disceptatorem inter eos Briareum fuisse, qui cum Isthmum Neptuno, Soli verò promontorium, quod vrbi imminet, adiudicasset, ex eo Isthmū Neptuni fuisse: Insignia verò illic opera, theatrum, & stadiū ē candido lapide. Quā ad ipsum dei fanum aditus est, vna in parte athletarum posita sunt statuae, qui victores in Isthmiis renuntiati fuere: In altera pius consitae, & earum multæ quasi ad rem lineam. In templo, quod modica sa nè magnitudine est, ænei stant tritones, & in antica eius parte, pronaon appellant, Neptuni signa duo, Amphitrites vnum, ipsum

ipsum etiam mare æneum. Quæ intus sunt, dedicauit arate nostra Herodes Atheniensis, equos quatuor inauratos, praeter vngulas tamen, quæ ex ebore sunt: Et iuxta equos tritones duos aureos ad pubem usque nam reliqua eburna sunt. In curru stant Amphitrite, & Neptunus, & regius Delphini insistit Palæmon puer, ebore & auro hac etiam expolita: In media basi, quæ currū sustinet, mare expreßum, & ex eo emergens Venus: Assistunt utrinque Nymphæ, quæ Nereides appellantur, quibus & in aliis Græciæ locis aras dedicatas noui, cum soli lucos illis Pœmeni consecrari, vbi & Achilli honores habentur. Apud Dotos in Gabalis sanctissimum est templum: Extat in eo peplus, quæ filio Alcmæoni sumpsisse Eriphylen Græci dicunt. In eadem basi Neptuni, in scalpti sunt etiam Tyndati filii, quod salutaria creduntur nauibus, & vectribus numina. Tranquillitatis præterea illi & maris simulachrum, & equus deinde, cuius, quæ sunt infra pectus partes, ceti figuram præferunt. Inò ad hæc, Bellerophontes, & equus Pegasus. Intra templi septum est Portunæades, in qua signa sunt Neptunus Matuta, & ipse Portunus. Est & cella, quod penetrante appellant, aditus est ad eam sub

la mulierem inservit conditam terra;

terraneus. ibi verò Portum latere aiūt: Ac si quis vel ciuis, vel hospes eo in loco penerarit, quia per iurij poenas det, effugere nulla ratione queat. Est etiam vetus, quam Cyclopum appellant, ara, ad quam Cyclopibus diuinam rem faciunt: Sepulchra verò aut Sisyphi, aut Nelei ubi nam sint, ut maximè Eumeli carmina per legas non possis depræhendere. Nam & si Neleum sint qui tradant, cum Corinthum venisset, morbo, vitæ extremum diem clausisse, & circa Isthmum sepultum: Eius tamē monimētum neque Nestori quidem ipsi à Sisypho monstratum ferunt, ac planè ignotum esse omnibus expedire. Sisyphum ipsum sepultum quidem in Isthmo, sed eius sepulchrum paucis omnino, qui & quales eius fuere, notum fuisse. Isthmici ludi ne excisa quidem à Mumio Corintho, intermissi sunt. Sed eum in ipsa vībis vastitate, ut eos faciundos curarent, datum negocium fuisse Sicyonis Restituta Corintho ad eos, qui nunc sunt, inquilinos pristinus honos redit. Corinthiorum natalibus Leches, & Cenchrías nomina dēre, quos Neptuno ex Pirene Achelci filia genitos credunt: Quanquam iis carminibus, quæ magnæ Eoëæ sunt appellatae, Oebali fuisse filiam Pirenēn prōditum est. In Lechæo Neptuni templum est

cum signo æneo. In via, quæ ab Isthmo ad Cenchræum dicit Diana templum est, & signum peruerus ligneum. In ipso Cenchræo Veneris delubrum, & marmoreum signum: In maris ferè alluie Neptuni ex ære. In altero verò portus cornu, Aesculapij, & Isidis fana. Cenchræo è regione sunt Helenæ balnearia. Aqua è saxo in mare defluit, multa illa quidem, & falsa, nihil calidior quam quæ igni primum intepuerit. Quà verò aduerso cliuo ad Corinthum acceditur, & alij sunt in via tumuli, & ad ipsam portam Diogenis Sinopensis, quem Græci canem appellarūt. Maxime suburbanus is lucus est, cui Craneo nomen. In eo Bellerophontis fanum est, & Veneris Melanidis delubrum, Laidis etiam sepulchrum, cui leæna insculpta est, prioribus pedibus arietem tenens. Ostenditur etiam in Thessalia Laidis monimentum: Venisse enim in Thessaliam dicitur, Hippostratum amatorem suum secuta. Primum quidem ab Hyccaris, Sicilia id oppidum est, à Niciæ militibus captam, Corinthum deinde, ab eo cui vendita est, adductam, meretrices aiunt longe omnes ætatis suæ corporis forma anteisse. Tantæ verò fuit Corinthiis admirationi, ut nunc etiam de Laide certent. Multa in urbe præcl

præclara opera , quæ partim reliquæ sunt antiquitatis , partium verò florente posterioribus ætatibus Corinthiorum ciuitate facta sunt . In foro , vbi plurima sunt templa , Diana est Ephesia cognomen to , & Liberi patris signa duo lignea inaurata , præter ora tamen , quæ minio oblita sunt : Lysium alterum , alterum Baccheum nominant . Quæ de iis signis peruagata sunt vulgi sermonibus & ipse scribam . Pentheum aiunt cum Liberum patrem multis contumeliis vexaret , & alia insolenter facere ausum , & postremo , ut fœminarum operta sacra specularetur ad Cytharonem profectum , in arborem ascendiisse , atque inde omnia cōspicatum . Quod eum Bacchæ animaduertissent impetu facto viuentem eum lacerasse , ac membra timi discerpsisse : Corinthij redditum sibi oraculum narrant , vt eam arborem quarent , & inuentæ diuinos honores habent : Illius igitur oraculi monitu se imagines illas faciundas curasse . Est præterea Fortunæ ædes , cuius signum recto statutè Paro lippide . Templum adjunctum est Dis omnibus dicatum . Proxime ereptus est aquæ ductus , cui insistit Neptunus ex ære , sub cuius pedibus Delphinus aquâ profundit . Est etiam ex æte Apollo co-

gno-

gnomento Clarius , & Venus Hermogenis Cytherij opus . Sunt & Mercurij signa duo & ipsa ex ære , & recto statu : sed eorum alterum cellam suam habet . Iouis verò sub diu posita signa tria , quorum unum cognomen non habet , alterum Terrestrem , tertium Celsissimum nuncupant . In medio foro est Minerua ex ære , in cuius basi Musæ inscalptæ sunt . Ultra forum Octauiae ædes est Augusti sororis , qui Cæsari in imperium Ro . successit , ei nempe , à quo est Corinthus restituta . Cum è foro exieris Lechænum versus , vestibula videoas , ac super ipsis inauratos currus duos , quorum altero Phæthon Solis filius , altero Sol ipse vehi videtur . Intra propylæa verò ingressis , ad dexteram est Hercules æneus : Ab eo aditus est ad Pirenæ fontē , de quo fabulis vulgarib⁹ , Pirenæ Nympham cum filium Cenchriam lugeret , quem Diana per imprudentiam occiderat , tantam profundisse lachrymarum vim , vt in fontem sui nominis conuersa fuerit . Ornatus fons est candido marmore , in eo cellulæ excisiæ , è quibus tanquam è speluncis in patulum , ac subdialem alueum aqua profluit gustatu suavis , & qua æs Corinthium candens immergi autumant , cum alioqui nulli habeant æs Corinthij . Est autem &

m

Apollinis ad Pirenem signum, & septum, in quo pictum Vlyssis in procos facinus. Rursus in via, qua ad Lechæum recta iter est, Mercurius ex ære sedens visitur, cui assistit aries, quod vñus præ cæteris Mercurius greges tueri, & augere existimatur: Quam rem Homerus in Iliade significat.

*Hic sibi natus erat pecoris ditissime Phorba,
Quem sibi præ eunctis carum Cyllenia proles.
Dit arat Teucris.*

Nam quæ cognita in magnæ matris initis mihi sunt de Mercurio & ariete consulo reticeo. Post Mercurij signum Neptunus est & Matuta, & delphine vectus Portunus. Balneæ verò pafsim Corinthiis, & aliæ è publica pecunia extrectæ, & quas impensa sua Adrianus imp. exædificauit: Quæ verò omnium sunt nobilissimæ prope Neptuni, eas Eurycles Spartanus condidit: Et cum aliis lapidibus, tum verò eo, qui in Crocis Laconici agri vico excidi tur, exornauit: Ad laeuanaditus, Neptunus, secundum eum venaticis habitu Dia na stat. Aquæ ductus multi in diuersis urbis regionibus (luculenta enim Corinthiis perennium aquarum copia suppeditat) & is, quem ducta è Stemphylo aqua erig.

erigendum curauit Adrianus. Quæ spectentur dignissima sunt, vbi à Diana signo discesseris, Bellerophontes, & ex ipsa Pegasi equi vngula manans aqua. Alteram vero qui viam tenuerint à foro Sicyoniam versus, Appollinis ædem, cum æneo signo videant: Et modico hinc interuallo fontem qui Glauces dicitur, quod in illum se Glauce abiecit, salutarem sibi a quam fore sperans contra Medææ veneficia. Supra fountem hunc ædes est, quod Odeum appellant: Proximum ei Medææ filiorum sepulchrum, quorum nomina, Mermerus, & Pheres. Lapidibus verò à Corinthiis obrutos memorant, propter ea quæ à matre Glauce munera attulerunt. Sed enim quod per vim oppressi innocentes fuere, nece sua illis Corinthiorum liberi poenas dederunt ex oraculo, & solennia illis sacra fieri coepit, Pauorisque imago dedicata: Extat illa hac etiam ætate muliebri habitu ad terrorem quam maximè efficta. Deleta verò à Romanis Corintho, & indigenis male multatis, pristinum sacrificandi morem coloni non retinuerunt: Neque amplius illis pueri aut crinem tondent, aut obsoletam vestem induunt. Medeam quidem ipsam cum Athenas venisset, Aegeus in matri-

monio habuit: Sed insidiis , quas Theseo fecerat, detectis, in Asiae eam partem, quæ tunc Aria vocabatur , profugit : vbi de se Medis nomen dedit. Iam filium, quem secum in Arios abduxit, Aegeo genitum tradunt, Medoque ei nomen fuisse: Hellanicus tamen Polyxenum nuncupat , & patrem ei Iasonem fuisse scribit. Carmina Græci habent , quæ Nau-pactia nominant: In illis scriptum extat Iasonem post Peliaë mortem Corcyram migrasse, ibique Mermerum eius filium, in continentia ea, quæ è regione est, venantem , à leæna interfectum. Cinæthon Lacedæmonius (nam & is Gentilitates versibus mandauit) Medium & Eriopen filiam suscepisse Iasonem ex Medea, scriptum reliquit , neque amplius quidquam, quod ad pueros pertineat. At Eume Ius Solem dicit Aloëo A sopiam terram, Ephyræam Acetæ tradidisse: Aceten deinde Colchos prefectum Buno regnū suum commendasse : Bumum ipsum Mercurio ex Alcidamea genitum, qui cum è vita decessisset, Epopeum Aloëi filium Ephyræorum imperium obtinuisse: Deinde verò cum Corinthus Marathonis filius nullos reliquistet liberos , Corinthios ex Iolco Medea in regnum vocasse: Eā verò Iasonē regni compo-

comptem fecisse, ac filios quidem peperisse, sed in lucem quidquid edidisset, in lumenis fano occultare solitam, quod nempe immortales futuros sibi persuaserat: Verum cum neque id ex voto euenisset, & recomperta, Iason non modo deprecanti veniam non dedisset, sed ea relicta Iolcon reuertisset, & ipsam Corintho prefectam Sypho imperium tradidisse. Hæc perinde, ut mihi comperta sunt, exposui. A sepulchro non multum distat Frenatricis Mineruæ (Chalinitida appellant) fanum: Mineruam etenim a iunt præ ceteris dis Bellerophonti cum aliis in rebus opitulata, tum verò à se domitum, fræno iam impo-sito, Pegasum dedisse. Ligneum est deæ signum, os tamen, manus, & imi pedes è can-dido lapide sunt: Neque verò Bellerophon tem regnum Corinthiorum vñquam pos-sedisse, sed in Præti Argiolorum regis potestate fuisse, & ipse ut credam facile adduci possum, ac nihilominus, qui Homeri car-mina non indiligenter legerit: Satis etiā constat tenente iam Lyciam Bellerophonte, Corinthios perpetuo iis, qui aut Argis, aut Mycenis rerum summae præsul essent, paruisse, quando priuatim ipsi nullum ad Troiam ducem miserunt, sed Agamemnonis signa, & auspicia secuti, eius expedi-

tionis participes fuere. Sisyphus quidem non Glaucum duntaxat Bellerophontis patrem genuit, sed præter eum, Ornytioneam etiam, & post hunc Thersandrum, & Alnum suscepit. Ornytione Phocas natus, Neptuni tamen creditus: Is Thyræam in ea regione, que nunc Phocis dicitur, Coloniam deduxit: Thoas eius frater natu minor Corinthi mansit: Eo Demophon, Demophonte Propodas, Propoda Doridas, & Hyanthidas geniti sunt. His regnantiibus Doriensibus exercitum duce Aletes Hippotæ filio, Phylantis nepote, Antiochi pro nepote, & Herculis ab nepote, contra Corinthum duxerunt: Ibi Doridas, & Hyanthidas regno Aletes tradito, ipsi Corinthi manserunt: At plebs prælio victa sedibus suis pulsa est: Aletes ipse, & eius posteritas ætates quinque usque ad Bacchin Prumni dis filium regnum tenuit: Aetates totidem Bacchidæ usque ad Telesten Aristodemum filium, quo ab Arieo, & Perante de medio sublato, regno finis impositus: Prytanæ enim deinceps ex Bacchidarum gente summæ rei præfuerunt. Hos tyranneide occupata, Cypselus Eftionis filius oppressit. Nepos Cypselus fuit Melanis Antæ filij. Melana quondam ex Gonatas oppido, quod supra,

Sicyonem est, Corinthum deducenda Colonæ causa cum Doriensibus profectum, Aletes primum ex quodam oraculo in aliam Græciæ partem dimisit. Deinde verò mutata sententia & oraculo neglecto, eum sibi socium, & contubernalem ascivit. Atque hac casuum varietate Corinthiorum reges iactatos comperi. Templum verò Mineruæ Frenatricis iuxta theatrum est, & ei proximum Herculis nudo corpore lignum signum, quod à Dædalo factum, tradunt: Ac Dedali quidem opera rudia sunt, neque aspectu decora, sed quæ numen veluti quoddam præ se ferant. Supra theatrum templum est Iouis, quem Capitolium, Romanorum voce, Græca lingua Coryphaeum recte appellaris. Ab hoc theatro satis multum distat priscum gymnasium, & fons, quam Lernam vocant: Incingitur is columnis, atque item sedilibus plane appositis ad eos excipiendo, qui æstate frigus captatum veniant. Coniuncta sunt cum ipso fere gymnasio, deorum delubra duo, Iouis alterum, alterum Aesculapij: Aesculapius ipse & Hygea è candido lapide sunt: nam Iuppiter æneus est. Iam qui in Acrocorinthum descendant (montis id iugum est vrbi imminens, quod Soli in disceptatione Briareum, Vo-

neri Solem cōcessisse narrant Corinthij.) Sed in Acrocorinthum qui descendant, fana duo Iūdis videant, alterum Pelagiæ alterum verò Aegyptiæ cognomēto. Totidem Serapidis, quorum alterum Canopitani appellant: Sunt deinceps Solis aræ, Necesitatis & Violentiæ ædes, in quam ingredi fas esse negant. Supra eam, matris Deūm delubrum, columna, solium, vtrunque lapideum. In Parcarum verò Cereris & Proserpinæ æde signa aperta non sunt. Eadem in parte est Bunaæ Iunonis templum, à Buno Mercurij filio dedicatum, à quo & Dea cognomen accepit. Iam in ipso ad Acrocorinthum aditu delubrū est Veneris: Signa in eo, ipsa dea armata, Sol, & Cupido arcum tenens. Fontem verò eū, qui à tergo delubri est, concessum aiunt ab Asopo Sisypho, quodd cum raptam à Ioue Aeginam sciret Asopi filiam, tum demum indicaturum dixerit, cum in ipsa Acrocorintho perennem aquam haberet: Quare cum Asopus, ne recūsare amplius posset, fontem dedisset, indicauit scilicet ille, & eius indicij si satis id credi potest, pœnas aiunt apud inferos dare. Audiui etiam qui dicent eum fontem Pirenem esse, & aquam ex eo in oppidum defluere. Nam Asopus amnis suos habet in Phliasiorum finib

finibus ortus, atque inde per Sicyoniorum agrum lapsus, in mare iuxta Corinthum exit. Filias verò Asopo Phliasij fuisse dicunt, Corcyran, Aeginam, Theben, & à prioribus duabus insulas eas, quarum altera ante Scheria, Oenone altera sit appellata nouum nomen accepisse, à tertia Theben, quæ sub Cadmea est, nominatam: Thebani tamen id minime confitentur: Eam enim Theben Boötii fuisse non Phliasij Asophi contendunt. De flumine verò Asopo eadem à Phliasiis, & Sicyoniis traduntur, esse non indigenam, sed adueniam amnem. Mæandrum etenim à Cœlænis per Phrygiam & Cariam in mare ad Miletum erumpere, inde in Peloponnesum subterfluere, atque illuc Asopum fieri. Neque verò ab hac opinione dissident: quæ à Deliis me audisse memoria teneo: In opum amnem è Nilo occulto meatu ad se peruenire. Quin & Nilum fama est Euphraten esse, qui vbi paludi immersus diu latuerit, supra Aethiopas Nilus euadat. Hæc de Asopo mihi auditæ sunt. Ab Acrocorintho, qua in montanam partem diuertitur, est porta Teneatice, & Lucinæ fanum. Oppidua quæ Tenea dicitur stadia ferme l. x. hinc distat: Oppidanis se Troianos fuisse affirmant, qui ca-

priui è Tenedo à Græcis abducti eum locum ab Agamemnone acceptum teneant: Et illi quidem Apollinem in primis venerantur. A Corintho verò, qui mediterranea parte relicta, recta Sicyonem versus contendant, non longe ab urbe templum ad via lœuam incensum videant. Fuerunt Corinthiorum fines multis aliis bellis infestis, per quæ veri potest videri simile, cum sacra, tum profana ædificia in suburbanis igni fuisse consumpta. Hoc certe templum Apollinis esse, & à Pyrrho Achillis filio exustum ferunt. Audiui autem & aliud de eo quiddam huiusmodi, adem hanc Ioui Olympio Corinthios erexit, eamque subito incendio, incertum unde igni immisso, conflagrasse. Sycionij (sunt enim in hac parte Corinthiis finitimi) hęc de originibus suis commemorant. Exitisse primum in ea regione Aegialeum indigenam, atque eo regnante, eam Peloponnesi partem, quæ Aegialus hoc etiam tempore nuncupatur, nomen sumpsisse. Ac illum quidem plano loco oppidum, cui Agialea nomen, munisse: Fuisse verò ibi arcem, quo loco nunc Minerua templum est: Aegialeo patre Europen natum, Europe Telchinen: Huic filium Apin fuisse, cuius date Pelopis in Olimpiam aduentum, eò usque

usque opes creuerint, vt ea tota regio, quæ intra Isthmum est, ab eo fuerit Apia nuncupata: Iam verò Apis Thelxionem suscepit, Thelxione ortus Aegyrus, Aegyro Thurimachus. Thurimacho Leucippus, Leucippo virilis proles non fuit. Filia vnica Calchinia: Eam è Neptuno puerum peperisse, quem Leucippus sublatum, & eductum regni successorem moriens reliquerit: Nomen huic Perato fuisse, de cuius filio Plemnæo, quæ memoriae prodita sunt planè miraculo mihi adscribenda videntur: Nam cum omnes qui ei nascebantur filij in primo vagitu animam agerent, postremo Plemnæi vicem miseratam Cererem, ad eius uxorem peregrinæ ornatu venisse memorant, eique Orthopolin recens natum educasse: Orthopolidi filia fuit Chrysorthe, quam ex Apolline peperisse Coronum pro certo habent: Coronò ortus Corax, & eo natu minor Lamedon: Corace verò sine liberis mortuo, Epopeus, qui id temporis è Thessalia venerat, imperium sibi vindicauit. Hoc primum regnante hostilem exercitum tradunt in fines suos inuasisse, cum ante perpetua pace usi fuissent: Eius verò belli huiuscmodi causa prohibetur. Antiope Nyctei

Nyctei filiæ celebre fuit ob formæ excellentiam apud Græcos nomen, quam fama proditum etiam est non Nycteo, sed Asopo amne, qui Thebani, & Platæensis agri fines intersecat, genitam. Eam Epopeus, quod ante vxorem sibi petisset, libidine & perulantia impulsus rapit: Hanc iniuriam cum armis Thebani persequerentur, commiso prælio, Nycteus vulnus accepit. Ipse etiam Epopeus fauciis ex acie, victoria tamen potius, discessit: Nycteus, cum sui eum Thebas reportassent, non ita multo post moriens regni administrationem Lycofratri ad tempus reliquit, Labdaco Polidori filio, Cadmi nepote, cuius ipse ante tutor fuerat, in eius tutelâ tradito. A quo multis precibus contendit, ut maiore exercitu in Aegialean ducto Epopeum vlcisceretur, atque ipsam etiam Antiopen, si capere posset, male mulctaret. Epopeus interea pro victoria dis gratulatus, ludisque & sacris eo nomine peractis, Mineruæ templum erexit: Ac opere iam ab soluto deam est precatus, sibi signum aliquod ut daret, num ei accepta fuisset fani dedicatio. Statim itaque oleum tradunt ante templum diuinitus fluxisse. Verum & ipse Epopeus paulo post ex vulnera negligentius curato diem suum obiit: Quo factū est ut bellī causa

causa remota fuerit. Siquidem Lamedon, qui in regnum ei successit ultro Antiope Lyco reddidit, quæ cum Thebas reducereatur, in ipsa quæ Eleutheras dicit via, parta leuata est: Qua de re versus hosce fecit Agis Amphyptolemi filius.

Antiope peperit Zethum, atque Amphionā dium,

Asopo celeri currenti vortice nata

*Iuppiter hos genuitque simul regnator E-
popœus.*

Sed hos ad angustiores multo natales retulit Homerus, cum Thebas ab illis primum conditas dixerit, quippe qui vt mihi videtur inferiorem urbem à Cadmea distingat. Lamedon quidem regno inito uxorem Atheniensem duxit pleno Clytij filiam: Bello mox contra Achæos Archandrum, & Architelen suscepto, ex Attica belli gerendi sibi socium Sicyonem adscivit, datâ ei in matrimonium Zeuxippe filia, à quo postea iam regnum adepto & regio tota Sicyonia, & vrbs, quæ ante Aegiale fuit, Sicyon nuncupata est: Ac Sicyonem quidem ipsum non Marathone Epopei filio, sed Metione Erechthei genitum ferunt, quibus Asius assentitur. Nam Hesiodus Erechtheo illum, Ibycus Pelopi attribuit. E Sicyone verà Chto

Chthonophyle gignitur, quæ Mercurio Polybum peperit: ex eadémque, & Phliante Liberi parris filio, qui habuit eam in matrimonio, Androdanias nascitur. At Polybus Lybianassam filiam Talao Biantis filio Argiūorum regi locauit. Ad Polybuni Adrastrus Argis electus Sicyonem confugit, eoque mortuo regnū ipse adiit. Post Adrasti deinde in patriam reditum, Ianiscus Clytij eius nepos, cuius filia cum Lamedonte fuerat, ex Attica veniens regnum iniit, à cuius obitu Phæstus è filiis Herculis unus (ut vulgo ferebatur) regnat.

Sed cum is ex oraculi responso in Cretam migrasset, Zeuxippus Appollonis è Sylide nympha filius regnum dicitur obtinuisse. Qui cum decessisset, Agamemnon, Sicyoniis, & ipsi regi Hyppolyto Rhopalī filio, Phæsti nepotib[us] bellum instulit. Is opibus diffusis suis, Agamemnonis, & Mycenaorū se imperata facturum spopondit.

Hyppolyto Lacestades filius fuit, quo regnante, Tamphalcos Temeni filius cum Doriensibus Sicionem nocturno impetu occupauit. In Hippolytum tamen, quod ex Herculis nepotibus esset, nihil acerbè, aut crudeliter commisit. Quinimo imperium cum eo communicauit. Ex eo Sicyonijs Dorienses facti, & inter Argiūos.

uros censeri coepi. Aegialei verò in campis sitam urbem cum Demetrius Antigoni filius euertisset, vetustæ arcivrbem, quæ nunc permanet, adiunxit. Et causam quidem, quamobrem tantopere Sicyoniorum opes attritæ fuerint, non facile quis, etiam si studiose quaesierit, inuenire possit. Quare id quod Homerus de Ioue dixit, pro causa esto.

Vrbes qui multas à celo culmine vertit.

Iam verò magnis cum clādibus Sicyonij afflicti essent, ipsam urbem terræmotus ad solitudinem, & vastitatem redegit. Ac tunc multa, quæ admirationi fuerant, opera interierunt. Eodem verò casu Cariæ, & Lyciæ vrbes magnis calamitatibus, affectæ, & Rhodus in primis insula tam vehementer concussa est, ut Sibyllæ vaticinatio Rhodi sit exitio comprobata. Quà ex Corinthiaco agro in Sicionium iter est, Lyci Messenij monumentum extat: quicunque ille fuerit. Neque enim Lycum ego ullum Messenium comporio, qui vel in quinquerio se exercuerit, vel in Olympicis ludis palmam rulerit. Est hoc quidem monumentum terra tumulus. Ad hunc enim formæ modum suorum cadavera condunt Sicyonijs: Corpus terra contegunt, deinde lapid.

lapidea basi extructa columnas erigunt, quibus fastigia, vel ut Græci vocant, æquillas imponunt: eadem prope specie, qua sunt templorum culmina. Inscribunt vero sepulchris plane nihil, sed eius, quem extulerunt nomen appellantes, patris mentione prætermissa, illum valere iubent. Iam vero post Lyci monumentum trans Aso-pum, ad dexteram Olympium est. Ad viæ lœuam modico interuallo sepulchrum Eu-polidis Atheniensis Comediarum scri-ptoris. Hinc qui progressi fuerint, ad ipsam quasi urbem à diuerticulo reddituri, Xenodices: quæ è partu mortua est, monimentum videant. Illud quidem non eadem est forma, qua sepulchra faciunt Sicyonij. In eo enim in quo' pingi posset locus relitus est, & pictura fane, vti alia quævis, est quæ spectetur dignissima. Porro hinc qui processerint sepulchrum inuenient Sicyonis extructum iis, qui ad Pellenen, ad Dymen Achæorum ad Megalopolim, & ad Selasiam mortem oppetierunt, De quibus posterius omnia exponentur plenissime. Ad portæ fons est in specu, cuius aqua non è terra scaturit, sed è specus fastigio manat, qua de re Stazusan nuncupant. In arce, quæ nunc extat, Fortunæ A-crææ ædes, & secundum id Castorū numi-num

num ipsorum è ligno utrobique signa sunt. In theatrî, quod infra arcem ædificatum est, Scæna, viri scutum tenentis statua visitur, quam Arati Cliniæ esse dicunt: Nō longe à theatro Liberi patris templum est, dei signum ex ebore, & circa eum Bacchæ è candido lapide. Has quidem sacras fœminas esse dicunt, Liberi patris insti-tu afflatas: Alia signa Sicyonij in sacra-tio condita habent. Hæc quotannis stata nocte, in Bacchi templum deportant, ex eo loco, quod Cosmeterium, id est pompa rum cellarium, nuncupant: His faces ac-censas præferunt, & patriis cantibus pom-pam prosequuntur. Pompa veluti dux est, quem Bacchæ nominant, ab Androda-mante (vt ipi dicunt) Phlantis filio dicatus. Portatur post eum Lysius, quem Thebis Pythiæ monitu Phanes, huc dicitur transtulisse. Venit quidem Phanes Sicyo-nem eodem tempore, quo Aristomachus Cleodami filius. Ab oraculo enim ipsi edi-to cum aberrasset, à reditus itidem in Pe-loponnesum præstituto tempore aberrauit. Qua à Liberi patris in forum descendit, ad dexteram Dianæ templum Limi-nae est, cuius tectum vetustate collapsum esse, facile est aspiciendi cognoscere. De signo vero dæx, neque fuerit ne aliunde

deportatuni, neque quo casu corruptum sit, quicquam afferunt. In foro Pithüs Suadelæ ædes est. Suadelam verò hac de causa colere instituerunt. Apollo, & Diana Pythone cæso ut se expiarent venisse Aegialeu tradunt, sed inculso terrore, eo ipso in vico, qui nunc Phobus dicitur, in Cretam ad Carmanorem diuertisse, ac statim pestilentem morbum Aegialensibus immissum, quem depelli non posse vates monuerunt ni Apollo, & Diana placarentur. Missos itaque pueros septem, actotidem virgines ad Sythan aminem supplicum ornatū, quorum precatione persuasos deos in arcē venisse: Eo itaq; in loco, quo primum venire, Suadelæ ædem dicatam. Idem veò ritus hoc etiam tempore seruat. Puer enim festo Apollinis die ad Sythan veniunt, ac deorum signa in ædem Suadelæ deportant, deinde in templō Apollinis ea reponunt. Ac ipsum quidem templum, quod hoc tempore extat, in foro est: Verustum vero à Preto dedicatum tradunt, quo in loco eius filia furoris morbo liberatae sunt. Addunt Meleagrum in hoc ipso templo hastam posuisse, qua aprum Calydonium confecerat. In eodem etiam templo dedicatas fuisse Marfyæ tibias. Post aduersum enim Sileni calum, eas

Mar

Marsyan amnem in Maeandrum, deinde in Asopum detulisse. Eiectas inde in agri Sicyonium, pastorem quandam fustulisſe, & Apollini dicasse. Ex iis donariis nullum sanè incendium illud, quo templum confugravit reliquum fecit. Nam quæ extant ætate mea cum templum, tum signum Pithocles dedicauit. Quod verò fānum iuxta Suadelæ ædē Romanis imperatoribus consecratum est, sicut olim Cleonis tyranni domus. Nam Clisthenes Aristonymi filius, Pyrrhonis nepos, tyrannidē tenuit quamdiu inferiorem yrбem Sicyonij incoluerunt. Cleonis in ea, quæ nunc manet, yrbe dominatus fuit. Ante Cleonis domum heroicum est Arati monimentum, qui rerum gestarum gloria æquales omnes vicit suos, de quo hæc potissimum commemorari possunt. Post Cleonis mortem, tam effrenata ciuitatis principes incessit dominandi cupiditas, ut eorum duo eodem tempore tyrannidem inuaserint, Euthydemus, & Timocidas: Quibus eiectis, populus summæ rerum Clinian Arati patrem præfecit. Verum non multis post annis, cum Clinias è vita iam excessisset, ad tyrannidem accessit Abantidas: Quo dominante Aratus, vel quod ab eo eiectus fuerit, vel quod voluntate sua cesserit, in

exilium abiit. Ipsum certe Abantidan ciues trucidarunt. Dominatum tamen eius pater Paseas occupauit, quē mox cum Nicocles sustulisset, ipse sibi tyrannidem vindicauit. Hunc Aratus comparata exulum & Argiuorum conductitiorum militum manus, pellere adortus, cum ad muros nocte accessisset, præsidium partim fecellit, partim vi superauit. Atque ita oppido potitus, assumpta plebe summa cum celeritate ad tyranni domum accurrit, quam non magno utique negotio cepit, sed Nicocles furtim est elapsus. Tum Aratus ciuitatis liberam administrationem Sicyoniis tradidit. Domos & prædia, quæ diuendita fuerant emporibus pretio dissoluto, exilibus cum reddidisset, dissidiorum & controveneriarum causas concordia constituta sustulit: Idēmque cum Macedones, Antigono Philippi acceptam à Demetrio eius patre tutelam gerente, Græcis omnibus formidolosi essent, Sicyonios, tametsi Dores erant, cum Achæorum concilio coniunxit. Imperator verò ab Achæis declaratus, exercitum contra Amphissenses duxit, & Aetolorum fines ingressus, agrum populatus est: Corinthum mox, eam tenente Antigono cum Macedonum præsidio, subito imperu,

&

& pugna commissa, cum alios multos, tum ipsum præsidij ducem Persæum, Zenonis Mnaseę filij philosophi auditorem occidit. Corinthum itaque cum Aratus liberasset, addiderunt se ad Achæorum consilium Epidaurij, ac Troëzenij, qui Argolicum litus incolunt, quique extra Isthnum sunt Megareses. Quare cum Achæis Ptolemaeus societatem coit. Lacedæmonij verò Agidem Eudamidæ filium regem suum fecuti, subita excursione Pellenen occuparunt. Verum Arato superueniente prælio vieti, relista Pellene domum se certis conditionibus receperunt. Ibi Aratus cum Peloponnesiacæ res prosperos habuissent successus, indignum ratuus negligenter ferre Piræum, Munychiam, Salaminem, & Sunium à Macedonibus teneri, neq; tamen speraret per vim inde eos eiici posse, Diogenem præsidiorū præfectum adduxit, vt talentis c. l. acceptis, ea loca dederet: Ipse quidem eius pecunia sextantem Atheniensibus dedit. Persuasit etiam Aristomacho Argis dominanti, vt popularem remp. Arguius redderet, eāmque cum Achæorum concilio coniungeret. Idem Mantineam à Macedonibus occupatam cepit. Sed enim hominibus haud quaquam ex animi sententia cu-

Et aeuaniunt: Quandoquidem Aratum necessitas impulit, ut se ad Antigoni Macedonum regis societatem adiungeret. Res ita gesta est. Cleomenes Leonidae filius, Cleonymi nepos, Spartę regnum adeptus, Pausaniam sibi imitandum proposuit: Nempe qui & tyrannidem appetiit, & legibus ante sanctis sibi standum non putauit: Verum ut qui ferocior fuit multo, & minus vitae retinenda audius, per animi elationem & audaciam breui omnia perdidit. Nam & ex altera familia Eurydamidam regem adhuc impuberē per Ephoros veneno de medio sustulit: Ad fratreūque suum Epiclidam imperium transtulit: Et senatus auctoritate euersa, Patronos quasi dixeris patriarchum legum auctiores, pro eo ordine, quo a l ipsum duntaxat nomen instituit: Mox rerum vtique maiorum, & toti Graciae imperandi cupiditate incitatus, Achaeis primum bellum intulit: Vel quod vistos, fore sibi auxilio sperabat, vel quod suis eos conatibus impedimento esse solebat: Atque eos quidē ad Dymen (qui vicus supra agros Arati eius ipsius fuit, qui tunc Achaeis imperabat) prælio vicit: Aratum itaque coegit Achaeis, & Sicyoni ipsi metuentem Antigonum in auxiliū accersere: Cleomenes

enim

enim pace Antigoni violata, cum alia multa aperte præter foederis conditiones fecerat: Tum verò Megalopolitanos sedibus expulerat: Quare cū Antigonus in Peloponensem transisset, Achaei ad Selasian cum Cleomene signa contulerunt: Quo victo, & Selasian diripuerunt, & ipsam etiam Lacedæmonem expugnarunt. Lacedæmoniis verò Antigonus & Achaeis pristinam reip. formam reddidit. De Leonidae verò liberris Epiclididas in pugna cecidit: Cleomenes, cum in Aegyptiū fugisset, honorifice primum est à Ptolemaeo acceptus, at deinde in vincula coniectus, eo crimen damnatus est, quod aduersus regē Aegyptios concitasset: Et is sane tunc effugit. Sed mox cum Alexandrinis noui tumultus auctor extitisset, iterum comprehensus mortem sibi conscius: Cuius casu Lacedæmonij regio dominatū liberati, ad hunc usq; diem, eius, quam tunc instituerunt, reip. vestigia retinent. Arato Antigonus vt de se benemerito viro, & rerum gestarum gloria insigni, perpetuam præstitit benevolentiam. At eum Philippus cum iam regnare coepisset, quod multa, quae ille agebat, in eos quibus præterat, iracundius, Aratus non probabat: ac sæpe etiam animi impietu vehementius concitatum coherce-

bat, nihil tale timentem veneno dato ne cauit: Eius quidem cadaver Aegio, ubi supremum diem clauserat, Sicyonem relatum, magnifice sepultum est: Et hac ipsa etiam ætate heroicum eius monumentum Arateum nuncupant. Idem vero Philippus eodem necis genere oratores duos Athenienses, Eurycliden, & Myconē, qui apud populum dicendo non patrum valebant, tollendos curauit: Sed ipsi etiam Philippo mortiferum poculum perniciem fuit allatum, Nam cum alterum ex eius filiis, Demetrium, natu minor Perseus veneno peremisset, ipse animi ægritudine consumptus est: Quod exposui ad eam sententiam diuinatus ab Hesiodo versu, prolatam, annum referens, malum cōsilium in ipsum met primum authorem vertere. Post Arati monumentum ara est Isthmio Neptuno dicata: Sunt item Melichij Iouis, & Diana, cui Patroæ cognomentum, rūdia, & sine vlla arte facta signa: Melichius pyramidis Patroæ columnæ figuram habet. Eodem in loco curiam ædificarunt, & porticum, cui à conditore nomen Clisthenia: Eam enim de manubii extruxit Clisthenes, cum belli contra Scironem gesti socius Amphitryonibus fuisset. In subdiali fori parte Iupiter æneus spectatur Lysip-

pi,

pi, proxima Diana inaurata. Nec longe abest Apollinis facellum, Licæi cognomēto, quod vetustate iam collapsum, nihil omnino spectādum præbet. Cognominis huiusmodi causa fuit: Cum lupi ouilia tanopere vexarent, ut nullum iam ex illis capi fructus posset: monstrauit Apollo quo loco aridum quoddam lignum iaceret, cuius corticem carnibus permisum cum ex eodem oraculo lupis apposuissent, statim illi interempti sunt. Lignum quidē ipsum in æde Lycae Apollinis positum est, sed qua sit ex arbore, ne ipsi quidem norunt ciuitatis antiquitatum interpretes. Contingerter posita sunt ænea signa, filias esse Præci dicunt: Verum inscriptio alias forminas nominat. Ibidem Hercules ex ære à Lysippo Sicyonio factus. Proxime Mercurius Forensis. In gymnasio, quod à foro non longe abest, Hercules è marmore. Scopæ opus. Est & alibi Herculis aedes: Huius vero loci conceptum ambitum omnem Pædizen nominant: In cuius medio templum, & in eo ligneum signum prisca operis, Laphaus Phliasius fecit. In Herculis quidem sacro traditum à Phæsto mortem retinent. Is enim cum in Sicyoniam venisset animaduerit Herculi tanquam heroi parentari: Indigne vero fe-

202 PAVSAN. CORIN. SIVE
rens diuinos illi honores non haberi, instituit, quod adhuc à Sicyoniis seruatur, ut iugulati agni ad aram pernas adurerent: carnium vero parte una, non aliter quam victimarum soliti essent, vescerentur: altera Herculi tanquam heroi parentarent. Festorum vero dierum, quos in Herculis honorem agitant, priorem Onomatam, Herculeum alterum vocant. Hinc via ad Aesculapij dicit. Accedentibus ad septum, duplex se laea in parte cella ostendit: In antica Somni signum positum, cuius præter caput nihil est reliquum: Posticu est Apollini Carneo dicatum, quo nulli præterquam sacerdotibus fas est penetrare. In portico Balenæ os ingenti magnitudine locatum est. Prope Somnij signum est, & Leonem sopiens Somnus, Epidotes cognomento. Quia patet ad Aesculapij accessus, in altera Panos, Diana in altera parte signa visuntur. Ingressus ipsum videoas Aesculapium imberbem, ex auro, & ebore à Calamide factum, altera sceptrum, altera verò satiæ pinus fructum tenentem: Deum ipsum aiunt in Draconem versum, Nicagoræ Sicyoniæ mulieris, Agasiclis matris. Echetimi vxoris opera, Epidauro ad se mulorum bigis deportatum. De tempi lacunari signa quedam non magna pen

L I B R I I . 203
pendent, è quibus, quæ Draconi insidet, Aristodamam esse dicunt Arati matrem: Aratum enim ipsum Aesculapij filium autumam. Atque ille quidem ambitus nihil haber aliud memoratu dignum. Ex eo verò ad aliud Veneris templum transcas, in quo primum se Antiopes signum offert, eius enim filios Sicyonios fuisse, & eorum causa Antiope ad se venisse, fibique cum ea affinitatem intercessisse tradunt. In Veneris illud templum solæ ingrediuntur æditua mulier, cui viri consuetudine est interdictum, & virgo, quæ annuo fungitur sacerdotio, Lutrophor in eam, à lauacro quod portat, appellant. Cæteris ab ipso duntaxat vestibulo, omnibus deam aspicere, & venerari fas est. Eius effigiem sedem fecit Canachus Sicyonius, is nempe, qui & Didimæum Milesis, & Thebanis Ismenium Appollinem fecit. Venus ipsa ex auro, & ebore facta, capite apicem, qui Polus dicitur, gestat, manu altera papauer, altera malum tenet: Victimarum illi omnium fœmora, præterquam suum consecrant, partes alias iuniperi lignis adolent: Verum & dum fœmora torrentur, cum illis una pædorotis folia incendunt: Nascitur pædros herba intra septum aprico loco, neque alibi uspiam prouenit, ne in ipsa quidem

quidem Sicyonia: Folia ei minora fagi,
ilicis maiora. Forma eadem ferè cum
quercus folio, altera pars subnigra, alba
altera, neque omnino dissimilis color, ei,
qui in albæ populi foliis cernitur. Hinc
ad gymnasium adeuntibus ad dexteram,
Pheræ Dianæ se ædes ostendit: Deæ li-
gneum signum Pheris huc deportatum
dicunt. Gymnasium Cliniæ Sicyoniis ex-
ædificauit, in quo puberes hac ipsa etiam
estate erudiuntur. In eo Dianæ signum è
marmore pubetenus expolitum, & Her-
cules inferiore trunci parte quadratis
Mercurij signis persimilis. Iam qui hinc
ad portam, quæ Sacra dicitur, diuerterint,
templum Mineruæ non longe ab ipsa por-
ta videant: Epopeus olim dedicauit: Id
magnitudine, & ornamētis, omnibus eius
temporis operibus præstítit. Verum &
huius famam vetustas oblinione obruit:
de cælo tactum conflagravit. Ara tan-
tum, quod illi vni fulmen pepercit, qua-
leum Epopeus fecit adhuc manet. Ante
aram Epopeo monimentum aggesta in
tumulum terra extructum. Prope sepul-
chrum Di visuntur Auerrūci, quibus Græ-
cie eodem ritu quo solent mala deprecari,
rem diuinam faciunt. Epopeum è pro-
ximis templis, vnum Dianæ & Apollini
ædifi

ædificasse dicunt, alterum Iunoni Adra-
fium: In eorum neutro signum vllum re-
liquum. Aras in Iunonis recessu Panis,
& Soli è candido lapide Adraſtus idem sta-
tuit. Iam verò qua in campos ferè de-
scenditur, Cereris templum est, quod
Plemnaeum dedicasse ferunt, quo gratiam
deæ pro filij nutricione referret. A tem-
plo, quod Iunoni dedicauit Adraſtus, pau-
lulum abest Carnei Apollinis ædes, cuius
solæ stant columnæ: Parietes vero, testum
etiam nullum omnino inuenias. Neque
plus quidquam de Prodomiæ Iunonis æde
extat: Hanc Phalces dedicavit Temeni
filius, duce m sibi deam Sicyonem profici-
scenti futuram sperans. A Sicyone recta
Phliuntē contendētibus, in diuerticu-
lo, quod à via stadia ad summum decem
abest, lucus occurrit, cui Pyræ nomeu-
facrum id præstiti Cereri, & Proserpinæ.
Ac in eo viri seorsum à foemini festos il-
lis dies agitant: Nam ædem Nympha-
rum, Nymphonem ipsi appellant, foemini
vbi sacra facerent concesserunt: Sunt-
que in eo Liberi patris, Cereris, & Proser-
pinæ signa, os tantum ostendentia. Iam
quæ Titanen dicit via, stadia ferme l x.
procedit, ob angustias vehiculis in via:
At qui per eam stadia, opinor, x x. pro-
moue

mouerint, & ad laeuam Asopum amnem transmiserint, ad lucum accedant illicibus condensum, vbi fanum dearum, quas Athenienses Seueras, Sicyonij Eumenidas nominant. Iis, die statu qutannis sacrum facientes, prægnantes oves maestant, ac mulso pro libamentis, pro corollis floribus vti solenne habent: Eodemque pro pedium ritu ad Parcarum aras, quæ in fabdiali eiusdem luci parte sunt, sacra faciunt. Hinc in viam reuersus, cum rursum Asopum traieceris, mox in montis verticem peruenias, quem Titana incoluisse indigenæ feriunt: fuisse verò eum Solis fratrem, à quo regiunculae nomen inditum: Fuit autem Titan hic (nisi mea me coniectura fallit) in obseruandis anni opportunitatibus admodum solers: Vnusque optimie omnium norat quibus quæ se mina qualsque stirpes temporibus, quos item fructus Sol facile augeret, & coqueret. Quocirca Solis illum fuisse fratrem commenti homines sunt. Post quem Alexanor Machaone Aesculapij filio genitus, in Sicyoniam profectus, in Titane Aesculapij fanum erexit: Id & alij accolunt, maximam verò partem dei ipsius seruite-
nent. Intra septum cypressetum est, ex vestitis admodum arboribus. Signum è quo

quo sit vel ligno, vel metallo, neque quis eius fuerit artifex, quisquam omnino posse cognoscere, nisi quis forte ad Alexandra opus referat. Signi ipsius sola se facies, manus, & imi pedes ostendunt, partes cateræ lancea tunica, & pallio velantur. Eodem ferme habitu est Hygeæ signum, neque enim illud facile conspicias: Velatum enim vndeunque est, partim commis, quas deæ mulieres detonderunt, partim verò Babyloniae vestis Lacinis: qua verò cunque re litare quis voluerit, eadem traditum est, illud etiam numen placari, cui est Hygeæ nomen (valetudinem bonam nos appellamus) Alexanori verò, & Euamerionis, sua enim & ipsis signa sunt: alteri tanquam heroi post Solis occasum parentant, alteri diuinos honores habent. Atque hunc quidem Euamerionem, si recte coniicio, Pergameni ex quodam oraculo Telesphorum, Acesium Epidaurij nominant. At Coronidis quod extat ligneum signum, nulla est in ædis parte constitutum: Verum vbi deo ipsi tauro, agno, sue fecerunt, Coronidem ipsam in Mineruæ transportant, ibique eam colunt: Neque verò victimarum foemora succidere satis habent, sed totas humi pecudes adurunt, præter aues, eas enim artis imponunt.

ponunt. In iis fastigij partibus, quas aquilas vocant, Hercules insisit. In extremis victoriae signa. In porticu signa posita Liberi patris, & Hecates: Venus ad hæc, Ceres, & deorum fortuna, lignea omnia, è marmore verò Aesculapius, cognomento Gortynius. Ad Angues quidem Deo sacros, quo minus accedant homines terror obstat: Cibum illis in primo aditu apponunt, neque amplius quidquam eorum causa satagunt. Intra septum statua posita est Graniani Sicyonij, qui in Olympicis palmas tulit de quinquertio duas, de stadio vnam, de iterato stadio (Diaulon dicunt) duplicem, quod nudus & cum scuto curreisset. In Titane Mineruæ ædes illa visitur, quo Coronidis signum deportant: & in ea Mineruæ lignœum signum vetustum, quod ipsum etiam de cœlo tactum ferunt. E vertice descendentibus (in vertice enim templum situm est) ara se ventorum ostendit, ad quam nocte una quotannis sacerdos scrum facit. Facit etiam ad foueas quatuor arcana nescio quæ, apposita aduentorum fœnitiam placandam: Cantat præterea, vti narrant, magica quædam Medeæ carmina. A Titane qua iter est Sicyonem, qui ad mare descendat, Iunonis templum videant

videant, quod neque signum, neque lacunar habet: Dedicasse ferunt Prætum Abanum filium. Iam qua descenditur ad portum, qui Sicyoniorum dicitur, si ad Pellæneorum nauale, quod Aristonautas appellant, paulum supra viam flexeris, ad lauum Neptuni delubrum videoas: At secundum ipsam viam militarem Elysson, & post eum Sythas amnes in mare decurrunt. Hoc loco Phliasius ager Sicyoniis finitus. Vrbs ipsa x L. stadia distat à Titane: A Sicyone Phliuntem recta via dicit. Phliarios quidem non esse Arcadii nominis, satis declarant Homeri versus quibus Arcades enumerantur, neque enim ipsi eo delectu compræhenduntur. Argiuos verò ab initio suisce, tum Dorientes factos, post Herculis liberum in Peloponnesum redditum ipse historiae progressus declarabit. Ac de Phliasiis cum multa inter se discrepantia memoriae prodita non ignorem, ea duntaxat persequar, in quæ maximè consensum est. Primum omnium in his finibus Arantem extitisse tradunt indigenam hominem, qui oppidum condiderit in eo colle, qui nostra etiam num ætate Arantius dicitur: Neque ita longe abest ab altero vertice, in quo Phlia sitorum arx est, iuuentæ edes. Vrbs itaque

à conditore, & regio Arantia est appellata. Eo regnante Asopus Ceglus, & Neptuni (sic enim creditum est) filius, amorem eum adiuuenit, quem ab ipso inuenitore Asopum vocant. Arantis verò sepulchrum est in vico, quæ Celænae nominantur, quo etiam in loco Disaulin hominem Eleusinium sepultum dicunt. Aras filium Aorion, & filiam Aræthyraean habuit: Hos Phliasij & venandi peritia, & bellica virtute præstisſe memorant. Mortua autem Aræthyraea, Aoris, quo testram sororis memoriam relinquere, regionem totam Aræthyraean nominavit, quam Homerus inter eos populos numerauit qui Agamemnonis imperio continebantur.

Ornatisque colunt, & Aræthyrem per amanum.

Arantis quidem filiorum sepulchra non alia in parte quæm in Arantino colle esse coniicio. Stant enim in illis Cereris insignes pilæ, & ante dæx initia eodem in templo Arantem cantu celebrant, & ad libamina eius filios euocant, ad ipsa monimenta conuersi. Phliantem ipsum, à quo tertium accessit regioni nomen, Caso Temenii filio natum, quod est in Argiutorū histis, neutiquam ut credam adduci possum, quippe

quippe qui eum Liberi patris filium habi-
tum norim, & ex iis vnum, qui nauem Ar-
go concenderunt: Cui rei Rhodij poëtæ
versus testimonio sunt.

*Venit Aræthyrea Phlias Bacchi inclyta
proles*

*Dives cipum stabili tenuit dum scle penates
Aruaque, que vitreis Asopus perfuit vndis.*

Phliantis verò matrem fuisse Aræthyreā, non Ghehonophylen, cum hæc vxor eius fuerit, ex qua Androdaman suscepit. Her-
culis autem liberis redeuntibus Pelopon-
nesi cunctæ ciuitates præter Arcadas tre-
pidarunt. Aliæ enim Dorientes in ciui-
tatem receperūt, aliæ antiquis ciuibis eie-
ctis, nouos accipere sunt coactæ. Quæ ve-
ro ad Phliantem pertinent, ita se habent:
Rhegnidas Dorensis Phaleo Temeni fi-
lio genitus, ab Argis & Sicyonia cū exer-
citū Phliantem venit: Accæteri quidem
non recusabant, quod ille postulabat ut
sedes quique suas retinerent, ipsi regnum
deferrent, sociis agrum assignarent.
At Hippalus, totâque eius factio obfi-
stendum censebant: Neque omnino si-
ne pugna tam multa, ac præclara bona
Dorensisibus concedenda. Sed enim
cum eius sententiam populus repudiasset,

et in iis qui sequi voluerunt Samum exiliij causa concessit. Hippasi huius propnepos fuit Pythagoras, cui sapientiae laus attributa est, è Mnesarcho Euphronis filio Hippasi nepote procreatus. Hæc de rebus suis Phliasij, quibus multa Sicyonij assentuntur. Addentur iam quæ apud Phliasios in primis ostenduntur, quæque memoratu dignissima videri possint. In arce Cupressetum est, in quo vetustissimum templum, Deam, cui id est dedicatum, prisci Ganymedan, recentiores Heben nominant, cuius & Homerus mentionem fecit, vbi Alexandri & Menali singulare certamen exponit: Eam quidem Oenochoon, idest vini ministram, appellat: Quo in loco descendenterem facit ad inferos Vlysses vxorem eam Herculis esse dicit. At Olen poëta eo carmine quo Iuno nem exornat, ab Horis educatam Iunonem scriptum reliquit. Filios verò eam habuisse Martem, & Heben. Habent huic deæ Phliasij honores multos, summum veterò omnium, quod qui supplices hoc confugerint, cuiusvis criminis impunitatem consequuntur: Quin & qui vincit ante fuerunt, ad eas arbores, quæ in luco sunt, compedes suspendunt: Dies verò festos quotannis celebrant, quos Cissotomos,

hoc

hoc est ac si Ederisecos dicas, appellant. Signum quidem neque in opero custodiunt, neque in aperto ullum ostendunt: Atque eius rei religione sanctam causam quandam referunt. Exeuntibus è foro ad lœvam delubrum est cum signo è marmore Paro. In arce septum Cereris sacrum: In eo templum cum Cereris, & Proserpinæ signis: Nam Diana (existat enim Diana ex ære eodem in loco) per mihi antiquum esse videtur. Quæ ex arce descenditur Aesculapij ædes ad dexteram est, in quo signum imberbe. Infra ædem theatrum, à quo non longe Cereris templum, & prisca in eo signa sedentia. In ipso foro capra ex ære magna sui parte inaurata, cui ob eam causam honos est à Phliasis habitus, quod fidus, quam capram vocant, ortu suo viribus perniciem afferre consuevit: Ne itaque cœlestis capra vinetis noceat, forensem illam ex ære cum aliis afficiunt honoribus, tūm verò auro eā exornat. Est eodē in loco Aristæ Pratinī filij monimentum: Vterq; Satyris faciūdis omib; præterquam Aeschylō, præstiterunt. In poëtica fori parte domus est, quam Phliasij yaticidam nuncupant: In eam enim ingressus Amphiaraus (quemadmodum ipsi

narrant Phliasij cum noctem vnam obdor misset statim diuinare ceperit, cum ante indoctus planè fuisset: Id cum ita evenisset in reliquum omne tempus oclusæ illæ ædes fuerunt. Non longe locus est, qui Vmbilicus dicitur, meditullium totius Pe lopponesi, si modo ita se habet res vti ipsi dicunt. Ab Vmbilico progressus Liberi vetustam templum videoas, Apollinis etiam vnum, & aliud Iidis. In eis Liberi & Apollinis signa exposita omnium oculis sunt: Iidis verò Solis facerdotibus conspicere fas est. Peruagata est inter Phliasios fama Herculem è Libya redeuentem abreptis Hesperidum malis Phliuntrem venisse, sui cuiuspam negotiij causa: Ad eum ibi commorantem Oeneum ex Aetolia, qui sacer eius esset, accessisse: Ibi cum vel Oeneus Herculem ad eam vocasset, vel ipse apud eum accum beret, dicitur Hercules digito uno, Cyathi pueri, qui erat Oeneo à calice, eius in fundendo ministerio offensus, tam graui ter caput percussisse, vt ex eo vulnere puer diem suum obierit: In eius facti memoria Phliasij ad Apollinis cellam ædificarunt, in qua è marmore signa sunt, Cyathus Herculi poculum porrigens.

A Phliunte stadia ad summum quinque

que Celeæ absunt, quo in loco quarto duntaxat quoque anno Cereris initia referuntur quibus præst antistes, cui non est perpetuum sacerdotium illud: Verum nouus legitur sub ipsum initiorum tempus, & is quidem, quin si velit, vxorem ducat, nulla religione impeditur. Initia verò ipsa, & si ab Eleusiniis quibusdam in rebus differunt, multa tamen ex illis accepta à se retineri, ac seruari ipsi Phliasij fatentur: Aint enim Dysaulen Celei fratrem, cum ad ipsos configisset, initiorum ritum monstrasse: Pulsam autem illum Eleusine ab Ione Xuthi filio, cum illum Athenienses bello contra Eleusinios suscepimus imperatorem delegissent. At ego Phliasij nunquam assentiar, quēquam ex Eleusiniis pugna victum in exilium abiisse, cum ante belli euentum vtrinque certæ conditiones acceptæ sint: Et Eumolpus tunc Eleusine manserit. Potuit hic quidem Dysaules alia de causa, quā ob eam quā à Phliasij prodita est, Phliuntrem venisse: Neque verò, vti ego sentio, aut vlla ei fuit cum Celeo cognatio, aut omnino claro fuit inter Eleusinios loco, neque enim eum suis versibus praterisset Homerus. Is enim quo carmine Cererē celebrat recens eos omnes, qui initia à dea docti sunt

nullum omnino Dysaulen nosse videtur.
Sunt autem hi versus eius.

*Mistica sacrorum diu ad dicere magistra
Tripolemus, Dioclesque simul frenator e-
quorum,
Eumolpus, Celeusque duces, populique pa-
rentes.*

Hic igitur Dysaules, vti Phliasij memo-
rant, & initia tradidit, & primus vicum
Celeas appellauit: Extat itaque, vt ante di-
xi, Dysaulæ monumentum, quo tamen ve-
tustius est Arantis sepulchrum: Neque e-
nim eo regnante, sed multo post, vt Phlia-
sij testantur, Dysaules venit. Aequalem
enim' Prometheo Sapeti filio Arantem fuisse
asserunt, tribusque ipsis ætatibus Pelas-
go Arcadis filio superiorem, & iis, qui a-
pud Athenienses Aborigines sunt appel-
lati. In eo templo, quod Anactorum ap-
pellant, de tholo currus pender, quem Pe-
lopis fuisse tradunt. Et hæc quidem præ-
ceteris historia digna apud Phliasios sunt.

Media est inter Corinthum & Argos
vrbs, non vtique magna Cleone, à Cleone,
quem Pelopis fuisse filium tradunt, appellata. Non desunt tamen qui Cleonem vna
ex Asopi amnis, qui Sicyonem præterfluit
filiabus dicant fuisse: Nomen certe vrbi ab
horum alterutro impositum est: In ea æ-
des

des Mineræ signum habet Scyllidis, &
Dipœni arte factum: fuisse eos aiunt Dæ-
dali discipulos: Sunt qui Dædalum velint
vxorem duxisse Gortynis filiam, è qua sunt
ei hi liberi geniti. Præter hanc ædem
Cleonis, Euryti, & Ceatæ monimenta
sunt, quos cum ludos Isthmicos spectatum
issent, Hercules sagittis confixit, indigne
ferens illos Augæ bello contra se in acie
stetisse. A Cleonis Argos viæ duea ducunt:
Expeditis altera commodior, & compen-
diaria: Nam quæ ad Tretum est, angusta,
& ipsa cum vndique montibus conclu-
atur, verum facilius multo vehicula trans-
mittit. In illis ipsis montibus leonis
Nemei specus ostenditur, à quo vicus Ne-
mea nō longius quam stadia abest x v. Ibi
Nemei Ioui tēplū planè insigne, tametsi
testudo collapsa est, neque ullum in eo re-
liquum iam signum. Circa templum cu-
ppressetum, quo in loco cum nutrix Ophel-
ten in herba posuisset, à Dracone perem-
ptum memorant. Sacra Ioui Nemeo Ar-
giui in Nemea faciunt, eique certum fa-
cerdotem deligunt, & armatis viris, cur-
sus certamina proponunt in ipso Nemeo-
rum conuentu, qui per Brumæ dies cele-
bratur. Est ibideum Opheltæ sepulchrum
apidea maceria incinctum, intra cuius

ambitum est è cespite tumulus, Lycurgi Opheltæ pannis: Proximum fontem Adrastean appellant, vel alia quavis de causa, vel quod eum Adrastus monstrarit. Regionem vero appellatam dicunt à Nemea Asopi filia: Est supra Nemean Apes mons, in quo Perseum primum Ioui Ape sanctio rem diuinam fecisse tradunt. Iam qui redeant ad Tretum Argos accessuri, ad laevam Mycenarum ruinas videant, & Mycenarum quidem conditorem Perseum Graci agnoscunt: Causam vero viris condenda, & qua postea re impulsam euerterint Argui, ipse exponam: Neque enim in ea regione, cui nunc Argolidi nomen, res vlla vetustior hominum est memoria commendata. Inachum aiunt cum regnaret præterfluentem amnem de suo nomine nuncupasse, & Iunoni sacrum fecisse: Vulgatum etiam est Phoroneum primum in ea terra extitisse, cui pater Inachus, non sanè vir sed fluvius fuerit. Fuisse vero eundem Phoroneum arbitrum cum Cephiso, Asterione, & Inacho fluiis, inter Neptunum & Iunonem de regione disceptantes, qui cum litem secundum Iunonem dedissent, iratum Neptunum aquam illis omnem ademisse: Et ex eo factum, ut neque Inachus, neque

alius

alius eorum animum quisquam aquam accolis suppeditent, nisi imbris adiuti: Per aëstatem enim in magna soli siccitate, sola Lerna aquam habet. Phoroneus quidem Inachi filius primus dispersos ante homines & seorsum habitantes, in ynius civitatis ius compulit, & ab eo oppidum illud, quo congregati sunt, Phoronicum est nuncupatum: Nam regio ab Argo Phoronei ex filia nepote nomen accepit. Argo Pirasus, & Phorbas: Phorbante Triopas: Triopa geniti sunt Iasus & Agenor. Id quidem vel quo scriptit Herodotus modo, vel vt Graci narrant, in Aegyptum profecta est: Crotopus vero Agenoris filius Iaso in imperium successit, è quo natus Sthenelas: Postea Danaus ex Aegypto veniens pulso Gelanore Sthenela filio Agenoris nepotes regno submouit: Et Danai sane casus, eiisque filiarum audax in patruelis facinus, & que Cræcis omnibus notum: Notum etiam Danao vita muneribus functo, Lynceum regnum tenuisse. Iam vero Abantis filij, Lyncei nepotes, ita regnum inter se partiti sunt, vt Acrisus Argis manserit, Praetus Heræum, Midean, Tiryntha, & Argolici agri maritimam oram possederit, cuius imperij adhuc Tirynthe extant monumenta.

Interie

Interiecto dein tempore Acrisius cum vi-
uere etiamnum Perseum, & virtutis mul-
ta documenta dare cognouisset, Larissam
ad Peneum amnem concessit: At Perseus
cum visendi aui materni, eumque sibi tum
oratione, tum factis conciliandi cupidita-
te esset incensus, Larissam venit: Vbi, &
atatis robore, & disci à se inuenti gloria
elatus, dum artem in hominum conuentu
ostentat. Acrisium aduerso fato interve-
nientem, disci impetu occidit: Atque ita da-
ti olim Acrisio responsi vocem ratam fe-
cit, quem à fati certo euentu vindicare non
potuit vel in filia, vel in nepotem excogi-
tata crudelitas. At Perseus Argos reuer-
sus, cum eius parricidij infamiam magno
fibi duceret dedecori, Proeto persuasit ut
secum regnum commutaret. Tunc ipse
illius imperio suscepto Mycenas condidit,
quam urbem eo nomine appellavit,
quod eo in loco ei ensis fungus, idest capu-
li ipsum capitulum excidisset: Mycenae
enim id eodem quo fungum nomine vo-
cant. Audiui etiam qui dicent sitien-
tem humo fungum sustulisse, ac repenti-
nis aquæ scatebris siti magna cum volu-
ptate depulsa, ex eo casu urbem Nicenas
nominasse: Homerus quidem in Odys-
ea Mycenes mulieris eo versu mentio-
nem

nem fecit.

Tyro atque Alcmena, fertisque ornata My-
cene.

At Mycenen quidem Inachi filiam A-
restoris vxorem fuisse illis versibus con-
scriptum est, quas Græci Eœas magnas
appellant: Eam itaque nomen aiunt vrbi
dedisse: Quem vero comminiscuntur ser-
monem, Myceneum Spartonis fuisse fi-
lium, Spartonem Phoronei, mihi vtique
non probant: Siquidem neque Lacedæmo-
nij, apud quos Amyclis est Sparta mulie-
ris effigies: Spartonem vero Phoronei fi-
lium fuisse si audiant, ex ipsa nominis opini-
nor nouitate, non parua admiratione affi-
ciantur. Mycenæ certe ipsas, Argui ma-
leuola quadam obtreftatione ducti euer-
terunt: quod ipsi cessantibus, ea ciuitas o-
stoginta homines ad Termopylas miser-
ser, qui Lacedæmonijs præclaris facino-
ris socij fuere. Ille itaque præceptæ quasi
gloriae dolor, Argiuos ut Mycenæ excin-
derent, solicitauit. Restant tamen ambitus
partes quedam, & porta vna, cui leones in-
sistunt, Cyclopum vero & hac opera esse
aiunt, & eosdem Proeto Tirynthis muros
fecisse. Inter Mycenarum autem ruinas
fons est, Persea nomine, Atreique & filio-
rum subterraneæ cellæ, in quibus eorum
fuere

fuere thesauri: Sepulchrum etiam Atrej, & eorum item omnium, quos cum Agamemnon à Troja reuersos in cōiuio Aegistus occidit: Nam de Cassandra: sepulchro inter Mycenæos, & Amyclæos vta in urbe sit disceperatur: Est ibidem & ipsius Agamemnonis monumentum: Tum Eurymedontis aurigæ & idem Teledami, & Pelopis, quos p̄perisse geminos Cassandrae dicunt, infantes verò a thūc paruulos ad parentum tumulum ab Aegistho ingulatos: Electra etiam. Ea enim ab Oreste Pyladæ nuptum data est, è qua Hellanicus scriptum reliquit, Medontem, & Strophium Pyladæ genitos. At Clytemnestra, & Aegisthus modico à muris interualllo se-pulti: Neque enim digni sunt habiti qui eodem in loco humarentur, quo Agamemnon, & exteri, qui cum eo occisi sunt. Ad lœcum Mycenarum stadia x vi, abest Iunonis fanum. Præter viam aqua fluit, que dicitur Eleutheria: Ea ad arcanas expiationes vntunt templi, & sacerdotum. Fanum ipsum in planiore Eubœa parte situm est: Eubœan montent appellant. Asterionis etenim annis filias Eubœan, Porsymnam, & Acrœan, & easdem Iunonis nutrices fuisse dictant: Ab acrœa vna Acrœan montem appellatum,

qui

qui ex aduerso Iunonis est: Ab Eubœa iam diximus: Prosymnam verò vocaram de sororis tertiae nomine aream, quæ Iunonis templo subiacet: Asterion ipse infra Iunonis fluit, ac deinde in specum demersus absconditur. Ad eius ripas herba nascitur, quam Asterionem nominant: Eius caulem Iunoni consecrant: E foliis coronamenta contexunt. Fani architectum Argium Eupoleum produnt. Quæ supra columnas opera sunt, ea partim ad Ionis natales, partim ad gigantum cum dis pugnam, partim etiam ad Trojanum bellum: & Ilij cuersionem pertinent. Statuæ pro vestibulo stant, cum formarum, quæ sacerdotio Iunonis functæ fuerint, tum heroum, & aliorum, & ipsius in primis Orestis: Nam quæ nomine Augusti inscripta est, Orestem illum fuisse assertunt. In primo templi aditu, ad lœcum Gratiarum prisci operis signa extant: Ad dexteram Iunonis lectus. In templi antica parte, quem Pronaum appellari ante dictū est, positum scutū illud, quod Euphorbo Menelaus in bello Troiano eripuit. Deæ signū in folio sedet eximia magnitudine, auro, & ebore fabricatū Polycleti opus. Corona capiti imposita: Ea Gratias, & Horas egregie factas habet: Dea ma-

nu

nu altera Punicum malum, altera verò sce-
ptrum tener: Quæ de malo Punico arca-
nis consignata sunt sacris, silentio præ-
tereo. Cucullum verò auem iccirco sceptro
aiunt impositum, quod virginis Iunonis
amore captus Iupiter, in eam se auem ver-
terit, quam puella tanquam Iudicrum ca-
ptarit. Hæc ego, & quæ his sunt similia
de dis vulgata, & si vera neutiquam existi-
mo, non putauit tamen negligenda. Asti-
tisse etiam tradunt Iunoni, Habes signum
Naucydis arte factum, ipsum etiam ex au-
to, & ebore. Est etiam super columna ve-
tus Iunonis signum, omnium verò vetu-
stissimum, è pyro sylvestri factum: Quod
cum Pirasus Argi filius Tirynthem aspor-
tasset, oppido euerso Arguii in Iunonis
reportarunt: Ipse illud vidi sedentis for-
ma, & modica magnitudine. Dona qui-
dem digna, quæ historia mandentur, in eo
templo sunt: Primum ara, in qua cœlatæ
Herculis, & Hebes nuptiæ, argentea o-
mnia. Deinde pauo ex auro & perlucidis
lapidibus, quem dedicauit Adrianus impe-
rator. Ea enim Iunoni sacra auis habetur;
Aurea deinde corona, & purpurea palla,
Neronis dona. Sunt autem supra templū
hoc, antiquioris templi fundamenta, &
quod reliqui flammæ fecit, Crematū illud
quidem

quidem est, cum somnus Chrys idem Iu-
nonis sacerdotem oppressisset, incensis
proximæ lucernæ lumine coronamentis.
Ipſa quidem Chrylēi Tegean ad Aleæ Mi-
neruę arā supplex configuit: Neque tamen
ea calamitas Argiuos usque eo commouit,
vt eius statuam deiiciendam putarent: Ma-
net ea adhuc in priore parte eius templi,
quod conflagrassæ diximus. Quà Myce-
nis Argos iter est, ad lauam Persei, iuxta
ipsam viam heroicum monimentum ex-
stat: Nam Perseo hoc etiam in loco hono-
res à finitimis habentur, multo verò ma-
ximi in Seriphō. Est & apud Athenenses
Persei delubrum, & in eo Dictys, & Cly-
menes, qui Persei seruatores appellati
sunt, ara. At in Argiorum finibus, qui
paululum à Tersei monumento progressi
fuerint, ad dexteram Thyestē sepulchrum
videant, cui aries è marmore impositus
est: Aurei enim velleris agnū fratri Thy-
estes subripuit, cum eius vxorem stupri con-
suetudine sibi cōciliasset: Atreus verò nul-
la potuit adduci ratione, vt par duntaxat
pari referret: Verum illius liberū cæde,
& decantatis in scena epulis, pœnas à fra-
tre expetiuit. De Aegistho utique & Aga-
memnōne non habeo pro comperto di-
cere, iniuriāmne Aegisthus prior intu-

lerit, an verò vlcisci voluerit Tantali Thyestæ filij cædem, cui Clytemnestra à parre Tyndaro virgo desponsa fuerat. Quod si Pelopis in Myrtillum facinus ne potum fuit pœna luendum, congruunt nimirum his casibus, quæ Glauco Epicydæ filio Spartanorum regi, cum ille peierasset Pythia respondit. Commissam per iurio fraudem in nepotes redundaturam. Ab Arietibus (sic enim Thyestæ monimentum vocant) qui aliquantulum processerint, ad regiunculam peruenient, cui Myzia nomen, in qua est Myza Cereris ædes; Nomen id sumptum à Myso quodam homine, quem Cereris hospitem fuisse Argui dicunt: Eius ædis rectum colapsum est: In eo delubrum aliud è coëtibus laterculis erectum, in quo è ligno Proserpinæ, Plutonis, Cereris signa. Hinc progressus ad Inachum aminem peruenias, quem ubi transieris, ad aram primum Solis accedes: deinde ad portam, quæ de proximo templo nominatur, Lucinae, & Argiuos quidem solos ex omnibus Græcis in tria regna diuisos noui. Quo enim tempore regnum tenuit Anaxagoras Argei filius, Megapenthis nepos, is furor foeminas inuasit, ut cum intra domesticos parietes contineri non possent,

per

per totum agrum palantes vagarentur: In uentus tandem est Melampus Amythaonis filius, à quo sanatæ sunt: Ei Anaxagoras ita gratiam retulit, ut æquis cum eo, fratreque eius Biante partibus regnum communicaret. A Biante regnarunt deinceps viri quinque per ætates quatuor usque ad Cyanippum Aegialei filium, omnes à Neleo genere materno originem ducentes. A Melampode totidem per sex ætates usque ad Amphirochum Amphiarai filium. At indigenarum gens, Anaxagoræ nepotes, regnum longiore multo tempore retinuerunt. Iphis enim Alectoris filius, Anaxagoræ nepos, Sthenelo Capanei fratris filio imperium reliquit: Ac deinde cum post euersum Ilium Amphirochus in eum locum migrasset, qui nunc ab eo Amphirochi appellantur, & Cyanippus sine liberis obiisset, solus Cylarabis Stheneli filius regnum obtinuit: Verum neque is liberos ullos reliquit. Orestes itaque Agamemnonis filius paterno regno eiectus, cum in proximis locis exularet, Argis primum potitus est, deinde Arcadum manu, & Phocensium auxiliis fretus, ut ea semper opem implorantibus praesto fuerunt, Spartæ regnum occupauit. Lacedæmoniis verò haud quaquā inuitis Orestes

P 2

imperauit: Illi enim Tyndari nepotem, cui parerent dignorem putarunt, quam Nicostratum & Megapenthen, quos Melnlaus è serua genuerat. At cum è vita excessisset Orestes, ei in regnum successit Tisamenus filius, quem ex Hermione Melnlae filia suscepérat: Nam Penthilum notum ei filium Erigonem Aegisthi filiam peperisse versibus Cinæthon suis testatus est. Tisameno regnante Herculis posteri in Peloponnesum rediere: Timenus, & Cresphontes Aristomachi filii, qui que eos secuti sunt Aristodemii, qui iam è vita decesserat, tertij eorum fratris filii, Ac de Argis quidem, eorumq; regno iure optimo, vti mihi videtur, certabant. Erat enim Tisamenus Pelopis nepos, vt Heraclide à Perseo originem ducebant. Iam verò Tyndarum ipsum electum sciebat olim fuisse ab Hippocoonte: Hippocoontem, eiúsque filios ab Hercule interfectum, regnū apud Tyndari liberos depositum: Eodemque iure Messeniæ regnum repetierunt, quod Hercules Pylo excisa, regionem hanc apud Nestorem depositam reliquisset. His igitur adducti rationibus Argis Tisamenū, ex Messenia Nestoris posteros expulere: Alcmaonem Silli filium, Thrasymedis nepotem, & Pisistrati filium Pisistratum,

ad

ad hos Pœonis, qui ex Antilochō natus est liberos: Cùmque his Melanthum Andropomi filium, Bori nepotem, Penthili pronepotem abnepotē Periclymeni. Tisamenus itaque cum suis copiis, eiúsque filij cum eo in Achaiam: Nelei posteri, præter Pisistratum, hic enim ad quos se contulerit compertum non habeo, sed reliqui omnes Athenas venere, à quibus Pœonidarum, & Alcmaonidarum gens nomen accepit. Nam Melanthus regnum etiam, pulso Thymæte Oxynthæ filio, qui postremus de Thesidis regnauit, Athenis obtinuit: Verum de Cresphonte & Aristodemii libris nihil attinet hoc loco dicere: Timenus verò Argiorum regno poritus, Deiphonte Antimachi filio, Thrasyanoris nepote pronepote Cesippi, abnepote verò Herculis, suis ipsis filiis præteritis, cum ad bella omnia, tum ad res cæteras gerendas socio, & cōfiliario vtebatur: Quem cum sibi etiam generum adsciuisset, ac Hyrnetho filiae plus multo quam cæteris liberis studebat, in suspitione venit, ne remotum à filiis regnum, in ipsam, & Deiphontem transferret: Quare insidiis illum filij de medio sustulerunt. Eorum deinde natu maximus Cesus regnum tenuit. At argui, qui iam tum ab initio libertatis, & iuris

æquabilis perstudiosi fuerant, regiam potestatem vsque eo in ordinem coegerunt, vt Cesi liberis, ciuisque posteris nihil omnino aliud quam regni nomen reliquerint: Meltan postremo Lacidai filiam, Medonis nepotem, capit is damnatum populus imperio spoliauit. Apud Argiuos longè omnium templorum est nobilissimum Apollinis Lycij, in quo, quod ætate nostra extat dei signum, Attali fuit Atheniæ opus. Antiquissimum è ligno, Danaus dedicauit cum ipsa æde: fuisse verò illis temporibus signa omnia è ligno, & in primis quæ Aegyptij fecissent crediderim. Ac Lycium quidem Apollinem huiusmodi de causa dedicauit Danaus: Cum Argos venisset de regno cum Gelanore Sthenelæ filio contendit, ac cum eorum vterque ad populum multa, & ea maximè probabilia, & iuri cōsentanea dixisset, neque omnino quæ Gelanor afferebat minus æqua viderentur, causa ampliata est in crastinum. Postero die prima luce, in boum gregem in pomerio pascentium lupus impetum fecit, atque is taurum ipsum gregis ducem adortus est: Visum est Arguiis Gelanori cum tauri, cum lupo esse Danao aptissimam conuenientiæ rationem: Quod scilicet uti lupus animal est homini minime familia-

re, sic propemodum ad id temporis nulla fuisset Danaus Argiuorum vius consuetudine: Quare cum taurum lupus confecisset, è re nata Argui Danao imperium adiudicauit: Tunc Danaus Lupum ab Apollinne immissum interpretatus Lycij Apollinis ædem dicauit. In ea est Danai ipsius solium, & Bitonis statua, vir humeris taurum portans. Versibus enim Lyceas testatum reliquit, cum pompa Nemeorum Ioui ab Arguiis traduceretur, Bitonem eo fuisse corporis robore, vt sublatum taurū portaret. Non longe ab hac statua ignem accendunt: Phoronei ignem appellant: Ne que enim iis assentiuntur, qui traditum à Prometheo ignem hominibus dicunt, cū totum ignis inuentum ad Phoroneum referant. Ligna Veneris, & Mercurij simulachra, alterum Epeï opus, Hypermnestram fuisse alterum dicunt: Hypermnestram enim Danaus in iudicium vocauit, eo crimine, quod vna ex omni filiarum numero patris imperata facere neglexisset. Nam qui ex Lyncei salute se periculo carere non posse putaret, ab ea, quæ mandatum facinus vti sorores non perpetrassen, insigni se notatum infamia interpretabatur. At Argiuorum illa sententia absoleta, in eius iudicij memoriam Vene-

rem, quæ victoriam præfert. Nicophorus vocant, dedicauit. In ipso templo Ladas est, qui pedum celeritate cunctos anteiuit ætatis suæ homines: Mercurius etiam è sublata testudine lyram facere meditans. Pro æde basis est, in qua incisa est tauri, & lupi pugna: Incisa etiam virgo, quæ lapidem in taurum mittit: Diana eam virginem nominant. Hæc Danaus dicauit, & loco proximo columnas cum ligneis Iouis & Diana signis. Sepulchra ibidem sunt Lini Apollinis filij, & Psamathes Crotopi: & Linum quidem hunc eundem esse dicunt, qui carmina fecit: Verum quæ ad hunc magis pertinent, in alium historiæ locum differo: Nam de Psamathe, scitis multa, qua in parte Megarenium res persecuti sumus, exposuimus. Præterea quæ enumerauimus est ibidem Apollinis Agyei, id est Viarum præsidis, signum, & pluuij Iouis ara, ad quam, qui foedus de Polynice in regnum restituendo percusserunt, coniurationem fecere, si Thebas excindere non potuissent, mortem omnino se appetituros. De Promethei monumento minus quam Opuntij, quæ veritati sint consentanea mihi videntur Argui dicere: Parentidam enim aiunt Creuganti pugili effigiem de Corinthiis tro-

phæum erexit. Simulachrum præterea conspicitur Iouis Melichij, quod est ac si Mansueti dicas, è candido marmore, Polycleti opus: Dedicatum verò ob huiusmodi causam audiui. Lacedaemonij suscepto semel contra Argios bello, nullū belligerandi finem fecerunt, prius quam utrosque Philippus Amyntæ filius definiti iam tum ab initio imperij terminis circunscriptis. Nam superioribus temporibus Lacedaemonij de iis quæ extra Peloponnesum essent nihil laborantes, de Argiorum semper aliquid finibus carpebat: Postremo Argui ad bellicam rem strenue conuersi, dum illi forte extra fines bellarent, occupato tempore in eorum agrum invaserunt: Quare vehementer exacerbatis utrinque animis, Argui sibi statuerunt lectissimorum mille hominum praesidium aleendum, quibus dux præfectus Bryas Argivius: is & alia insolenter, ac libidinose multa in populum fecit, & virginis cuidam, dum ad virum duceretur, iis ipsis qui ducebant eruptæ, virtum obtulit: At illa eadem nocte Bræantem somno oppressum oculis orbauit: Deprehensa, ubi illuxit, supplex ad populum confugit: Enim uero populus eam non dedere ad supplicium depositibus mille viris:

Quare ad pugnam re deducta, victor populus in persequendis hostibus iræ indulgens nullum supplicij genus prætermisit. Intericto dein tempore, & alia expiandi ciuilis sanguinis causa facta sunt, & Mansueti Iouis signum dedicatum. Prope sunt è marmore facti Cleobis, & Biton, qui impostaam plaustro matrem, ipsim in Iunonis templum trahuit. E regione Nemei Iouis ædes, in qua simulachrum dei recto statu ex ære, Lysippi opus. Hinc ad dexteram progresi ostendit se Phoronei sepulchrum : Phoroneo quidem nostra etiamnum ætate parentant. Supra Nemei Iouis, Fortunæ fanum est perantiqui, in quo inuentas à se primum tesseras Palamedes dedicauit. Proximum monumentum Choriæ Mœnadicis appellant: Liberi enim patris castra, & alias fœminas, & hanc secutam, cum ille Argos exercitum duceret, memorant: At Terseum victoria potitum ex illis fœminis multas cecidisse, ac cæteris communie monumentum, huic verò quod dignitate anteibat, suum est separatim potitum. Non longe Horarum est ædes. Illinc rediens politas videoas statuas Polynicis Oedipodis filij, & eoru omnium ducum, qui

cum

cum illo sub Thebarum muris pugnantes ceciderunt: Eos septem duntaxat recensuit Aeschylus, cum plures tamen è primariis viris Argiorum, & è tota Messene, atque Arcadiæ parte in eius belli societatem venissent: Verum & ipsi Argiui illum Aeschyli numerum fecuti sunt. Proxime eorum sitæ statuæ sunt, qui Thebas cepere, Aegialeus Adrastus filius: Promachus Parthenopæi, Talai nepos: Polydorus Hippomedontis, & Thersander: Amphiarai, præterea liberi Alcmaeon, & Amphi-lochus: Diomedes ad hos, & Sthenelus: quin & Euryalus Mecistei, & Polynicis filij Adrastus & Timæas. A statuis hisce non longe ostenditur Danai monimentum, & honorarius eorum omnium tumulus, qui aut ad Ilium cecidere, aut iam reduces oppressi sunt. Est ibidem Seruatoris Iouis ædes, è qua in cellam venias, vbi Argiorum matronæ Adonin lugent. Ad dexteram eius aditus templum Cephissi flumini dicatum est: Eius fluminis aquam non semel à Neptuno exhaustam credi volunt. Cum ipsi tamen eo ipso in loco vbi templum est, pro comperto habeant subter amnè fluere. Iuxta Cephissi Medusæ è marmore caput. Cyclopum hoc etiā opus fuisse dictitant. Vicū qui à tergo est

est Criterium nominant, quod in eo de Hypermnestra à Danao iudicium factum memoriae proditum sit. Non longe theatrum est: In eo & alia quæ spectentur, & vir, virum cædens, Othnadam Spartanum Perilaus Argius Alcenoris filius: Et is quidem ante de lucta vistor in Nemeis renuntiatus fuerat. Supra theatrum Veneris fanum, in cuius fronte è paumento coluna surgit, cui insistit Telesilla, quæ cantica fecit: Ad pedes eius carminum volumina iacent: ipsa galeam aspicit, quam capiti iam impositura manu tenet. Fuit Telesilla hæc, & aliis de causis inter fœminas illustris, & honorem præcipuum ex poetica meruit. Hæc illa Telesilla est, quæ tale virtutis muliebris documentum dedit. Quo tempore Argui maiore quam dicendo explicari possit clade, à Cleomene Anaxandridæ filio, Lacedæmoniorum rege afflitti sunt, aliis in prælio cæsis, qui supplices in Martis lucum confugerunt, partim eorum ad pacis conditiones euocati nibilo minus violati sunt, partim verò ubi se dolo circumuentos senserunt, se ipsos, & lucū simul cremarūt. Quare Cleomenes cōsumpta Argiourum militari ætate & robore, ad Argos oppugnandum confessim Lacedæmoniorū copias duxit.

duxit. Ibi Thelesilla ad murorum præsidia seruitiis, & iis omnibus qui per ætatem arma ferre non possent, amandatis, è domibus & templis armis, quæ reliqua fortuna belli fecerat, refixit, omnes quæ integræ erant fœminas obarmavit, & in eum locum eduxit, qua ad oppidum Lacædemonios accessuros exploratum habebat: Neque verò illæ hoste appropinquante bellico clamore exterritæ sunt: quin fortiter, & præsenti animo pugnantes, hostium impressionem sustinuerunt. Ad Lacædemonij cum cogitare cœpissent, si fœminas violassent inuidiosam fore eam vicitriam: Sin victi essent se turpisimè discessuros, omnem ab illis belli iram abstinerunt: Atque hoc quidem facinus multo ante Delphici oraculi vox prædictum, quam Herodotus vel aliis, vel iisdem planè exposuit versibus.

Nanque animosa viros cum vincet fœmina;

& omum

Auferet Argolica pubi Mauorti honorem:

Tunc Argia phalanx seuis lacerabitur armis.

Hæc de præclaro fœminarum facinore Apollo. Iam verò qui à Veneris fano descendint, & ad forum flexerint, Cerdus Phozonei yxoris monumentū offendant: Sunt ibid

ibidem templo Aesculapij, Dianæ cognomento Suadelæ. Hoc Hypermnestra dicauit, quo tempore in iudicio patrem vicit, cum ille eius criminis ream egisset, quod Lynceo pepercisset. Est & Aeneæ ex ære statua, & vicus cui Delta nomē. Non minis quæ fuerit causa, quoniam quæ vulgo prodita sunt mihi non probantur, consulto prætero. Ante eum vicum ara ereta est Phyxij, idest Liberatoris Iouis, & prope Hypermnestram monumentum Amphiaraï matris, alterius etiam Hypermnestram Danai filiæ. Sepultus in eodem tumulo Lynceus est. E regione extat sepulchrū Talai Biantis filij, de quo, eiisque posteris iam ante egimus. At Mineruæ Tubæ cognomento ædem Hegeleon extruxisse aiunt: Fuisse eum Tyrrheni filium, Tyrrhenū Hercule & Lyda muliere gehitum, primūmque tubam ostēdisse, cuius postea cantum Hegeleus Dorientes eos docuerit, qui Temenum secuti sunt: Quocirca nominasse eum Mineruam Tubam. Ante ædem Mineruæ sepulchrum videoas, quod esse dicunt Epimenidis: Lacedæmonios dum bellarent cum Gnosis Epimeniden viuum cepisse, ac deinde cum eum occidissent, quod minime læta prædiceret, sublatum cadauer eo in loco humasse. At ædificium

ficum è candido marmore quod in medio ferme se foro attollit, trophæum de Pyrrho Epirotarum rege est, vt ipsi prædicat Argui. Quo enim in loco cadauer eius crematum est, ibidem ei fuisse erectū monimentum, in quo cum alia quibus in præliis vtebatur inscalpra, tum verò elephanti. Atque hoc quidem opus ad eius bustum eminet, ossa verò sunt in Cereris condita, cum ita cecidisset vt proximo loco interiret. Perinde atque est à me in libro de Atticis rebus expositum. Et in primo quidem aditu templi Cereris licet adhuc vide re in supero foriorum limine ipsius Pyrrhi affixum scutum. Non longe verò ab eo opere quod in foro Argiuorum est, rumbulus terra consurgit, in quo conditum ferunt Medusæ Gorgonis cuput. De qua nullam vt fabulae rationē habeamus, hæc memoriae prodita sunt. Phorci eā filiam fuisse, Patre mortuo acceptum ab illo regnum eorum populorum, qui Tritonidem paludem accolunt, tenuisse: Solitam in venerationes, & pugnas exire cum Afrorum, quibus imperabat, manu. Quare cum Persei copiis, quas ille lectissimas ex Peloponese adduxerat, acie occurritisset, noctu per insidias oppressam: Mortuæ pulchritudinem admiratū Perseum, præcisum caput,

ut spectaculo esset, in Graciam reportasse. At Proclus Carthaginensis Eucratis filius veri ferè similiorem historiā literis mandauit. In Africæ desertis bestias gigni multas mirabili specie, atque inusitata, ferros inter eas viros & fœminas, ac virum se Romanum illinc deportatum vidisse testatur. Coniicere itaque se, ex illis fœminis unam fuisse Medusam, quæ cum à suis gregibus aberrans venisset ad Tritonidem pà Judem, eius accolas male multasse, usque dum à Perseo est occisa: Adiurricem vero Perseo. Mineruam fuisse icciro, prodiū, quod qui stagnum illud accolunt homines Mineruæ sacri sunt. Iuxta hoc Gorgonis monimētum, est Argis Gorgophones Persei filiæ tumulus. Cui quare sit id nominis impositum omnibus ad quorum aurei peruererit per se statim perspicuum esse potest: Hanc primam fuisse aiunt, quæ Perrieri Aeoli filio, qui cum virgo nupta fuerat, mortuo, alteri viro Oebalo nupserit, cum ante sanctū, & solemne fœminis fuisse, priorē viro mortuo, secundis nuptiis abstinere. Ante hoc sepulchrū, trophæum erectum est lapideum de Laphaë Argiuo homine: Hunc (scribo quæ ipsi Argiuo de se memorant) dominatu, facto impetu populus ejecit. Cumque is ad Lacedæmonios

confugisset, conati illi quidem sunt in pristinam eum tyrrannidem reducere: At Argui prælio vicos reiecerunt, multosque de Lacedæmoniorum numero, ac ipsum in primis Laphaën interemerunt. Ab hoc trophæo nō longe abest Latonæ ædes. Simulachrū Praxitelis opus est. Eius, quæ deæ assistit, virginis effigiem, Chlorin vocant, filiam Niobes fuisse dicunt, eique ab initio Melibœæ nomen fuisse. Peremptis verò à Diana, & Apolline Amphionis filiis, de eo fratribus numero hanc & Amyclan, quod sola Latonam fuerint deprecatæ, seruatas fuisse: Ac Melibœan quidem præ terrore statim viridē factam, qui cum ei color perpetuus fuisse, pro Melibœa sumpto ex rei euentu nomine, Chlorin appellatam: Et ab his quidem Niobes superstitionibus liberis initio templum Latonæ factum Argui asserunt: At ego qui Homerum authorem sequor, studiosius aliquanto quam ceteri, nullum omnino relictum de Niobes filiis existimo: Testimonio versus ille est.

*Quique superfuerant, geminos fixere sagittis.
Totam sanè funditus Amphionis domum
excisam compertum habuisse videtur. Ad
Latonæ dexteram est Iunonis Anthæ,
quasi Floridæ dixeris ædes. Pro æde ea-*

rum mulierum tumulus, quæ ab Aegei maris insulis Liberi patris castra securæ contra Argiuos, eorumque ducem Perseum pugnantes ceciderunt: A maritimis quidem unde venerant locis, Marinas eas nominant. Ex aduerfo ei monumento Cereris est fanum, cognomento Pelasgidis, quod illud dedicarit Pelasgus Triopæ filius. Prope abest Pelasgi ipsius sepulchrum: Quod ubi præterieris, æneum cippum videoas modica magnitudine: Is prius sustinet simulachra, Dianæ, Iouis, Minervæ. Lyceas versibus mandsuit Machanei Iouis, quasi Machinatoris dicas, signum illud esse. Hoc in loco Græcos tradit ad Troiam ituros coniurasse, non ante se ab eo bello discessuros, quām aut illum expugnassent, aut in pugna mortem oppetissent: Non defunt qui in eo cippo Tantali ossa condita dicant: Ille nempè qui sive Thyestæ, seu Brontei filius fuit (vtrunque enim traditur) qui cum fuit Clytemnestra, prius quām Agamemnoni nuberet, hoc in loco sit an alibi sepultus, per me ne fuerit controuersum. At enim qui Iouis, & Plutūs est habitus, eius ego monumentum, valde illud quidem insigne Sipyli vidi. Sed neque illa cum vis adegit, ut ē Sipylo fügeret, sicuti postea Pelopem,

quem

quam armis & exercitu eiecit Ilus Phrygis filius. Sed hæc haec tenus satis à nobis quæsita fuerint. Quæ verò rite ad proximum scrobum peraguntur, ea indigenam hominē Nicostratū instituisse aiunt: Mittunt autē per eam foueā hoc etiam tempore ardentes Proserpinæ faces. Extat eodem in loco Neptuni cognomento Prosclystij, idest Inundatoris, templum: Diluisse enim maximā partem agri eo tempore Neptunum memorant, quo Inachus, quique ei in consilio adfuerunt, terram eam Iunonis esse debere pronuntiarunt: At deinde cum Iuno exorasset, vt mare deduceret, per quem locum vnda refluxit, in eo Prosclystio Neptuno templum Argiuos erexisse. Vbi aliquantulum procelleris Argi sepulchrum offendes, quem Ioue, & Niobe Phoronei filia genitum putant: Exinde Castoris & Pollucis templum, in quo simulachra cū ipsorum, tum liberum Anaxis, & Mnasini, atque eorum vtriusque matrum llairæ, & Phœbes: Dipœni & Scyllidis arte facta, è ligno ebeni omnia, & ipsi Castorū equi ex ebeno, cætera, pauca quidem ex ebore. Prope Castorum Lucinæ fanum dicauit Helena, quo tempore Theseo cum Pirithoo in Thesprotos profecto, à Castore & Polluce Aphidna

capta, Helena Lacedæmonem reportata est: Fuisse eam aiunt è Theseo grauidam, & Argis enixam templum Lucinæ erexit. Puellam verò quam peperit Clytemnestrae educandam tradidisse. Fuisse enim iam eum cum Agamemnōne Clytemnestram. Ipsam verò postea Helenam Menelaō nuptam. Quare & Euphorion Chalcidensis, & Pleuronius Alexander, & ante eos Stesichorus Himeræus, idem, quod Argiui celebrat, versibus testati sunt, Iphigenian Theseo ex Helena genitam. Ultra Lucinæ fanum est Hecates delubrum: Deæ signum Scopæ opus, hoc quidem è marmore: Atque è regione sunt duo eiusdem deæ signa, ex ære alterum Polycletus Polycleti frater, alterum Naucydes Monthonis filius fecit. Quà per viam rectam iter ad gymnasium quod à Stheneli filio Cylarabi nuncupatur, sepulchrū extat Licymni Eletryonis filij, quem dixit Homerus à Tlepolemo Herculis filio cæsum, cuius cædis causa, Argis exulauit Tlepolemus. Qui paululum à Cylarabi gymnasio, & ea porta, quæ proxima est, diuerterint, Sacadæ monumentum inueniant, qui primus Pythicum cantum Delphis cecinit, quo placatus Apollo rediit cum tibicinibus in gratiam, cum ante eos male

male odisset propter Marsyæ, & Sileni, qui deum ipsum prouocarant, certamina. In Cylarabi gymnasio signum est Minervæ, cui Panæ cognomen: Stheneli ibidem tumulum, ipsius etiam Cylarabi ostendunt: Præterea extructum fuit non longe à gymnasio commune monumen- tum iis Argiuis, qui cum Atheniensibus classe ut Syracusas, & Siciliam in potestatem redigerent, profecti sunt. Hinc ea con- tententibus via, cui nomen ostendit se ad dexteram Liberi patris ædes, cuius si- gnum delatum tradunt ex Eubœa. Nam cum Græcis ab Ilij expugnatione redeun- tibus ad Caphareum fractis nauibus ma- gna ipsorum pars inter scopulos perisset, Argiui qui è naufragio terram prensare potuerunt, frigore prope & fame consumpti precati dicuntur, ut quis deum se in tan- tis rerū difficultatibus saluos velle: Cum itaque processissent, specum Liberi pa- tris animaduertere, & dei in eo signum: In eum verò specum multæ se capræ fri- gus fugientes gregatim immiserant, quibus mactatis, carnibus famem, pellibus fri- gus repulerunt. Deinde verò cum hyems remisisset, fabricatis nauibus in patriam reuecti, signum, quod tunc, è specie aspor- tarunt, hac etiam ætate religiose colunt.

Proximè ad Liberi patris Adrasti domum
videas, & paulo longinquius Amphiarai
fanum: Ulta fanum, Eriphyles moni-
mentum. Post hæc Aesculapij templum,
& Batonis ædes: Fuit hic Baton Amphia-
rai gentilis, & ipse de Melampodidarum
genere: Qui cum in præliis Amphiarao
aurigæ operam nauaret, reiectis à Theba-
rum muris Argiuis, eodem terræ hiatu,
quo ille, cum currū haustus euanuit. Iam
verò à Cœle redeuntibus qui in conspectu
est tumulus, Syrnethūs esse dicunt: Quod
si honorarium velint esse, arque in eius for-
minæ memoriam extructum, non omni-
no absurdæ dicunt. Sin Syrnethus ipsius ca-
dauer ibi conditum, mihi id nullo pacto
persuaderint: Id enim facilius illi credi-
derint quibus Epidauriorum res ignota
sunt. De Aesculapij verò templis, quod
apud Argiuos nobilissimum est, habet dei
signum, quod ætate nostra extat, sedens
è candido lapide. Assider bona vali-
tudo. Assident qui signa ipsa fecerunt
Xenophilus, & Straton. Templum dedi-
cauit initio Sphyrus Machaonis filius,
Alexanoris illius, cui Titanae honores ha-
bentur, frater. Phœbas verò Diana
(Phœbas citius Argiuæ etiam veneran-
tur) tam apud Sicyos, quam apud

Atheniens

Athenienses signum est: Quod ad se Phe-
bris, quæ ciuitas est in Theslaia, deportatū
tradunt. Iam verò quod apud se Argiuæ
esse dicunt Deianiræ Oenei filiæ moni-
mentum, & Heleni Priami filij: Mineruæ
etiam signum, post Illy euerctionem ad se
traslatum, il lud scilicet ipsum quod unum
fuit de iis quibus demum amissis, capi
illum potuit, illis ego neutiquam assen-
tior: Nam Pallidum (sic enim est illud Mi-
neruæ signum appellatum) satis manife-
stum est Aeneam in Italianam deportasse:
Ac Deianitam Trachinæ scimus, non Argi-
us, finem viuendi fecisse, cum eius tumu-
lus iuxta Heracleam sub Octa monte ad-
huc extet. Quæ verò ad Helenum priami
filium pertinent ea sunt à me superius ex-
posita: Venisse illum in Epitum cum Pyr-
rho Achillis filio: Eoque mortuo suscepta
eius liberum tutela Andromachen vxore
duxisse: Ac Cestrinen Epiri partem à Ce-
strino Heleni filio nomen accepisse: Neq;
verò ignorant qui res veteres Argiuorum
in commentarios retulerunt, non omnia
se ad historiæ fidem commemorare: Vul-
gata tamen opinioni, à qua dissidere mul-
to difficillimum esse existimant, seruiunt.
Habent Argiuæ alia multa quæ spectentur
digna: Inter ea subterraneum ædificium,

8 4

in quo fuit thalamus ex ære, quem fecisse dicitur Acrisius ad filiaë custodiam: Verum eum euertit Perilaus, dum tyrannide oppressam urbem teneret. Nunc Crotopi in eo monumentum est, & Cresij Liberi templum. Libero enim cum extinto bello, quod cum Perseo gerebat, inimicitias posuisset, & alios magnos utique, & præclaros honores decretos memorant, & nominatim hoc ei delubrum dicatum: Cresium verò nuncupatum, quod eo in loco mortuam Ariadnam sepulturæ mandasset. Tradit Lyceas cum templum restitueretur, fitilem vrnam inuentam, in qua Ariadna cōdita fuisset: Spectasse illam se, & de Arguis multos. Prope Liberi, est etiam Cœlestis Veneris fanum. Arcem Larissam appellant de Pelasgi filiaë nomine, à qua duę etiam eodem nomine, nuncupatae sunt vrbes in Thessalia: Quarum altera est ad mare, altera verò ad Peneum amnem. Ascendentibus in arcem ostendit se Acræa Iuno nis fanum: Apollinis etiam ædes quam primus omnium Pythaëus Delphis veniens exessisse dicitur: Quod nunc extat in eo signum ex ære est, resto statu, Diradiotes Apollo cognomento: Nam & locus ipse, in quo templum, Diras, hoc est Iugum, vocatur. Oraculum in eo templo(nam hac ipsa

estate

estate in eo responsa consulentibus reddūtur) hoc instituto celebratur. Fœmina cui viri consuetudine interdictum est, oraculo præsidet: Ea noctu agna facit, singulis mēfibus, ac statim victimæ sanguine libato, furore diuinitus afflatur. Diradiotæ templo proximum est Perspicacis Minernæ, à Diomede dicatum, quod pugnanti ad Iliū nebulam dea ab eius oculis remouisset. His stadium adiunctū est, in quo Ioui Neomeo, & Iunoni ludos faciunt. Quà ad arcem iter, ad viæ lœuam Aegypti filiorum monumentum hoc etiam in loco est: Sunt enim hic abscissa à reliquo corpore condita capita, sicuti in Lerna sine capitibus corpora: Nam est eorū cædes ad Lernam commissa: Adolescentes verò cū fœminæ trucidassent, capita absciderunt, quo certum facinoris indicium ad patrē deferrent. In ipsa arce, cui Larissæ nomen, ædes est Iouis cognomento Larissæ: Fastigium ea iam nullum habet neque Dei signū, quod lignum est basi vlli amplius insitit. Iam Mineruæ ædes proxima, valde digna est quæ spectetur: In ea cū alia signa posita sunt, tum Iouis ligneū oculos habens duos, qua in parte homini eos natura locauit, tertium verò in fronte: Hunc illū esse Iouem Patriū tradunt, qui in Priami Laomedontis filij

q 5

regia sub diuo positus fuit: Ad cuius aram dicitur Priamus capto Illo confugisse: Ob-tigisse verò eum in diuisione præda: Sthe-nelo Capanei filio, hōcque ipso in loco ab eo in rei memoriam dicatum. Habere au-tem eum tris oculos iccirco coniicere quis possit, quod communis omnium homi-nū sermo regnare in cœlo louem prædi-cat: Quod autem idem etiam sub terris im-peret Homeri versu testatum est:

Iuppiter infernus, atque inclita Persephonæ.

Aeschylus quidem Euphorionis filius ipsum maris etiam regem Iouem appelle-tat. Quare hac ductus ratione, quicunque illum fecit, tris ei oculos attribuit: Vnum & eundem significans Deum, tribus, quas di tres sortiti inter se dicuntur, mundi par-tibus imperare. Iam viæ aliquot Argis aliò ducunt: Vna ad Tegeam Arcadiæ vr-bem: Ad eius dexteram Lycone mons, in quo inter cateras arbores cupressi multa: Erectum est in montis vertice Orthiæ Dia-na templum, vbi signa Apollini, Latona, & Diana dicata ex candido marmore, Po-lycleti esse opera aiunt. Qua ex monte de-scenditur, ad publicæ via Iauam Diana ædes: A qua non longe ad dexteram mons qui Chaon dicitur, cuius imæ partes sati-

vis arboribus vestiuntur. Erumpunt hinc manifesto emersu Erasini aquæ: A Stymphalo illæ quidem Arcadiæ ortum ducentes, haud aliter quam scatebræ illæ, quæ Rheti appellantur, ab Euripo ad Eleusi-nem: Inde verò in hoc ipsum mare pro-fluentes. Ad ipsam hanc Erasini è monte Lycone eruptionem Libero patris, & Panis sacra faciunt. Libero quidem festos etiam dies agunt, quam Turbam nominant.

Iam verò ad eam viam, quæ Tegean du-cit si redeas, ad dexteram vici eius, quam Trochon appellant. Cenchreæ sunt, cui ca-stello vnde nomen, memoriæ non est tra-ditum: Videri tamen possit, & ipsum à Cenchreo Pirenes filio nuncupatum. Bu-staeo in loco sunt, quæ Polyandria appelle-lant, Argiorum, qui Lacedæmonios ad Hysias vicerunt: Quod præliu inter ipsos factum inuenio. Pisistrato apud Athenien-ses summum magistratum gerente, anno quarto eius Olympiadis, qua Euribotus Atheniensis victor de curriculo renun-tiatus est. Quia certe parte ad planiora de-scenditur, ruinæ se ostendunt oppidi Hy-siarum, quo in loco cladem Lacedæmonios accepisse tradunt. Quæ verò Ar-gis Mantinea ducit via, non est omnino cædem quæ Tegean iter est. Verum hæc à

porta initium habet, loco ei, quam Dirada diximus appellari, proxima. In hac via templum erectum est aditu duplici, quorum alter ad Orientem, alter ad Occasum conuersus est: In illo Veneris ligneum simulachrum, in altero Martis positum est: Vtrumque Polinicis & Argiorum, qui auxilio ei fuerunt in persegnenda fratris iniuria, dona fuisse aiunt. Hinc progressus cum torrentem traiceris, cui nomen Caradro, ad vicum accedas, quæ Oenoë dicitur, ab Oeneo (vt Argui dicunt) nuncupata. Oeneum enim aiunt Aerolizæ regno pulsum ab Agriji filiis, ad Diomeden Argos confusisse: illū verò ducto in Calydoniam exercitu, Oenei quidem iniurias vltum. Negat se tamen se posse illic permanere: Hortatum itaque esse, vt se Argos sequeretur: quod cum fecisset, tum' alios ei honores, perinde atque æquum fuit paterno auo, habuisse: Tum verò vicum eum in quo è vita excessit, Oenoën vocasse. Supra Oenoën Artemisium mons est, & in eius iugo Diana templum: In eodem monte Inachi amnis fontes haudquam dubij, & si aqua minime longinquum terræ spaciū præterfluit. Illic nihil aliud visitur quod quenquam possit magnopere detinere.

Ab eadem porta, quæ ad Diraden est, via alte

altera Lyrcean deducit: In hoc oppidum confusisse dicitur Lynceus, cum de quinquaginta fratribus vaus est necis periculo liberatus, atque hinc face prolata signum dederit: Ita enim ei cum Hypermnestra cōuenisse, vt cum Danai insidias effugiens in tutum se recepisset, inde facem ostentaret. Ipsam etiam vicissim Hypermnestram aiunt à Larissa facē protulisse, quo se significaret periculum omne euafisse: In cuius rei memoriam Argui quotannis festum diem celebrant, quę Fax dicitur: Oppidum quidem ante Lyncea vocabatur: Verum cum Lyrcus eundem postea tenuisset nothus Abantis filius, ab eo Lyrcea nomen, litera tantum vnica immutata accepit. In ipsis ruinis & alia extant nihil omnino digna, quorum fiat mētio, & pilacum Lyci statua. Argis Lyrcea abest stadia ad summum l. x. Totidem ab Orneis. Eius mentionem in Græcis, qui sunt ad Troianum bellum profecti, percensendis, nullam omnino fecit Homerus, ex quo ea iam tum atate desertum id oppidum fuisse constat. Quod verò Orneæ incolumes erant: proinde vt loco priores in Argiorum finibus sunt, ita ab eodem poëta, priusquam aut Phlius, aut Sicyon nominantur: Nomen habuere ab Orneo Erechthei

thei filio, cui Peteus genitus est, Peteo Menestheus is, qui Agamemnonem cū Atheniensibus in euentendo Priami regno iniuit: Eiecti verò postea sedibus suis Orneas ex ab Argiuis, eorum ciuitatis inquilini facti sunt. Est Orueis adhuc Dianae fanum, in eo ligneum stat signum: Extat & ædes altera dis eadem omnibus dicata. Ultra Orneas sunt Phliasiorum, & Sicyoniorum fines. Quà Argis in Epidauriorum agrum iter est, ad dexteram ædificium surgit Pyramidis forma: In eo scuta, ea figura, qua sunt Argolici clypei. Commissam eo ipso in loco inter Proctum, & Acrisum pugnam de regno equo marte memorat: Pacem postea inter eos conciliata, quod neutrius satis firmum sine alterius opibus esse posset imperium: Congressos autem tunc primum cum scutata vtrinque acie: Arque iis quidem qui ex vtroque exercitu ceciderant, quod res inter ciues & propinquos gesta fuerat, commune sepulchrum est erustum. Hinc progressis ad dexteram se Tirynthis ruinæ ostendunt: Ipsi certe Argiui Tirynthios eiecere, quod iis in ciuitatem suam receptis, augeri ciuum multitudine urbem voluerunt: Tisyatha quidem heroem à quo virbi nomen, Argi filium, Iouis nepatem fuisse perhibent:

perhibent: Virbis muri, qui soli inter ruinas reliqui sunt, Cyclopum fuisse opus fama vulgavit: Exstructi verò sunt è rudibus lapidibus, quorum singuli ea magnitudo suæ, ut ne minimus quidem eorum loco moueri possit iumentorum bigis: Parui verò incerti sunt lapides, ut per eos maiores aptiore structura coagmentarentur. Quia ad mare descenditur Procti filiarum thalami sunt: Quod si in militarem viam redeas, ad Midean, quæ ad eius leuam est, venias: Regnasse hic ferunt Electryonem Alcmenæ patrè: Aetate quidem nostra ita delata est, ut sola area restet. Quà Epidaurum recta contenditur, vicas est Leifa, in quo Mineruæ delubrum, & deglineū signū, nihil omnino ab eo differens, quod in Larissæ arce est. Supra Lessam Arachneus mōs: Sapyselaton cum ante diceretur, regnante Inacho ita ceptus est appellari: In eo arc Louis & Junonis, ad quas in magna soli sicitate imolant. Ad Lessam cum Argiuorū agro Epidauriorū fines iunguntur, in quo rum priusquam vrbē introcas, in Aesculapij venias. Hac regionē qui ante Epidauri in eam aduentū tenuerint, nō habeo dicere: Quin Epidauri etiam ipsius qui posterū fuerint nō potui de incolis cognoscere. Regnasse illi quidem ante Doriensum in Peloponnesum

Ioponnesum aduentum Pityreum memorant Louis filium, Xuthi nepotem, ab eoque sine pugna traditū Deiphonti, & Arguius imperiū: Venisse verò eum cum civibus suis Athenas, ibique domiciliū constituisse: Deiphontem Epidauriam terram occupasse cum ea manu Argiuorū, qui à reliquo Argiuis, Temeno mortuo, descivuerat: Deiphontes & Hyrnethò Temeni liberos oderant, quæ secuta est eos multitudo, plus illis multo, quam Ciso, & fratribus studebat. Epidaurus ipse, à quo regioni nomen, vti Elei tradunt, Pelope natus est: Quod si Argiuorum opinione sequimur, & eorum carminum, quas Eōeas magnas appellat, Epidauro pater fuit Argus Louis filius: Ipsi enim uero Epidaurij, Apollini Epidaurum attribuunt: Causam verò huiusmodi afferunt, quare sacra sit Aesculapio regio. Venisse in Peloponnesum Phlegyan visenda eius terræ studio simulato. Re tamen ipsa vt specularetur quam frequens ea esset incolarū multitudine, quidque militaris ætatis ac roboris haberet. Fuit enim Phlegyas omniū sui tēporis belator acerrimus, quippe qui in quācunque partē excursiones fecisset, ex ea cū frumentatum reliqua omnia agebat & rapiebat. Is cū iam Peloponnesum intrasset, filia, quæ patrem

patrem sequebatur, cum adhuc se uterum ex Apolline ferre patrem cœlasset, in Epidauriorum finibus puerum enixa, illum in monte exponit, cui hac ipsa etiam ætate Titthion nomen, id est ac si Mammilam dicas, cum ante Myrtion appellaretur: Mutati nominis causa, quod exposito infanti lac præbuit capra, quæ cum catenis in eo saltu pascebat, dum interea eum canis custodiret. Ibi Aresthanas (fuit enim hoc caprario nomen) cum à reliquo grege in pecore recensendo, capellā vnam, cūq; ea canem aberrasse animaduertisset, totū eum saltum queritans peragravit: Inuentum verò puerum cum tollere vehementer cuperet, ac iam proprius accederet, effulsiſſe aiunt cœlestem ab illo ignem, quo deterritum prodigio pastorem, cum diuinum quiddam id esse, vti erat suspicatur, statim retrocessisse: Mox fama per terras, ac maria omnia vulgauit, sanari ab illo quo quis morbo laborates, mortuos etiā excitari. Alia etiam de re eadem prodita est historia Coronidē iam pregnantē cum Ischyæ Elati filio cōcubuisse, ob id interemptā à Diana, quod illa Apollini factam contumeliā vlcisci voluit: Ardēte verò rego, è media flāma puerum à Mercurio erupsum. At tertia quædā de Aesculapij nata-

libus fabula vulgata est, quæ mihi quam longissime à veritate abhortere videtur. Aesculapium Arisnoë Leucipi filia natum: etenim Apollophanus Arcadi cū Delphos venisset ex deo quæsitus genitissne ex Arisnoë esset Aesculapius, & ciuissne esset Messeniortum, responsum his versibus datum.

*Asclepi auxilium cunctis mortalibus alnum,
Filia quem Phlegyē peperit mihi iuncta cubili,
In campis Epidaurē tuis formosa Coronis.*

Quod sane oraculum facile declarat non esse natum ex Arisnoë Aesculapii: verum id aut Hesiodus, aut ex iis aliquis, qui Hesiodi carminibus versus suos interpolavere, in Messeniorum gratiam finxerunt. Testimonio verò multa mihi sunt, Epidauri genitum Aesculapium, ac omnem huius dei cultum ex Epidauro acceptum. Nam & Athenienses initiorum diem vnum, quæ Aesculapio tribuunt, Epidauria nuncupant, atque illo se die honores habere Aesculapio ccepisse tradunt, & Archias Aristæchini filius à convulsione membrorum sanatus, qua inter venandum apud Piodesum correptus fuerat, dei religionem Pergamum traduxit: Acceptam à Pergamenis deinde Smyrnæi templo consecrarent, quod nostra ætate Aesculapij

nomine ad mare est. Quin & quod colitur Balanagris apud Cyrenæos Aesculapius, Medici cognomento, ex Epidauro sumptus est: Ad Cyrenaici quidem similitudinem factum est id Aesculapij templum, quod Lebenæ, quæ est Cretensium vrbs, extat: Dissimilis in eo sacri ritus, quod Cyrenaici capras mactant, cum ab Epidauriis traditum hoc cminno non fuerit: Deum verò statim ab initio habitum Aesculapium, neque eius religionem solo temporis progressu, & fama hominū profecisse, & aliis argumentis colligo, & ex Homeris versibus, quibus hæc ille dicentem facit Agamemnonem.

*Talithi hæc prepera, magnumque Machao-
na nibus*

Tuc hominem Asclepi genitum de semine.

Idem est enim, ac si dixisset, hominem dei filium. Aesculapij lucum circunquaque montes incingunt, intra cuius ambitum mori quenquam, aut nasci religio est, eodem scilicet ritu, qui & in Delo insula seruatur: Iam verò quidquid ciuis, peregrinusve imolarit, id totum intra eundem ambitum consumitur: Quem ritum Titanæ etiam seruari nouimus. Aesculapij simulachrum dimidio fermè minus est eo, quod Athenis est Iouis Olympij:

Auro illud quidem, & ebore perfectum:
 Testatur inscriptio opus esse Thrasymedæ
 Arignoti filij Parij hominis. Sedet in so-
 dio Scipionem tenens: Altera manu draco-
 nis caput premit, cane ad pedes decuben-
 te. In ipso folio Arguorum heroum ope-
 ra cælata sunt: Bellerophontes Chimeran-
 conficit: Perseus Medusæ caput abscondit.
 Supra templum ædes sunt, in quibus, qui
 precatum deum venerunt, dormiunt, ro-
 tunda figura, atque è candido marmore,
 Tholum appellant: Dignum certe quod vi-
 satur ædificiū: In eo Pausiæ pictoris opus.
 Cupido abiecto arcu, & sagittis lyram te-
 nens: Ebrietas etiam ab eodem opifice fa-
 cta: Babit ea è vitrea phiala: Expressa ita
 est in tabula vitrea phiala, ut per eius per-
 spicuitatem muliebre se os ostendat. Pile
 verò intra ambitum priscis temporibus
 multæ steterunt, è quibus sex ætate mea
 reliquæ: In iis virorum & foeminarum,
 quæ à deo curatæ sunt, nomina incisa:
 Morborum etiam, quo quisque laborarat:
 Addita est curationis ratio: Scripta vero
 sunt omnia Dorica lingua: Scorsum est ab
 aliis antiqua pila: In ea incisum, dicasse
 Aesculapio Hippolytum equos x x. Hu-
 ius pile inscriptioni consentanea Aricii
 dicunt, disceptum ob Thesei imprecatio-
 nes

nes Hippolytum in vitam ab Aesculapio
 reuocatum: Neque postea patri vñquam
 ignoscere voluisse: verum omni eius depre-
 catione spreta, in Italiam venisse, ibique
 dicato Aricinæ Dianæ templo, regnasse:
 Mea quidem etiamnum ætate iis, qui ad
 templum singulari certamine dimicarint,
 præmium deæ sacerdotium propositum
 est: sed in certamen ingenuus nemo de-
 scendit: Serui duntaxat qui fuga se domini-
 nis subduxerint. In ipso fano apud Epi-
 daurios theatrum est omnium operis di-
 gnitate mea sententia præstantissimum:
 Nam quæ apud Romanos visuntur ante-
 cellunt illa quidem tam ornamenti, quæ,
 quod est Megalopoli apud Arcadas, ma-
 gnitudine. De arte verò, partium conuen-
 ientia, ac pulchritudine, quis Polycletum
 audeat in certamen prouocare? Polycle-
 tus enim ipse theatro ædificando præfuit,
 idémque rotundam ædem fecit. In Iuco
 ædes est Dianæ cum simulacro, Epiones
 cognomento, ex eo fortasse, quod morbos
 mitigare hoc numen credatur: Veneris
 cella ac Themidis: Curriculum præterea
 magna ex parte agger: Aquæ ductus, cum
 testudine, tum reliquo opere ita exorna-
 tus, ut cum admiratione spectetur. Quæ
 verò opera Antoninus vir senatorius æta-

te nostra fecit, hęc sunt: Aesculapij balneæ, deorum templum, quos Epidotus nominant: Dicauit præterea ædem Bonæ valerii dini, Aesculapio, Apollini cognomento Aegyptiis: Porticum ad hęc restituit, quæ Cotyos est appellata: Ea verò collapso te-
sto tota corruerat, vt quæ è crudis fuerat extructa laterculis. Cumque Epidaurij fa-
ni accolæ ægerrimè ferrent, quod & scemi-
na sub tecto non parerent, & ægri sub di-
wo animam agerent, Antoninus domo ecli-
sicata, incommode removit: Fuit itaque
in posterum & ad moriendum ægris, & ad
pariendum mulieribus consecratus reli-
gione locus. Montes supra lucū sunt duo,
Titthion alter, alter verò Cynorthium, in
quo Maleatæ Apollinis templum quod so-
lum de antiquis operibus extat: Nam que
circa templum ipsum sunt cætera, & aquæ
ductus castellum, cum receptaculo deplu-
entis aquæ, ea omnia Epidauriis fecit An-
toninus. Dracones quidem cum omnibus,
tum in primis eorum quoddam genus ful-
lio colore conspicuum, Aesculapio sacri ha-
bentur: Suntque illi hominibus cicures:
Eos sola Epidauriorum terra alit, quod in
certis animalium generibus aliis etiam re-
gionibus video contigisse: Siquidem so-
la Africa terrestres crocodilos gignit

dum cubitum nihilo minores. Ab Indis
verò cum alia, tum verò aues psittaci affe-
runtur. At serpentes, qui Megalaunæ ap-
pellantur, supra xx x. cubitum magnitudi-
nem ex crescētes, quales & India & Afri-
ca nutrit, non dracones, sed ex alio quodā
genere Epidauriis esse affirmant. Quā ad
montis verticē ascenditur, circa viam est
olea, quæ Versilis appellatur: Manu enim
ab Hercule in orbem circumductam, eam
figurā memorant accepisse: Nunquid verò
eā terminum Asinæ statuerit, iis, qui
in Argolica terra sunt, non possum ego fa-
cile iudicare: Nam neque alio ylo in loco
eorum rotæ regione ad vastitatem redi-
cta, vlla se ostendunt satis manifesta finiū
mosimenta. In summo monte eminent
Coryphææ Dilanæ templum, cuius in can-
tico quodam suo Telesilla mentionem fe-
cit. Quā in ipsam Epidauriorum urbem
descensus est, agrum videas vndique agre-
sti olea conuestitum. De Hyrnethoe au-
tem, quæ ab Epidauriis accepi, quęque ma-
xime probabilia videntur, ea scribam. Ci-
sus, & Temeni reliqui filij intelligebant
nos mediocri dolore Deiphontem affe-
ctum iri, si quo modo ab eo possent Hyr-
nethō abducere. Venerunt itaque Epi-
daurum Cerynes & Phalces: nam mini-

mo eorum natu Agræo, fratrum consilium minime probatum est: Constituerunt illi cum curru ante muros, euocata per caduceatorem ad colloquium sorore. Quæ cum venisset, primum omnium adolescentes Deiphontem criminari, deinde illam orare, ut Argos reuerti vellet, pollicentes cum alia multa, tum viro se eam nuptum datus, & rebus omnibus multo quam Deiphontes esset meliori, & cum hominum numero, tum agri felicitate longe superiori: Quæ audiens Hyrnethò indigitissime tulit, ac ut par pari referret, Deiphontem respondit sibi merito placere plurimum, suisseque eum Temeno generum minime pœnitendum: At illos percussores potius, quam filios Temeni appellari posse. Ad hæc illi nihil respondentes, feminam comprehendens, atque in currum impositam, abduxere. Cum verò Epidauriorum quidam ad Deiphontem detulisset à Ceryne, & Phalce invitam abduci Hyrnethò, & ille quam portuit celerrime, fugientes est insecutus, & Epidaurij re audita, præsto fuere: Deiphontes quidem homines assecutus, Cerynem iaculo transfixit: At Phalce cum Hyrnethò arcte complexus teneret iaculati veritus, ne illam si forte aberrasset,

inte

interlmeret, comminus cum eo congregatus, abstrahere mulierem conabatur. At Phalces pertinaciter, & violenter retinēs, atra hens, facile mulierem cum grauida esset, exanimauit: Atque ille quidem cum in sororem tam impium facinus commisisset, incitato curru se in fugam dedit, quo anteuiteret, priusquam Epidauriorum concursu oppimeretur. Deiphontes cum filiis (ex illa enim mares suscepérat Antimenen, Xanthippum, & Argeum, filiam verò Orsbiam, quam postea Pamphilus Aegimij filius vxorem duxit) sublatum Hyrnethus cadauer, in locum hunc deportarunt, qui ab ea Hyrnetium vocatur. Condito verò heroico monimento, & alios illi honores habuere, & sanxerunt ne quæ aut ex oleis, aut alia vlla arbore in eo agro enata vi aliqua abscissa, auulsive forent, à quoquam asportari ad profanum vllum vsum possent: Sed quod sacra essent Hyrnethoc, omnia illic ut relinquerentur. Non longe ab urbe est Melissæ monumentum, quæ cum Periandro Cypseli filio fuit: Est item Patrocli Melissæ patris, qui Epidauriis imperauit, quemadmodum & genere eius Periander Corinthiis. Ipsa quidem Epidauriorum urbs hæc habet, quæ monumentis litera-

E 5

rum mandentur dignissima. Fanum est Aesculapij, in quo ipsius dei, & Epiones signa: Epionen vxorē fuisse Aesculapij me morant: Hæc sub dio sunt è lapide patris. Intra muros delubra sunt Liberi patris, & Diana lucus: Diana ad imaginem metentis facta est. Veneri etiam templum exstructum: Nam quod est apud portum in projecto in altum promotorio situm, id Iunonis esse aiunt. Iam Mineruę ligneum quod in arce signum est, valde illud quidem insigne, Cissam Mineruam nominant. Aeginetæ insulam incolunt, qua è regione Epidaurij agri est, in qua ab initio nullos fuisse incolas dicunt: Sed in eam vacuam & desertam, à Ioue Aeginam Asopi filiam deportatam, à qua cum Oenope ante vocaretur, nomen accepit: Verum cum Aeacus iam adoleuisset, rogasse Iouem, aiunt, ut inquilinos sibi daret, illum itaque è terra homines, à quibus insula teneretur, protulisse: Neminem verò præter Aeacum, qui in ea insula regnarit, nominare possunt. Ac satis quidem scimus neminem omnino de Aeaci filiis Aeginetæ permāssisse: Peleus enim, & Telamon ob Phoci cædem solum verteunt: Nam phoci filij circa Parnassum, regionem eam tenuerunt, cui Phocidi nomen

men est: Una tamen ante ætate hœci nominiis est inditum à Phoco Ornytionis, qui coloniam illuc deduxit. Hoc sancè Phoco regnante ea duntaxat regio Phocis est nuncupata, quæ est ad Tithorean, & Parnassum: Postea verò ab Aeaci filio proxima etiam loca omnia nomen accepérunt, sicuti Minyæ appellantur, tum qui Orcheniis finitimi sunt, tum verò qui ad Scarphæan Locrorum urbem pertendunt: Et à Peleo quidem Epiri reges fuere oriundi. Quod verò ad Telamonis filios attinet, minus fuit ab Aiace, cum priuatâ ille semper vitam egisset, illustre genus: Præterquam quod Miltiades, cuius ductu ad Marathonem ab Atheniensibus pugnatū est, & Cimon eius filius insigni gloria fuerunt: At Teucri posteri Cypriorum regnū usque ad Euagoram obtinuere: Iam Phoco Asius poëta filios fuisse memoriat prodidit Panopeum, & Crisum: E Panopeo natus est Epeus, qui Durateū equum fecit, ut Homerus memorat: Crisi nepos fuit Pylades, Strophio Crisi filio, & Anaxibia Agaménonis sorore genitus. Hec fuit genitrix, qui sunt Aeacidæ appellati, omnis posteritas, qui ab eadē stirpe profecti domo profugi aliò cōmigrarunt. Interiectis deinde temporibus Argiuorū pars, ea, quæ

Epid

Epidaurum cum Deiphonte occupauit, in Aeginam transmisit: atque eius insulae indigenis permista, Dorienium in eam cum mores, tum linguam importauit. Post haec verò eo vsque auctæ sunt Aeginetarum opes, ut nauticalibus copiis Atheniensibus frē ipsis fuerint potentiores, & Persico quidem bello secundum Athenienses maximum nauium numerum deduxere. Verum parum fuit hæc ipsis potentia diuturna: Siquidem electi sedibus suis ab Atheniensibus, Thyraen ab Lacedæmoniis acceptam, in Argiolorum finibus, incoluerunt: Insulam tamen oppressis ad Hellespontum Atheniensium triremibus receperunt: Ad pristinas verò opes, atque copias nunquam licitum est aspirare. Est ipsa insula è mari longe omnium, quæ in Græcia sunt, aditu difficilima: Incingitur enim vndique asperis cautibus, ac cæcis dorsis. Eas moles contra prædonum excusiones, & omnem hostilem impetum de industria iecisse dicitur Aeacus. Proportionem eum, quo maxime appellatur, Veneris templum est. Celeberrimo autem urbis loco, quod Aeaceū appellant, septum id est quadratum è candido lapide. In primo aditu eorum statuæ sunt, qui ad Aea cum à Græcis missi venere: Eius legationis

nis causam eandem, quam Aeginetæ reliqui etiam Græci fuisse narrant. Cum diuturna siccitate Græcia laboraret, ac nō minus reliquā, quæ extra Isthmum est, Græcia, quā tota Peloponnesus celestium aquarum penuria affecta esset, missi Delphos sunt, qui ex oraculo calamitatis causam, ac remedium cognoscerent. Ibi respondit Pythia Iouem placandum, utendum verò, modo ut velit obsequi, Aeaco deprecatore. Ex eo itaque responso misi ex singulis urbis ad Aeacum, ut depreciationem susciperet oratum: Ille Panelleio Ioui sacris rite peractis, & votis nuncupatis imbrum Græciam compotem fecit: Ad rei memoriam legatis, Aeginetæ statuas posuerunt. Iutra septum oleæ sunt antiquitus consitæ, & ara paulū supra areā emivens, eam aram monumentum esse, quod Aeaci dicitur in arcanis, est. Iuxta Aeaceum Phoci tumulus est, incinctus in ambitum crepidine. Incumbit asperum, & rude saxum, quo cum Phocum ad quinquerium fratres invitassent, pro disco ussuunt: Ac eodem Peleus consulto. Phocum, cum loco ei suo lapis esses mitten-
dus, dicitur percussisse: Quod illi facinus ut mari obsequerentur, dicuntur comi-
missi: Ipsi enim è Scironis filia, Pho-
cus,

cus è Thetidis sorore (si Græcorum est sermonibus fides habenda) natus fuerat. Quare non solum ob Orestis amicitiam, sed ut pro auctum vlciseretur, videtur mihi Pylades eius cædis, qua Neoptolemus occisus est, particeps fuisse. Ac tunc quidem cum disci istu Phocus concidisset, statim fratres Endeide nati naui ex insula profugerunt. Telamon non ita multo post caduceatorem ad patrem mittit, qui suis verbis neget cogitato Phoci cædem admissam. Ast Aeacus illum descendere in insulam vertit: Tantum de naui, vel si ita mallet, ab extructo in mari aggere, iussit causam dicere: Ille igitur noctu intra occultum portum naui vectus agerem extruxit, & is quidem agger nostra etiam num ætate extat. Damnatus vero eo criminè, quod de Phoci nece culpa non caruisset, Salaminem cum classe iterum abiit. Non longe ab occulto portu theatrum est quod spectetur sanè dignum, magnitudine, ac reliquo opere par ei, quod est apud Epidaurios, unico consurgit late-re, quo theatrum, quantum operis patitur conuenientia, fulcit. Aedes sacræ non multum inter se distant: Apollinis una, Dianæ altera, Liberi patris tertia. In Apollinis, dei signum nudum è ligno,

arte factum patria: At Diana, & Liber, veste velati: Cum barba Liber. At Aesculapij templum in diuersa regione est, cum simulachro sedenti è marmore. Præ cæteris verò dis in primis Hecaten colunt Aeginetæ, cuius quotannis initia celebrant: Ioviorum auctorē Tracē Orpheum perhibet. Maceria templū ambitur: In eo ligneū signum factum à Myrone, cuius vnicum os vti corporis truncus: Nam primus, vti ego existim, Alcamenes Athemensibus triplex fecit iunctis corporibus Hecates signum, quam Epipyrgidiani illi appellat, iuxta inuolucris Victoriae ædem positam. Apud eosdem Aeginetas contendentibus, ad Panellenij Iouis est Aphætanum, in quam Pindarus Aeginetis canticum fecit. Cretenses quidem (ipsi enim omnium primi patrios quosdam sermones de hac dea protulerunt) Carmanoris eius, qui de Pythonis cæde Apollinem purgauit, Eubulum filium fuisse aiunt: Ioue & Carnæ Eubuli filia Britomartin genitam: Quæ cum se totam in currendi, venandique studia tradidisset, fuisse eam Diana multo carissimam. Verum cum Minoen præ amore insequentem fugeret, ac se in mare abieceret, in retia, quæ ad pisces capiendo in mare missa fuerant, incidisse: à Diana in deorum

deorum numerum relatam: Colunt eam non soli Cretenses, sed ipsi etiam Aeginetæ, quod in insula viam Britomartini auctumant, & eadem sancte Aeginetis Aphæa est, quæ apud Cretenses Dictynna. Paneljeniū præter Louis eodem nihil habet mons aliud memoratu dignum: Eam vero ab Aeaco Loui dicatam tradunt: Quæ vero de Auxesia, & Lamia, quemadmodum scilicet cū Epidaurij diu imbres desiderassent, atque ex oraculo quodam signa hæc ex olea ab Atheniensibus accepta fecissent. Tum vero quemadmodum cum Epidaurij tributū imperatum Atheniensibus non perderent: quod ea signa penes Aeginetas essent: Athenienses qui insulam ad ea repetenda transmiserat, omnes perierint: Hæc omnia cū subtiliter persecutus fuerit Herodotus, non est libitum ab eo luculenter perscripta referre: Id vnum addam, vidisse me ea simulachra, remque illis diuinam fecisse: Fiunt autem illis non alio, quam sacra Eleusinia, ritus: Atque hæc habentus de Aegina, & Aeaco, deque operibus iis, quæ in ea insula visuntur. Finitimi sunt Epidauriis Troëzenijs: Hi res suas quantum qui maximè amplificant. Orum aliunt primum in ea terra genitum: mihi vero Aegyptiacum non Græcum nomen

Orus

Orus esse videtur: At illum regnasse dicunt, & ab eo regionem Oræan nuncupatam. Postea vero Altheponum à Neptuno ex Leide Ori filia genitum, accepto ab auro regno, Althepiam eam nominasse: Interea dum hic regnum teneret, discepitasse Neptunum, & Mineruam de loci tutela: Ita ex eo certamine discessisse, ut ex louis arbitrio, communis utriusque is honos esset: Eam ob rem Mineruam venerantur Poliadem, & Stheniadem, duobus eandem cognominibus, & Neptunū Regem cognomento. Quin & verutus eius populi nimis tridentis nota, & Mineruæ capite signatus est. Successit Althepon Saron: Hunc ad mare aiunt Saronidi Diana templum ædificasse, loco palustri, ac vadoso, ob eam vero causam Phœbæam paludem dictam. Saronem ipsum narrant cum venandi studio plurimum delectaretur, ceruum usque ad mare persecutum, atque inde cum fugientem acrius urgeret, se in eā alluuiem demississe: Nantem vero longius iam à litorie feram cum prædæ cupiditate captus non dimitteret, in pelagus proiectum, ibi, & labore cōfectum, & maris æstu iam prope submersum diem suum obisse. Eius cedauer ad Phœbæam paludem, in Diana loco, atque adeo intra ædis maceriam

s

cōditum: Aestuarium illud ab eo easa pro Phœbēa Saronidem paludem appellatum. Posteriorum verò reguāt usque ad Hyperean, & Anthæ neminem norunt: Hos quidem Neptuni ferunt, & Alcyonis Atlantis filiæ fatu ortos, ab illisque Hyperean, & Anthæan in ipsa regione oppida condita: Quorum alterum, Aëtius Anthæ filius accepto à patre, patruóque imperio, priore nomine mutato, Posidoniam appellari. At enim cum Troëzen, & Pittheus ad Aëtium venissent, tres iam prouno reges fuerunt. Firmiores certe Pelopis filiorum opes fuisse ea res argumento esse potest, quod cum Troëzen deceperit è vita, Pittheus Hyperean, & Anthæan in ius, ac formam viiis ciuitatis redactas, & ex utraque in unum coacta multitudine, Troëzena de fratribus nomine nuncuparit. At Troëzena multis quidem post annis, qui ab Aëtio Anthæ filio originem ducebant, in Coloniam missi Alicarnassum, & Myndum in Caria deduxerunt: Troëzenis filij Anaphlystus, & Sphettus in Atticam migrarunt, à quibus curiæ Atheniensium due nomina acceperūt. Hoc loco de Theseo Pitthei ex filia nepote, quod satis sunt omnibus eius res nota, nihil scribo: Sed ea quæ addenda censeo in

præfæ-

præsentia persequor. Herculis liberos postliminio reuersos ipsi etiam Troëzeni in ciuitatis societate receperunt: Quippe qui & Dorienibus, qui Argis venerat, & ipsis etiā Argiuis ante paruerint. Nam & Homerus in exercitu Græcorum recensendo, Diomeden illis imperasse dicit: Si quidem Diomedes, & Euryalus Mecistei, suscepta Cyanippi Aegialei filij tutela, Argiuos ad Troiam deduxere: Sthenelus verò (vti ante exposui) natilibus multo fuit clarioribus, nempe qui de eorū esset gente, qui sunt Anaxagoridæ appellati: Ei itaque in primis Argiuorum debebatur imperium. Hæc de Troëzeniorum rebus historiæ mandata sunt, quanquam & multa fortasse de iis, quas deduxerunt Coloniis, addi possent. Iam verò templorum ornamenta, & alia maxime insignia opera persequor. In Troëzeniorum foro Dianæ cognomento Sespitæ templum cum signo est. Dicatum id à Theseo traditum, deamque ipsam ita nominatam cum ille è Creta interempto Asterione Minois filio redisset. Fuisse autem omnium Thesei factorum hoc memoratu dignissimum existimo, non ob id solum, quod Asterion viribus tanto fuit omnibus iis, quos Theseus confecerit, superior: verum multo ob

3. 2

eam causam magis, quod cum ex Labirintho clam patrato faciose effugerit, omnésque loci difficultates superarit, certum dederit documentum, cum secundum socios vi divinæ prouidentiæ seruatos. In eadem sunt æde deum infestum aræ: Hac enim à Libero patre Semelen ab inferis reductam, hinc ab Hercule abductum Ditis canem fama vulgauit: Ego verò Semelen ne mortuam quidem omnino arbitror, quæ Iouis vxor fuerit. De Plutonis verò cane quæ sunt fabulis vulgata, quemadmodum ea accidisse putem, alia in parte disseram. A templi ergo est Pitthei monumentum. Solia dehinc tria è candido lapide: In iis Pittheum cum duobus viris, qui ei aderant in consilio, ius dicere solitum aiunt. Non longe abest Musarum cella: fecisse eam dicitur Ardalus Vulcani filius, à quo tibiam inuentam putant: Musas has ab illo Ardalidas nominant. In ea cella dicendi arte docuisse Pittheum tradunt, ac librum quidem à Pittheo scriptum, ab Epidaurio verò homine editum, ipse legi. Seorsum ab hoc museo ara est ab eodem Ardalō (vti aiunt) dicata: Ad ea maram Musis & Somno sacra faciunt, Musis omnium deorum maximè

mē amicum somnum ipsum censentes. Iuxta theatrum Lyceæ Diana ædem extraxit Hippolytus: Cur ita fuerit nuncupata adhuc neminem reperi de iis, qui antiquitatis memoriam profitentur, qui me docuerit. Illud mibi in mentem venit conidere, eam fuisse cognominis causam, quod lupos, qui agrum infestum redderent, Hippolytus confecisset: Vel quod à matre, quæ vna fuit de Amazonibus, dum apud eam viueret cognomen acceperit: Vel alia fortasse prodiposit causa mihi prorsus ignota. Lapidem verò eum qui ante ædem stat, & sacer dicitur, illum esse dicunt, super quo nouem viri de Troëzeniorum ciuitate Oresten de matris cæde purgarunt. Non procul à Lyceæ, aræ sunt modicis distantes interuallis: Earum vna liberi ex quodam oraculo Saotæ, quasi Seruatoris dixeris, cognomento, Themidum altera nominatur: Hanc Pittheus dicitur dedicasse. Soli verò liberatori iure optimo aram mihi videntur erexisse, metu Xerfi, & Medis seruandi liberati. Thearij Apollinis templum ædificasse Pittheum, & exornasse dicunt: Est illud quidem templorum omnium, quæ ego viderim, vetustissimum. Nam & si per metus est Minerue apud Phocaenses in Io-

nia, quod Harpagus olim Medus exussit, peruetus & Pythij Apollinis apud Samios: multo tamen serius quam hoc Troëzeniorum ædificata illa fuerunt. Signum quod nunc extat ab Aulisco dedicatum, Troëzenij Hermonis opus est. Eiusdem Hermonis arte elaborata Castorum lignea simula-
lachra. In fori portico fœminarum, & puerorum statuæ positzæ sunt, vtræque è mar-
more: Sunt autem fœminæ illæ, quas cum
filiis Troëzeniis seruandas Athenienses
commiserunt, quo tempore statuerunt ipsi
vrbem desérere, quod Persarum impetum
non esse sibi terrestribus copiis sustinen-
dum censuerunt: Neque vero omnibus sta-
tuas, quæ non multæ sunt, positas patant,
sed iis tantum quæ dignitate cæteras anteibant. Ante Apollinis, ædificium quadam est, quod Orestis tabernaculum appellaunt: Prius enim quam materni san-
guinis maculam expiationibus Orestes
elueret, de Troëzeniis nemo cum tecto re-
cipere voluit: sed in ea ipsa cella illum
consistere iusserunt, ibique qui ei lustra-
tioni præfuerunt, cum eo epulati sunt,
quantisper rite expiatus est. Manet ad-
huc ritus, vt illorum posteri statis die-
bus eodem in loco coenitent. Defossis
autem non longe ab ea taberna piaci-
lis,

lis, laurum eam enatam tradunt, quæ ad-
huc viret proximo ei tabernæ loco. Ad eū
verò laustrandum, & alia februorum gene-
ra exhibita, & aquam ex Hippocrene: Ha-
bent enim ipsi quoque Troëzenij Hippo-
crenen, de quo alijs quam à Bœotis prodi-
tus est sermo. Nam cum & ipsi dicant Pe-
gasi equi vngula effosso solo è terra fonte
manasse, addunt Troëzenen venisse, Belle-
rophontem, cum vxorem sibi à Pittheo
Aethran poposcisset: Verum ita accidisse,
vt ante nuptias Corintho in exilium mit-
teretur. Et ibidem Mercurij signum qui
cognomento Polygius dicitur, cui clauam
ab Hercule dedicatam perhibent, fuit ete-
nim ex oleastro. Quod adiiciunt miracu-
lum, haud scio an cuiquam fide dignum vi-
deri possit, eam clauam radicibus actis re-
germinasse. Oleaster certe ille hac etiam
estate monstratur: Clauam quidem Hercu-
lem ab oleastro, quem ad Saronidem palu-
dem inuenerit, abscidisse ferunt. Visitur
præterea Iouis fanum, cui Seruator cogno-
mentum est, erectum dicunt ab Aetio, cum
Anthopatri in regno successisset. Amnem
habent Chrysorrhoan, hoc est, ac si Auris-
fluum dicas: Hunc amnem solum suam
aquarum perennitatem seruasse nar-
rant, cum in magna siccitate, desideratis

per annos ix. imbris, nullæ aquarum
venæ non exaruerint. Hippolyto etiam
Thesei filio lucus eximia pulchritudine
dedicatus est, cum delubro, & prisci operis
simulachro, quæ omnia Diomeden tradunt
facienda curasse, eundemque Hippolyto
primum omnium rem diuinam fecisse.

Hippolyto apud Troëzenios sacra facit
sacerdos, qui eo honore quandiu viuit fun-
gitur: Sacra ipsa anniuersaria sunt. Prä-
ter cæteros sacrorum ritus virgines ante
nnptias succisum sibi capillum in Hippo-
lyti templo consecrant. Neque verò iis
assentiantur Troëzenij, qui distractum ab
equi marinis Hippolytum memoriaz pro-
diderunt, nec omnino quo loco sepultus
fuerit monstrant: Verum eum esse illi à
dis habitum honorem affirmant, quod in
syderum numerum relatus idem ipse fit,
qui Auriga cœlestis dicitur. In eadem
area delubrum est Apollinis Incensoris,
Epibaterium ipsi nominant: Ab eodem
Diomede dedicatum aiunt, cum tempesta-
tem effugisset, quæ Ilio redeuntibus Græ-
cis immissa est: Quin & Pythicos ludos in
Apollinis honorem Diomedem primum
omnium instituisse. De Lamia verò, &
Auxesia (nam sius etiam illis apud Troë-
zenios honor est) longe alius est quam Epi-
daurior

dauriorum, & Aeginetarum sermo. Venis-
se enim virgines ex Creta: Cùmque ciuitas
tota seditionibus laboraret, à concitata
multitudine ipsas etiam lapidibus obruta-
tas. Festum quidem diem in eius rei me-
moriam, Lapidationem nominant. Adhæ-
ret macerię septo, curriculi eius pars, quod
Hippolyti nuncupant, supràque ipsum Ve-
neris Speculartricis delubrum, vnde descen-
dentem exercitationis causa Hipolytum,
in stadium intuebatur Phædra. Est hic
(quod multo ante scripti) myrtus illa per-
terebratis foliis, quod amore furens Phæ-
dra, cum nullam malo leuationem nanci-
sci posset, crinali acu huius myrti folia træf-
figens, insaniam suam oblectabat. Est ibi-
dem Phædræ sepulchrum, quod non longe
ab Hippolyti monimento abest: Illud ve-
rò proximo myrto ipsi loco, eminet. Aescu-
lapij signum fecit quidem Timotheus: ve-
rum Troëzenij non Aesculapij eam, sed
Hippolyti effigiem esse autumant: Hippo-
lyti certè domum ipse vidi: Ante eam effi-
giem fons est, qui Hercules dicitur, quod
quam eam ab Hercule inuentam Troëze-
nij memorant. In arce delubrum est Mi-
neruæ, quam Stheniadem appellant: Si-
mulacrum deæ è ligno fecit Callon Aegi-
netes. Fuit autem Callon hic Tectari &

Angelionis discipulus, qui Deliis simulachrum fecerunt Apollinis: Illi verò artem eam à Dipenō, & Scyllide didicerant.

Quà ex arce descenditur Panes Solutris cælla est: Deus enim hic per somniorū visa monstrasse dicitur, iis qui rerum summa apud Troëzenios præerant, famis leuationem, qua præ cæteris afflictabantur Atheniensēs. In Troëzeniorum agrum descendens, templam Isidis videas, & superiore loco Veneris Ascræ: Delubrum qui dem Troëzene, in ipsa scilicet urbe totius regionis principe, Halicarnassenses fecerunt. Isidis signum Troëzeniorum plebs dedicauit. Contendentibus per montes Hermione fons se ostendit Hylyci amnis cui Taurio nomen fuit. Saxum etiam illud Thesei nominatum, mutato nomine, quodd crepidas & ensem Aegei sub ipso abdicum sustulerit Theseus, Sthenij Iouis atra ante appellabatur. Prope saxum Veneris sponsæ cella est, à Theseo, cum Helenā vxorem duxisset, ædificata. Extra oppidi muros delubrum Phytalmij Neptuni, eratum eo tempore aijunt, quo iratus deus agri fructus dicitur eripuisse, immisis in arbusta salis aquis, Deo verò sacris, & votis placato desisse terram ea calamitate affici. Supra Neptuni est Legiferæ Cereris fanum

fanum ab Alchippo, vti hominum sermo vulgauit, dedicatum. Quà ad portum descenditur (estis in vico, qui Celenderis nominatur) regiuncula extat, quæ Natalitia appellatur, quod eo in loco Thesei natum ferunt. Ante eam regiunculam Martis delubrum, quo loco prælio sunt Amazones à Theseo superatae. Fuerunt verò illæ ex eodem agmine, quod in Attica cum Theseo, & Atheniensibus pugnauit. Ad Psi-phrum mare progressi, offert se oleaster, quem Rhachum intortum vocant. Rhachum certè, quamvis oleæ plantam frustus expertem, Cotiton etiam, Phyllian, & Elæum, Troëzenij appellant. At intortum iecirco nominarunt, quod ad eius arboris truncum, implicatis habitis, subueisi fuerint Hippolyti currus. Hinc non longe abest Saroniæ Diana ædes, de qua, quæ dicunt oportuit, superius à me sunt exposita. Vnū illud nunc adiicio, Diana quotannis festos dies celebrati, quæ Saronia nuncupant. Iam verò de iis insulis, quæ ad Troëzeniorum ditionem pertinent, una est continentali terræ adeo proxima, ut pedibus ferè in eam transiri possit. Quæ cum ante diceretur Sphæria, ea, quam subiectam, de causa Sacra nominata est. Sphærus in ea, quem Pelopis fuisse aurigā dicunt.

dicunt, sepulchrum suum habet: Huic Aetra per somnium Mineruæ monitu inferias missura, cum in eam insulam transisset, cum ea Neptunum cōgrestum dicunt: Eam ob rem Aethram Mineruæ Apaturię delubrum, quasi Fallacis dixeris, dedicasse, insulamque Sphæria quæ ante dicebatur, Sacram nominasse: Instituisse eandem, ut Troëzeniorum virgines, ante nuptias Zonam Apaturię Mineruæ dicarent. At Calaurean Apollini dicunt ab initio sacram fuisse, quo scilicet tempore Delphi Neptuni erant. Permutasse verò deos inter ipsos ea loca. Quia de re oraculum eam quoddam proferunt.

Par fuerit Delönque, Calaureaque habitare,

Et Pytho sacram, & patientem Tenarorum auræ.

Est itaque in Calaurea religione sanctissimum Neptuni fanum, in eoque sacerdotio fungitur virgo usque ad nuptiarum matritatem. Intra fani septum, Demosthenis sepulchrum est, in quo mihi videtur, rati in Homero multo ante, quam iniqua bonus Fortuna sit ostendisse. Neque enim contenta oculis Homerum priuasse, ut priori malo aliud calamitatis genus adderet inopia oppressum, viatum sibi emendantem

erra-

errare per omnes prope terras coēgit. Demosthenem verò iam grandem natu exilij experiundi, & consilcendæ sibi mortis necessitatē obrulit. Ac de homine quidem multa cum ab aliis, tum ab ipsomet dicta sunt, ex quibus satis liquet non cepisse ipsum ullam eius pecuniam partem quā ex Asia attulerat Harpalus. Sed qui fuerit hac de re postea sermo hoc loco cōmemorabo. Harpalus Athenis fugiens cum in Cretam classe traieisset, à seruis, quorum opera vtebatur, occisus est: Sunt tamen quid dicāt Pausanię Macedonis eū dolo interfectum, quo tēpore eius dispensatorem Rhodū suffigentem, Philoxenus item Maceo cōpīehendit: Is nempe, qui & Harpalū ab Atheniensibus sibi dedi postularat. Habita itaq; quæstione de iis omnibus, qui ab Harpalō pecuniam cepissent, eorum omniū nomina in iis literis, quas ea de re ad Athenienſes dedit, percensuit, quantumque singuli accepissent. Demosthenis tamen, & si fuerat Alexander in eū animo offendissimo, & Philoxenus ipse priuatim cū illo simultates exercuerat, nullā prorsus mentionē fecit. Honores certe Demostheni adhuc, & in aliis Gracię partibus, & apud Calauree incolas habētur. Troëzenij agri pars Isthmus est qui per longū spaciū in mare portigur:

rigitur: In eo non magnum oppidum supra mare Methana incoluntur, Iidis famum habet, & in foro Mercurij signum vnum, & Herculis item vnum. Ab eo oppido stadia fermè xxii. absunt calidarum aquarum balnea. Aquas eas è scatebris primum erupisse aiunt, Antigono. Demetrij filio in Macedonibus regnante, ac prius quidem repentinis ignibus eum locum affuisse. Ex ætate etiam nostra manant calidæ vehementer, & salsæ. Ibi qui lauerint frigidis perfundi non possunt, quod neque dulces vllæ prope sunt, neque potest quisquam sine periculo se in proximum mare, natandi causa mittere, propter cum alias belluas, tum verò canes, quorum vim magnam pelagus illud gignit. Quod verò mihi magna Methanis admirationi fuit, id ipsum iam scribā. Africus è Saraceno sinu agrū & vineas perlans, nouos pampinos acriter torret: Id quoties accidit vento etiam nū spirante, viri duo gallum gallinaceum albis alarū pinnis in contrarias partes distractum lacerant, ac deinde dimidiā vterque galli partem præferens cū cursu vites ambiunt, mos in eū ipsum locum unde currere cœperūt, rursus congressi autē ibi defodiunt. Hoc ab illis excoxitatu est, tanquam præsentissimum remedium. con-

tra

tra noxios Africi flatus. Iam paruas quasdam insulas quæ contra continentem terram sitæ sunt, nouem numero, Pelopis appellat, quarum vnam in maximis cluuiionibus, imbrium expertem fuisse narrant: ita ne euenerit compertum non habeo: Id certe, qui Methana incolunt, affirmant. Equidem ipse vidi homines, qui sacris, & cantribus grandinem auerterent. Methana ipsa Isthmus Peloponnesi est. Isthmo verò Trozenes finitima est Hermione. Priscae vrbi conditorem Hermonenses ipsi fuisse aiunt Hermionea Europis filium ipsum Eusebem ut maxime Phoronei fuerit notum certe filium fuisse Trozenius Herophanes scriptum reliquit: Ea maxime motus ratione, quod ad Argum Phoronei è Niobe filia nepotem, nevi quam fuisse Argivorum imperium peruenturum, si legitimum Phoroneus filium habuisset. Ego tamen, & si priusquam Phoroneum scio. Legitimum eius filium Europem è vita excessisse, affirmare posse mihi videor, nunquā illum Niobes filio parem potestate futurum fuisse, cum hic Iouis esse putaretur.

Tenuerunt posterioribus etiam temporibus Hermionem Dorientes qui Argis venerunt, neque ego bellū vllum Hermio sensibus cum Argiis fuisse existimo, & si

ab

ab Arguiis id proditur. Via qua à Troëze-ne Hermionen ducit, in eadem est parte, in qua saxum illud, quod, cum Sthenij Iouis ara ante diceretur, postquam agnitionis monumenta sustulit Theseus, Thesei ceptum est nuncupari. Ab eo itaque saxo montanam viam tenentes, ad Apollinis Platanistij cognomento ædē perueniant. Ibi vicus Ilei, & in eo Cereris & Proserpinæ celle. Ad mare ubi Hermionensis agri fines, Cereris templum, cui Theumes cognomentum. Abest hinc vt quām longissime stadia LXXX. promontorium Scyllæum, cui à Nisi filia nomen: Nam poste aquam per eius pröditionem Ni-sean, & Megara Minos cepit, non modo vxorem eam duxit, verum etiam suis, vt in mare illam abiicerent, imperauit: Mortuam æstus ad promontorium hoc detulit, ne iue verò eius vspiam sepulchrum ostenditur, nam cadauer inseptulum iacuisse aiunt, vsq; dum à marinis volucribus discerptū est. A Scyllæo vrbē versus, nauigantibus alterū se promontorii ostendit, Bucephalos nomine: Iuxta aliquot insulæ. Earū prima Haliusa, portū habet ad nauī appulsum perquā idoneū: Proxima Pityusa: Tertiā Aristeras nominant, Has præteruecti promontorium offendant

è cont

è continentí prominens, Acræ appellant: Succedit Tricrana insula, & mons se in mare è Peloponneso attollens Buporthmos: In eo Cereris, & Proserpinæ templo, Mineruæ etiam, cui Promachorma cognomentum. Ex aduerso insula est Aperopia nomine: Ab ea non longe abest, quæ Hydread dicitur. Hinc per continentem excurrunt in Lunæ formam sinuata litora: Ora est, quantum soli usque ad Neptuni patet: Hæc incipiens qua parte mari ab Ortu alluitur, declinat leuiter ad Occasum: In ea portus aliquot: Longitudo eius ora stadium circiter vii. Latitudo, qua maxima, stadium trium nibilo plus: In hac prisca fuit Hermionensium vrbis: Extant ibidem aliquot fana Neptuni: in ipso ora principio: Vnde verò à Mari ad aliores ore partes ascendit Mineruæ de-lubrum, & ei proximo loco, stadij trahent fundamenta, in quo exercere se solitos Tyndari filios dicunt. Altera etiam est Mineruæ ædes non magna, cuius rectum collapsum est: Solis præteat templum, & Gratiarum lucus: Erectum & Serapidi, ac Isidæ fanum: Ambiunt macetia è prægrandibus & lectis lapidibus: In eo fano sacra Cereris arcana faciunt: Hæc in ea ora habent Hermionenses. Quæ ætate nostra

109

t

extat eorum vrbs, à promontorio, in quo
Neptuni fanum, abest, vt maxime, stadia
1111. & è plano primum loco molliter
surgente cliuo se erigit: Collem, in quem
se attollit Pronem, id est Iugum nomi-
nant, muro vndique ambitur. Multa illa
quidem, quæ literarum monumentis or-
nentur, habet: sed quorum in primis men-
tionem faciendam censui. Veneris ædes
est, cui Pontiæ eidem, & Limeniar cognomina,
quasi Marinæ, & Opportunæ dixe-
ris. Signum eius è candido lapide, cum
magnitudine, tum opere reliquo insigne.
Est & aliud Veneris templum. Inter cate-
ros, qui habentur deæ ab Hermionensibus
honores, ea religio obseruatur, vt virgi-
nes, quin & viduæ, quæ in viri manum con-
uenientur, rem ei diuinâ ante nuptias
faciant. Theumesiæ vero Cereris templa
duo dicata, alterum in finibus Troëzio-
rum, in iis, qui adhuc manent pagis, alte-
rum vero in ipso oppido, iuxta Liberi Me-
lanægidis ædes: Huic quotannis musici lu-
di fiunt, & natandi, ac certatim remigandi
præmia proponuntur, sua item ædes Dia-
nae Iphigeniæ cognomento, vbi ex arcu
Neptunus pede altero Delphinum pre-
mens. Iam qui in Vestæ transierint, ibi si-
gnum nullum videant, ynica ara est, & su-

per

per ea sacra Vestæ faciunt. Apollinis tria
sunt delubra, ac totidem signa, eorum vnu
sine cognomine, alterum Pythaea, tertium
Horion nominant: & Pythaëum qui-
dem ab Argiuis acceperunt. Ad eos enim
primum ex omnibus Græcis venisse Py-
thaëum Apollinis filium Telesilla memo-
ria prodidit. Horium verò quam ob rem
appellent, nihil pro certo habeo dicere, cō-
iectura adducor, finibus, vel armis, vel iu-
re potitos, Apollini Horio, hoc est, ac si
Terminatori dicas, vota soluisse. Fortu-
nx ædem omnium, quæ apud se sunt, re-
centissimam esse dicunt: stat deæ colossus
è Patio lapide. E duobus aquarum dusili-
bus, alterum valde priscum esse aiunt, in
cuius alueum occulto meatu aqua pro-
fluit, neque vñquam deficit etiam si tota ci-
uitas aquatum eò descendat: Alterum ve-
ro ætate nostra munierunt: Vico, è quo in
eum aqua defuit, Pratum nomen. In col-
lis ingo, quem Prona appellari diximus,
est quod historiæ mandetur dignum, Ce-
reris templum. Id Clymeum Phore-
nei filium, eiisque sororem Chthoniam
ædificasse memorant Hermionenses. At
Argiui Cererē, cum fines agris sui esset in-
gressa, ab Athera, & Mylio hospitio acce-
ptam tradunt: Colontan verò non mo-

do eam domum suam non inuitasse, sed ne alium quidem illum deo honorem habuisse. Cum id fieri Chthonia eius filia indigne ferret: Colontam itaque cum ipsis ædibus crematum, puellam Hermionen à Cerere deportatam, ibi illi templum dedicasse. Chthonia certe & dea ipsa appellatur, & statim festi dies, qui æstate anni in eius honore regitantur, Chthonia dicuntur: In iis hoc ritu supplicatio sit: Pompæ agmen ducunt sacrificuli, & qui apertos magistratus gerunt, sequuntur fœminæ, ac viri, ipsis etiam pueris solenne est deam cum pompa deducere: Incedunt autem cum albis vestimentis, capitibus coronas ferentes, sunt ea corollæ è flore cōtextæ, quem Comos sandalum incola appellant. hiacanthum illum ego esse existimo, est enim eum magnitudine, tum colore persimilis. Habet præterea easdem luctus indices literas. In extremo agmine sequuntur, qui eximias boues vioculis distentas, & ferociter reluctantes ad templum trahunt: Ibi earum vnam immisis retinaculis intro agunt: Tunc qui ad fores apertas steterant, ubi bouem intromissam vident, postem obiiciunt: Eam aniculae quatuor de industria intus relictæ falcibus exceptam conficiunt: Collum earum vna, ut

casus tulerit, hostiae præfescat. Rursus patens foribus, iij, quibus id negotij datum est, alteram bouem, mox tertiam, & quartam intrudunt, ac singulæ eodem modo ab illis aniculis maestantur. Aliud in hoc sacro miraculum evenit: In quod latens, prima bos conciderit, in idem & reliquæ procumbunt. Et hic quidem est apud Hermionenses sacri eius ritus. In templi vestibulo statuæ fœminis, Cereris sacerdotio perfundis, posita sunt non ita multæ. Intus sellæ erætæ iis aniculis, quæ boues, usque dum intromittantur, operiuntur. Signa præterea non admodum prisca Mineruæ, & Cereti. Quod vero præterea religiosius multo colunt, neque ipse noui, neque vir quisquam, siue peregrinus, siue ciuis fuerit. Id quid, aut quale sit, vetulæ ille scierint. Aliud item templum vndique statuis exornatum è Chthoniæ regione situm est. Clymeni dicitur: In quo Clymeno ipsis sacra fiunt: Neque verò hoc ego nomine quenquam Argium hominem venisse Hermionen arbitror, sed esse hoc unum de eius dei qui apud inferos regnare dicitur, cognominibus. Est præterea hoc in loco Martis delubrum aliud, & in eo signum. Ad dexteram Chtho-

niae porticus est, quam Echūs incolae vocant. Eius ea est natura, ut missa vox, ut minimum imaginem triplicet. A tergo Chthoniaz areae tres sunt: Earum unam Clymeni, Plutonis alteram, Paludē Acherusiam tertiam, Hermionenses appellant. Omnes lapideis maceriis sepiuntur: In ea quæ Clymeni est, fouca visitur, per quam ditis canem extraxit Hercules, sicuti ipsi distitant Hermonienses. Ad portam à qua via recte Masetem dicit, in pomario interiore est Lucinæ fanum: Deam certe cotidie summi cum religione cum hostiis, rum odoribus, ac donis quamplurimis venerantur: Eius tamen signum nemioi omnino præterquam iis, quæ rem diuinam faciunt foemini, conspicere fas est. In ea ipsa via quæ Masetem iter progressos stadia ferme septem, & ad lœuam diuertentes via excipit quæ Halicem ducit. Hahce ipsa etate mea deserta est, cum tamē olim habitaretur: Halicensis certe oratio est in Epidauriorum pilis, in quibus incisa sunt prodita ægris ab Aesculapio morborum remedia, neque alibi vspiam inscriptio nem ullam fide dignam vidi, in qua vel de Halicensi ciuitate, vel de Halicensi quopiam homine vlla fieret mentio. Viata non est, quæ Halicen ducit, media illa in-

ter Pronem collēm, & eum qui prisco nomine Thornax dicitur: Nam postea de Louis in cucullum auem mutatione, ut Coccyx appellaretur accidisse aiunt: Sacræ qui dem ados extant in summis montibus. In hoc Coccygij Louis, in illo lunonis, & in imo eius parte, Coccigij etiam Louis sine foribus testo, & simulachro. Apollinis vulgo ea ades esse dicitur. Hinc qui à recta digressi fuerint, in viam eant, quæ Masetem dicit: Fuit olim Mases oppidum, cui locum tribuit suum Homerus ubi Argiolorum ciuitates enumerat: Aestate vero hac pro nauali vntuntur Hermionenses. A Masete, quæ via ad dexteram est, ea ad Struthūtem promontorium dicit, à quo promontorio per montium iuga iter est stadium ccc. ad Philanorium & Boleos. Sunt Bolei selectorum lapidum strues. At vicus, quos Didymos, id est Geminos nominant, à Boleis distat stadia x x. Ibi cellæ sunt Apollinis, Neptuni, Cereris etiam. Signa è candido lipide recto statu. Proximum his locis est oppidum Argiolorum, Asine olim appellabatur, eius nunc ruinae ad mare iacent: Nam quo tempore Lacedæmonij cum rege Nicandro Charilli filio, Polydectis aepote, pronepote Eunomi, Myraniidis

abnepote, at nepote verò Euryponis in Argolidem hostiliter inuaserunt. Asinæ suas cum illis copias coniunxere, ac simul Argiolorum agrum populati sunt: Vbi verò Lacedæmonij domum exercitum reportarunt, Argiui Eratum regem suum secuti, obsecsum venere Asinen. Asinæ aliquandiu de muris hostis impetum sustinebant, ac de Argiuis cum aliis, tum Lystratum de iis unum, qui cum primis bellicis virtute enitebant, cœciderunt. Occupata tandem muri parte, vxoribus ac liberis clam in naues impositis, urbe, & agro cestere: Argiui oppidum solo æquarunt, agrum finibus suis addidere. Pythaëi tantum Apollinis templo pepercérunt, proxime quod Lystratum humarunt. Distat ab Argiolorum urbe stadia viii plus x l. mare, quod ad Lernam est. Quàd ad Lernam descenditur, in ipsa ferimè via est Erasius, influit is in Phrixum. Phrixus in mare illud exit, quod inter Timenium est & Lernam. Ab Erasino ad lauum stadia plus minus octo digressis, Castorum se Præstitum cognomento templum ostendit: Lignea sunt eorum signa haud alia forma, quàm quæ in ipsa urbe facta sunt. Iam si in rectam viam redieris, Erasium traiicies, & ad Chema-

rum

tum amnum peruenies. Iuxta est è lapidibus septum. Hinc Plutonem fama est rapta Proserpina ad ea, quæ sub terris esse homines putant, regna descendisse. Lerna ipsa, vti superius dixi, ad mare est: Quo in loco initia Cereri peraguntur, quæ Lernæ vocantur. Lucas in ea sacer, à monte, quem Pontinum dicunt, incipit. Mons exceptam è cœlo pluviā aquam non effundit, sed ipse eam absorbet: Profluit ab eo amnis monti cognomen. In montis vertice ædes est Mineruæ Saitidis, cuius sola manent rudera. Fundamenta etiam manent: domus Hippomedontis, qui Polynici Oedipodis filio in bello Thebano auxilio venit. Lucas ipse à monte ad mare excurrit bene longo spatio, platanis condensus, terminatur vna ex parte Pontino amne, ex altera Amymone, qui fluvius à Danai filia nomen accepit. In luce signa sunt Cereris Prosymnæ. Liberi & eiusdem Cereris nō magna simulachra ad sedentium imaginem. Hæc è marmore facta sunt. In altero templo Liber ipse cognomento Saotes, id est Seruator, signum è ligno habet, sedentis itidem forma. Est ibidem Veneris ad mare è marmore signum: Dicatum aiunt à Danai filiabus, ipsumque Danaum ædem Mineruæ ad Pontium

t 5

et exisse, initia Lernæorum Philammonis instituisse: Mysteriorum effata, quod non ita præsa sunt, perspicua sunt omnibus. At quæ in corde ex aurichalco fabricato inscripta audiui, ea sane non sunt Philammonis, quod Arriphona ortu Triconiensis ex Aetolia illa inuenit. Nam quæ nunc extant, eorum author Lycion, vir ut qui maximè spectatus, & ad eam excogitanda solers, quæ nemo ante ipsum omnino nouit: Ex eo id colligas, quod quæ tum versu, tum soluta verbis permista oratione, omnia Dorica conscripta sunt lingua: Nam ante Herculis liberum in Peloponnesum reditum eadem Argiui lingua qua Athenies vrebantur. Philammonis certe temporibus, ne Dorienium quidem nomen, ut ego existimo, fuit omnino Gracis omniibus notum. Hæc igitur ille edidit. Ad Amymones fontem platanus exurgit, sub ea platanus hydram educatam narrant: Ego enim verò facile adducor belluam illam tum multo maximam cæterarum fuisse, tum verò tam mortifero veneno, ut eius felle spicula sagittarum Hercules infecerit: Caput verò, ut ego opinor, vacuum & non plura habuit. At Pindander Camirensis, quo & fera terribilior,

&

& carmina sua plus dignitatis habere viderentur, pro uno illi plura capita dedit. Vidi etiam fontem qui Amphiarae dicitur, & stagnum Alcyonium, è quo Liberum ad inferos Semelen reductum descendit, tradunt Argiui. Monstratum autem à Polymno viam hanc. Eius autem stagni infinita est altitudo, neque est adhuc hominum quisquam repertus, qui imum eius solum vlo machinae genere conse qui potuerit: Quin ipse Nero iunctis ad multorum stadiorū spaciū funibus, ad eosque plumbo pro perpendiculari religato, additis eo aliis inuentis ad hunc usum instrumentis, nullum tamen potuit altitudinis terminum deprehendere. Audiui prætere aliud huiusmodi, aquam illam, & si quieta est specie ipsa, & perpetuo tranquilla, ea tamen esse natura, ut qui innare ausi fuerint, ad imum eos fundum trahat. Est palidis eius ambitus nibili stadij unius quadrante amplior. Margines herba, & iuncis vestiuntur. Quæ circa illam rite Libero patri nocturna sacra fiunt, ea mihi nefas scribendo in vulgus efferre. Iam à Lerna Temenium contendentibus (pertinet Temenium ad Argiiorum fines, ac nomen à Temeno Aristomachi filio accedit: Ille enim cum vicum eum occupasset,

ac

ac munisset, exinde bello cum Doriensibus contra Tisamenum, & Achaeos suscep-
to, tanquam è castello ad præliandum exi-
bat) Sed qui huc proficiscantur, erumpen-
tem Phryxum in mare videant. Neptuno est in Temenio vna, & item Veneri alte-
ra ædes eresta. Est ibidem & Temeni se-
pulchrum: Ad ipsum parentant Dorienses,
qui sub Argiorum sunt ditione. Distat à
Temenio Nauplia l. vti mihi videtur, sta-
dia, desertum hac atate oppidum. Eius
conditor fuit Nauplius, quem Neptuno,
& Amymone genitum crediderunt. Ex-
tant mūrorum rudera, Neptuni templum,
portus aliquot, & fons cui nomen Cana-
thus: In eo fonte vulgo apud Argios pro-
ditum, Iunonem, vbi quotannis lauerit, de-
nuo virginem fieri: Manauit hic sermo ab
arcaniis initiorum, quæ Iunoni solenni ri-
tu fiunt. Hoc loco quod à Nauplia inco-
lis de asino dicitur (abroso palmitæ vitæ
multo feraciorem redditū, quo circa, quod
ætellus satyrorum putationem monstrar-
it, è lapide illum fecerunt) tanquam mi-
nime quod historiæ mandetur dignum,
prætermitto. Dicit à Lerna altera etiam
ad mare via, qua in parte vicus est, quod
Genesium vocant. Vbi in litore Neptu-
ni Genesij ædes non ea sanè magna. Con-
iunctus

iunctus ferè est cum eo vicino alter, cui no-
men Apobathimi, ac si Appulsus dixeris.
Ad hoc primum Argui agri litus appu-
lisse Danaum cum liberis tradunt. Hinc
iis, qui Anigræa superauerint, angustus
hic, & penè inuius trames, ad leuam terra-
ad mare patet ad oleas educandas maxi-
mè oportuna. Qua verò parte in conti-
nentem terram à litore ascenditur, ibi
Thyrea vicus est. Quo in loco de agrin
finibus lectissimi viri ex Argiuis c. e. c. ro-
tidémque itidem lecti ex Lacedemoniis.
inter se pugnarunt: Cumque omnes præ-
ter Spartanum vnum, & Argios duos oc-
cidissent, eodem quo occubuerunt loco, tu-
muli sunt illis congesti. Agro Thyreæ
Lacedemonij, viciis Argiuis prælio
quod vniuerso agmine vtriusque populi
cōmissum fuerat potiri, Aeginetis postea
ex insula ab Atheniisibus electis illum tra-
diderunt. Aetate mea Argiui eum cole-
bant, disceptatione, & iudicio, vti ipsi aiūt,
receptum. A Sepulchretis progressi Athene-
nē perueniant, quam olim Aeginetæ in-
coluerunt: Proximus alter vicus Neris, ter-
tius Eua Pagorum omnium maximus. In
eo est ædes Polemocratis: Fuit is & ipse
Machaonis filius, Alexanoris frater: Me-
delas morborum: & hic incolas docet, qua-
re illū

302 PAVSAN. CORIN. SIVE
re illi accolæ honores habent. Supra Pa-
gos mons est, in quo termini finium sunt
inter Lacedæmonios, Argiuos, ac Tegea-
tas. Erecti sunt pro terminis lapidei Her-
mæ, à quibus regiunculae nomen. Infra
amuis est Tanus. Vnus hic per Argi-
uorum fines ex Panone de-
fluens, in Thyreatem
finum exit.



303
PAVSANIAE
LA CONICA SIVE
LIBER III.

O ST Hermas ad occasum
Laconica terra est: In ea re-
gnasse primum Lelegen in-
digenam, & ab eo Leleges,
quibus imperabat, populos
nominatos ipsi testantur Lacedæmonij.
Lelege Myles, & natu minor Polycaon ge-
niti. Quo verò gentium, & quam ob cau-
sam Polycaon secesserit, alio exponemus
loco. Mylete mortuo Eurotas filius ei
in regnum succedit: Is cum stagnantem
in campis aquam ad mare alueo deduxis-
set, quod fuit aquarum reliquum in iusti
animis morem defluens, de suo nomine
Eurotam nuncupauit. Hic cum è vita de-
cessisset nulla suscepta virili sobole, re-
gnum Lacedæmoni reliquit: Erat hic qui
dem eadem matre genitus, è qua mons no-
men accepit: Patrem Iouem ei fuisse fa-
ma prædicabat. Vxorem verò duxerat
Spartem Eurotæ filiam, ac ut primum ad
regnum accessit, regioni & incolis omni-
bus de se nomen indidit: Vrbem quam
cond

condidit, de vxoris nomine, quod nostra etiam aetate retinet, Sparten appellavit. Huius filius Amyclas cum aliquod cuperet nominis sui monumentum relinquere, in agro Laconico Amyclas oppidum munivit: Is cum filios plures suscepisset, Hyacintho natu minimo, egregia forma pueri, acerbissima morte erepto, superstes fuit: Pueri tumulus. Amyclis est sub Apollinis signo. Amycla mortuo Argalus eius liberum natu maximus regnat: Regnum ipse moriens Cynortae per manus tradit: Cynorta Oebalus nascitur: Is è Gorgophone Argiaua vxore Persei filia Tyndareum suscepit: Fuit huic cum Hippocoonte, imperium sibi aetatis causa vindicante, certamen: Verū Hippocoon ascito in societatem Icario, eiisque factio longo interuallo superior discessit. Quarere sibi male metuens Tyndareus, Pellannam (vti Lacædemonij commemorant) aufugit. Longe vero alia sunt quæ à Messenis dicuntur: Aliut enim Tyndateum ad Aphareum in Messeniam confugisse: Fuisse autem Aphareum Perieris filium, Tyndareo ipsi ex eadem tantum matre fratre: Actu nō quidem Thalamis, quod est Messeniae oppidum, domicilium habuisse: Quo in loco liberos, etiam ipsum suscepisse: In tericto

tericto dein tempore in regnum ab Hercule restitutum. Regnarunt etiam Menelaus Atrei filius, Tyndarei gener, & Orestes, quod Menelai filiam vxorem duxerat. Cum verò Heraclidæ post liminio redissent, Tisameno Orestis filio regnante, Messeneiorum & Argiuorū altera factio Temeno, altera verò Cresponti regnum detulit: Cūmque eodem tempore geminos filios reliquisset Aristodemus, regiae familiæ duæ exortæ sunt, atque id Delphici Apollinis oraculo approbante. Aristodemus enim ipse è vita excesserat Delphis, priusquam Dorienses in Peloponnesum redirent. Hunc Lacedæmonij de rebus suis magnificantius loquentes, sagittis ab Apolline confixum tradunt, quod consulendi causa non venisset ad oraculum, sed Herculem, in quem forte prius inciderat, qui Dorisibus in Peloponnesum redditus confici posset, consuluisset: Verior aurem fama est, à Pyladæ, & Elestræ filius, Tisameni Orestis filij consobrinis, Aristodemum occisum. Eius filiis nomina Procles, & Euristhenes indita, qui cum gemini essent, voluntate nihilominus magnopere dissidebat: Non obfuit tamen odij, quo inter se laborarūt, acerbitas, quominus communi consilio Theran matris Argiæ fratrem, ab Ioue

oriūdum, tutorem verò suū in Coloniam sequerentur: Coloniam deduxit Theras, insulam eam, quæ illis temporibus Calliste vocabatur, & cuius regno vltro sibi Mébliari posteros deceffuros sperauit: Proinde ac illi fecerunt, ea scilicet ratione adducti, quod ad Cadnum. Theræ genus referendum esset, cum ipsi à Membliaro descendissent, quem Cadmus in ea insula Colonorum ducem reliquisset. Theras itaque insulam mutato nomine de se appellavit, & ei quidem Theræ hac etiamnum ætate tanquam Coloniæ conditori parentant. Procli quidem, & Eurystheni in Theræ mandatis duxat obeundis, par fuit alacritas: In ceteris voluntatum, ac consilio rum omnia summa dissentio: Quod si etiam optime inter se conuenientes fuissent, non tamen eorum posteros posse me putemus & eadem rerum gestarum expositione comprehendere, cum nulla unquam ætate aut patruelæ cum patruellis, aut eorum inter se liberos, ac omnes deinceps posteros æquo iure vixisse contigerit. De utraque itaque familia separatum agam, neque ullo pacto in unum confundam, quæ neutiquam sunt communis gesta consensu. Eurysthene Aristodemus filio natu grandiore Agia genitum f-

guat.

runt, à quo sunt omnis Eurysthenis postieritas Agidae appellati. Agide regnante Patreum Lacedæmonij Preugenis filium in cōdenda vrbe in Achaia, & Colonia deducenda, quam de nomine Patrei hæc etiam ætate Patras vocant: Comites etiam cura Graide Echelati filio, Penthilii nepote. Orestis pronepote in Coloniam clasie trāmittenti miserunt: Et ille quidem regionem eam, quæ inter Ioniam & Myros est, cui ætate nostra Aeolidi nomē, occupauit: Cum eius avus Penthilus multo ante Leibon insulam Aeolidis continentis adiacenter cepisset. At Echestrato Agidis filio Spartæ regnum obtinente, Lacedæmonij Cynuræs omnes, qui militari essent ætate, sedibus suis expulerunt. Crimini datum, quod prædones è Cynuriaco agro, Argiorum, qui sibi consanguinei essent, fines, populationibus infestos redderent: Ipsi verò in eundem agrum aperte excursions facerent. Cynurense quidem ab Argiuis oriundos esse, & in Coloniam à Cynuto Persei filio deductos, memoriæ proditum est. Non multis post annis Echestrato Labotas filius in regnum succedit. Hunc Labotam Herodotus in historia, quam de Cræso conscripsit, in Lycurgi, qui Lacedæmoniis leges

SILA 10

v. 2.

tulit, tutela fuisse scribit Leobotas quidem prius, non Labotas ei nomen fuerat impositum. Hoc regnante Lacedæmonij tunc primum Argiis bellum indicunt: Causa belli fuit, quod illi Cynurensem agrum, quem armis cepissent, inuaserant, quodque finitimos socios suos ad defectionem solicitabant: In eo tamen bello nihil omnino memoria dignum gestum est. Iam qui in regnum successerunt Labotæ, videlicet Doryssum, & Doryssi filium Agesilaum mors breui vtrisque oppressit. Agesilaus tamen regnante, Lycurgus Lacedæmoniis leges tulit, quas eum nonnulli ab oraculo accepisse, alij autem Cretensem scita usurpare tradidere. Cretenses ipsis Minoï leges acceptas referunt, de quibus illum ferunt Louem consuluisse, quod ipsum his versibus videtur Homerus significare voluisse.

*Quas inter magni Minois regia Gnossoſ,
Quem Loui alloquiū ter terna ætate beauit.
Verum de Lycurgo aliás. Agesilaus Archelaum filium sibi successorem reliquit.
Dum hic regnaret, Lacedæmonij vnam de finitimiis urbibus Aegyn nomine bello subactam exciderunt, Aegytatum ad Arcadas defctionem metuentes: In ea vrbe euertenda operari tulit Archelao Charilaus ex alte*

ex altera familia rex, cuius ductu quæ gesserint Lacedæmonij, tuc exponemus, cum eorum res gestas stylo persequemur, qui Eurypontiæ sunt appellati. Archelao Teleclus nascitur: Huius temporibus Lacedæmonij finitima oppida Amyclas, Pharin, Gerantrhas, quas Achæi occuparant, bello captas euerterunt. Ex his Gerathratæ Dorienium aduentu territi, certis conditionibus è Peloponneso decesserant. Amyclenses verò, non sunt illi quidem primo impetu eieci, sed acriter resistentes, belli diuturnitate superati, cum multa prius virtutis documenta dedissent: Id ipsis Dorienses trophæo de Amyclensibus erecto testati sunt: Quod nihil scilicet illis temporibus quod memorie consecrarent dignius gefuisse ipsis sibi visi sunt. Non ita multo post Teleclus à Messeniis in Diana occiditur: Templum id in vicino fuit, quæ Limnae appellatae sunt, inter Laconi, & Messeniaci agri fines. Teleclo demortuo succedit Alcamenes filius. Eo regnante Lacedæmonij Charmidan Euthyis filium, de optimatibus vnu, in Cretâ mittunt, qui ortas inter Cretenses seditiones cōprimat, persuadeatq., ut quæ oppida à mari lōgius abessent, pati illa quidem munita relinquat, & pro iis ea incolerent, ad quæ facile nauibus appellari.

pōset. Eodem tempore maritimum oppidum, quod ab Achaeis tenebatur, Helos nomine, euerterūt, & Ilotis auxilia ferentes, Argiuos prælio vicerunt. Alcamene mortuo, eius filius Polydorus regnum adiit. Hoc regnate Lacedemonij Colonias duas in Italiam deduxerunt, Crotонem & Locros ad Zephyrium promontorium. Bellum etiam, quod Messeniacum est appellatum, hoc ipso tempore exarsit. Neque verò easdem eius causas Lacedemonij, & Messenij referunt: Sed quæ utrinque dicantur, & cuiusmodi bellum fuerit, & quem finem habuerit, suo loco explicabimus. Hoc interim non omittemus: Primum Messenicum bellum, ex parte maxima, Theopompi Nicandri filij ex altera gente regis ductu gestum. Confecto autem bello, ac Misleniis in potestatem redactis, Polydorum spectatae virtutis virum, Spartanisque omnibus aequa summis ac infimis, & in primis plebi carum, quod nihil vaquam aut per vim egisset aut dixisset cum alterius contumelia, iustitiam in tota iurisdictione cum summa humanitate coniunxisset, ob easque res gloria in cuncta Græcia florentem, Polemarchus occidit: Spartanus homo, non obscurus omniuo loco, insigni verò quantum

res ipsa indicauit) au dacia. Mortuo Polydoro Lacedemonij honores minime vulgares habuerūt: Est tamen & Polemarchi Sparta monimentum, vel quod ante viribus habitus fuerit, vel quod propinquai eum clam sepelierint. Eurycrate Polidori filio regnum tenente, Messenij Lacedemoniis a quo satis animo paruerunt, neque Argiutorum multitudo in rerum nouarum studium incubuit. Iam verò Eurycratis filio Anaxandro regnante, Messenios fata sua extra Peloponnesum eiecerant. Cum enim à Lacedemoniis defecissent, pares illis aliquandiu bello fuere: Postremo superari, ex pacto conuento vniuersi è Peloponneso excesserunt: Quid reliqui sunt, omnes in nexum à Lacedemoniis abduicti, præter eos tamen, qui maritima oppida incolebant. Quæ in eo bello euenerint, quod gestum est post Messeniorum defectionem, non videntur satis apte cum hac historiæ parte cohædere. Anaxandro Eurycrates gignitur: Euricrate minore Leon. His regnibus Lacedemonij à Tegeatis clades complures accepserunt: Idem sub Anaxandrida Leontis filio secundiore multo, quam Tegeatæ, fortuna vñ sunt. Res autem sic proptermodum gesta est. Lichas Lacedemonius Tegeas

venit: erant enim tunc fœderis iure inter eas ciuitates pacata omnia: Is Orestis ossa quæ ex quadam oraculo querere iussit fuerant Spartani, deprehendit in ærarij fabri officina defossa, ad oraculi scilicet verba referens instrumenta singula ærariæ fabricæ. Ventos enim folles, quod ipsi etiam conceptas auras vi expellunt, pulsum malleum, percussum incudem, hominum perniciem ferrum (quod in præliis iam usurpari cœptum fuerat) interpretatus est.

Nam si ad heroicum seculum respexisset Apollo, per hominum perniciem æs accipendum fuisset. Huic autem responso, quod Lacedemoni acceperunt, persimile fuit quod Atheniensibus postea redditum est, ut ossa Thesei è Scyro Athenas deportarent: Non posse enim, id ni factum esset, Scyron capi. Quo tempore Cimon Miltiadis filius eodem usus in cõticio acumine, Thesei ossa adiuenit: Neque ita multo post insula potitus est. Fuisse autem heroum arma ex ære Homerus testatur, cum bipennem Pisandri, & Merionæ sagittas describit: Argumento etiam est Achillis hasta Phaselide in Mineruē templo posita: & apud Nicomedenses in Aesculapij, Memnonis ensis totus ex ære, cum hasta illius ima tantum, & summa cuspis

ærea

ærea sit. Hæc ita esse pro comperto habemus. Anaxandrides Leontis filius, unus ex omnibus Lacedæmoniis vxores duas eodem tempore habuit: Vnde illi siboles duplex: Nam cum priorem, probam illam quidem, sed sterilem, vt dimitteret Ephori iussissent, id vt faceret in animum inducere non potuit: Eatenus tamen paruit, quod alteram cooptauit, è qua Cleomenen suscepit: Tunc prior quæ adhuc vterum non tulerat, Dorium peperit, deinde Leonidan, mox Cleombrotum. Mortuo Anaxandrida, cum longè præstaret confilio, & belli artibus Doriæ existimarent Cleomeni tamen, quod natu esset maximus, regnum inuiti sanè detulerunt: At Doriæ cum adduci non potuisset, vt in patria permanens Cleomeni pareret, in Coloniā est ablegatus. Cleomenes vt primum regnum iniit, comparato ex Lacedæmoniis, & sociis exercitu, in Argiuorum fines inuasit: Argiuos verò ipsos obuiam cum armis egressos prælio fudit: Eorum cum ad quinque millia in proximum Argi Niobes filij lucum confugissent, Cleomenes, quippe qui nonnunquam è postestate exiret per Ilotas in lucum ignem immisit, quo incendio, & lucus, & qui se illuc repererant, supplices exusti sunt.

v 5

Hinc Athenas duxit: Ibi Atheniensibus Pestrati filiorum dominatu liberatis, ingenem ab inicio cum Lacedæmoniis, tum sibi apud cunctos Græcos gloriam peperit: Sed paulo post Atheniensis cuiusdam Isagoræ gratia ductus, cum Atheniensibus illum tyrannum imponere conatus esset, ac libertatem suam fortiter tuerentibus Atheniensibus, ea de spe decidisset, & reliquum Atticæ agrum, & regionem Orgadēm appellatam, diis, qui Eleusine coluntur, sacrā, populatus est: In Aeginam deinde transmisit, vbi insulæ eius principes, qui Medis studentes, ciuibus suis ut terram & aquā Dario Hydaspæ filio dederent, persuaserant, in vincula coniecit. Dum in Aegina Cleomenes tempus terit, Demaratus eū ex altera familia rex ad populū criminatur: Ea re cōmotus Cleomenes, ut primū rediit, rationem init, per quam collegam ē regno cīceret: Delphicam enim vatēm pretio corruptā subornat, ut quod ipse præscriberet, consulentibus Lacedæmoniis responderet: Idēque Leotychidem Demarati propinquum, ē regia item domo, allegat, qui de regno Demarato item intendat: Et ille quidem in eo iudicio verba ea obiecit, quæ Ariston eius paterem effudit, cum recens natum dixit

Se genitum non credere. Eam disceptationem, cum ad Delphicum oraculum, sicuti alia omnia consueverant, Lacedæmonij retulissent, respondit Pythya, quæ Cleomenes iusserrat: Quo factum, ut Demaratus non a quo iudicio, sed aduersarij oppressione regno fuerit spoliatus. Cleomenes post hæc, diem sumum obiit, cum per furorem sibi ipsi manus consiscens, totum corpus fœdissimis vulneribus lacerasset. Argui ea mortis acerbitate dedisse cum pœnas supplicibus, qui ad Argum confugerant: Athenienses, quod Orgadēm violasset: Delphi, quod interpretem Apollinis, ut Demaratum insimularet, corrupisset, id ei accidisse interpretati sunt. Heroum autem, & deorum in homines ira, præter hoc Cleomenis, alia etiam reperiuntur exempla. Siquidem & Protefislaus, cui honores ad Eleuntem habentur, heros nihilo Argo clarius, per seipsum Persen Artabacten gravior est vltus: Neque vñquā Margarenses posteaquam sacro sanctum agrum colere ausi sunt, deorū qui Eleusine coluntur, iram lenire potuerunt. Sollicitatum verò pretio oraculum praterquam tunc à Cleomene nusquam compirimus. Vbi ē via excessit Cleomenes, nullam

nullam reliquit virilem sobolem, ad Leonidam Anaxandridæ filium, Dorici germanum fratrem regnum petuerit. Quo tempore Xerxes cum infinito prope hominum numero in Græciā inuasit, ei Leonidas cum ccc. militum cohorte ad Thermopylas occurrit. Bella quidem multa cum à Græcis contra Barbaros, tum inter ipsos Barbaros gesta memorantur: Sed ea in primis insignia fuere, in quibus unius virtus eniuit, ut Achillis ad Ilium, Miltiadæ in Marathon. Sed profecto præclarum illud Leonidæ facinus, meo quidem iudicio, omnia cuiusvis temporis exempla vicit. Hic enim Xerxe regum omnium, qui Medis, & Persis imperarunt, animi elatione, & operum magnificentia longe præstantissimo in Græciam irruenti, tam acriter cum paucis, quorum duxerat, restitit, ut né visurus ille quidem Græciam, nedum Athenas fuerit incensurus; nisi à Trachinio homine Hydarnis copiæ per Octæ mohtis tramites circunductæ, Græcos oppresissent: Ac Leonida quidem cum suis interempto Barbari in Græciam irruerunt. Post hunc Pausanias Cleombroti filius non certe regnauit, verum cum Leonida filij Plistarchi tutor esset, ad Platæas Lacedæmonios duxit, atque inde in Helle-

spontum classe transmisit. Huius in Coam mulierem factum non possum nō magnopere collaudare. Is enim Coi hominis non ignobilis vxorem, Hegetoridæ filiam, Antagoræ neptem, quam Pharandates Persa Teapidis filius inuitam abduxerat, & in pallacarum numero habebat, Mardonio ad Platæas, & Persis ad internitionē cæsis, Coon ad suos cum omni muliebri mundo, donisque omnibus, quæ à Pharandate acceperat, remisit. Idem Mardonij cadaver, contra Lamponis Aeginetæ sententiam, violari vetuit. Iam verò Plistarchus Leonidæ filius in ipsis regni initiis diem suum obiit, cui Plistoanax successit, eius ipsius Pausanias filius, cuius ductu prælium ad Platæas factum. Hic in Atticam exercitum duxit, verbo cum Thrasybulo, & Atheniensibus bellum gesturus, reverò ipsa, ut tyrannorum x x. qui à Lysandro impo- siti fuerant, dominatum firmaret: Supera- to tamen ad Pireū Atheniensis præsidio, domū exercitū reportare statuit, quod sci- licet nō esse eam Spartanorū reip. maculā omnium tutissimam suscipiendam puta- uit, ut impurissimorum hominum tyran- ni dem cōfirmasse dicerentur. In patriā re infecta reuersus, ab inimicis maiestatis est postulatus. Apud Lacedæmonios de rege iudic

iudicium hoc ritu constitui solet. Con-
fident qui seniores appellantur, duo de tri-
ginta numero: Cum iis, Ephori: Nec nos
alterius familie rex. Is erat tunc Agis. Ac
xiiii. sanè seniores: & Agis rex Pausa-
niam condemnarunt, Absoluerunt reliquæ
eius cōsilij partes. Neque ita multo post
delectum Lacedæmonij contra Thebanos
habuerunt. Cuius belli quæ causa fuerit,
cum Agesilas res gestas cōmemorabimus,
exponetur. Ac tunc quidem Lysander
Phocensibus assumptis, qui sunt ipsum cu-
pide secuti, cunctatione omni sublata, in
Bœotiam invasit, & Aliartiorum primum
oppidum aggressus est oppugnare. Illi cū
adduci non possent ut à Thebanis defice-
rent, Thebanorum, & Atheniensium auxi-
liis intra urbem recepris, eruptionem fecer-
te. Cum iis Lysander acie ante ipsa urbis
mœnia congregatus, cum magna Lacedæmo-
niorum manu, dimicans occubuit. Inter-
ea Pausanias à Tegearis, & reliqua Arca-
dia comparatis auxiliis confecto iam pra-
lio superuenit: Is ubi primum Bœotiam
attigit, eorum qui cum Lysandro fuerant,
& ipsius Lyndri cædem cognovit: Nihil
tamen serius Thebas perrexit urbem
oppugnaturus. Verum cum Thebani se ad
enam impetum sustinendum confirmar-
ent.

rent, iamque Thrasybulus cum Athenien-
sium auxiliis aduentare nuntiaretur, quæ
id vnum expectabat, ut prælium Lacedæ-
monij inirent, quo illos à tergo adorire-
tur, Pausanias veritus ne medius inter
duos hostium exercitus ancipiti periculo
circumveniretur, isto cum Thebanis fœde-
re, eorum, qui sub Aliartiorum muris ceci-
derant, cadavera ad sepulturam tollenda
curauit. Ea sanè res neutiquam Lacedæmo-
niorum iudicio comprobata est: Ego vero
Pausanæ consilium rectum fuisse existi-
mo. Nam cum probè meminisset Lacedæ-
monios bis ante ab hostibus circumuentos
maximas clades accepisse ad Thermopylas
semel, & iterum in Sphaeraria insula illud
timuit, ne tertię ipse clavis author habere-
tur. Verum cum longe aliter ipsius ciues
iudicarent, quippe qui ei quod tardius in
Bœotiam venisset, criminabant, non pu-
tauit ille sibi committendum, ut iterū cau-
sam dicere cogeretur. Tegeata suppli-
cem in ales Minervæ reepperūt: Tem-
plum illud fuit antiqua religione Pelopon-
neso viuērſe sacro sanctum, neque viola-
ri eos fas erat, qui illuc consurgissent: Ea
fane religio tunc in Pausania ante verò in
Leotychide, & Chrysida est ab Argiuis
conseruata. Comilli enim supplices fe-
llū illud

illud templum, tanquam in Asylum rece-
pissent, ne postulatum quidem est, ut dede-
rentur. Pausania exultante, puberes eius
filii Agesipolis, & Cleombrotus, sub tute-
la Aristodemii, qui genere erat proximus,
fuerunt. Huius Aristodemii ductu Lacedæ-
monij ad Corinthum prospere pugna-
runt. Iam verò Agesipolis ut regnum
per ætatem adiit, Argiuis primum ex o-
mnibus Peloponnesiis bellum intulit.

Is cum per Tegeatas in Argiuorum fines
diceret, Argiu obuiam illi facialem mi-
serunt, quo patria quædam fœdera sanc-
ret iam inde ab initio inter omnes Do-
rienses percussa. At ille non modo fœtus
vllum cum faciali non instauravit, sed a-
grum eriam totum immisso exercitu de-
populatus est: Neque cum terra etiam mo-
uisset retro agmen egit, & si aliàs præ cate-
ris Græciæ populis, Lacedæmoniis, & A-
theniensibus huiusmodi prodigia religio-
ni ac terrori fuerint. Castra iam fixerat
Agesipolis sub ipsis Argiuorum muris, ne-
que interim desita est diuinitus terra mo-
ueri, quin & mulieres aliquot de cœlo ra-
cti, nonnullos etiā tonitrua lymphatos, &
attonitos reddidere. Inuitissimus itaq; ille
ex Argiuorum finibus castra mouit, & cō-
tra Olynthios belli impetu conuertit. Ibi
satis

satis secunda fortuna usus, cum vrbes Chal-
cidensium multas cepisset, ac ipsam postre-
mo Olynthum se in potestatem redactu-
rum speraret, morbo oppressus diē suum
obiit. Agesipolide sine liberis mortuo, ad Cleombrotum regnum peruenit. Eo
duce Lacedæmonij cum Bœtiis ad Leu-
stra pæliati sunt: Et ipse quidem Cleom-
brotus in prima acie fortiter dimicans
occubuit. Est hæc in magnis cladibus præ-
cipua Fortunæ iniuria, ut duces ipsos de
medio tollat, sicuti & Atheniensibus Hip-
pocratem Aiphronis filium ad Delium,
iisdem in Thessalia Leosthenen eripuit.
E Cleombroti liberis natu maior Agesi-
polis nihil omnino gesit memoratu di-
gnum. Eo mortuo natu minor Cleome-
nes regnum adiit: Qui cum filios duos
Acrotatum, & Cleonymum suscepisset, ita
fortè accidit, ut Acrotatus patrem sibi su-
perstitem reliquerit: Cùmque postea Cleo-
menes è vita decepsisset, inter Cleonymum,
& Areum Acrotati filium de regno
coorta lis est. Ibi cum senatus paternū re-
gnum Areo adiudicasset, Cleonymus sibi
illum prælatum tam indigne rulit, ut
eum Ephori neque aliis præmiis decre-
tis, neque exercitus imperio delato un-
quam placare potuerint, quo minus hosti-

li esset, in patriam animo: Quod sanè aper te præse tulit, cum & alia multa conatus est, & Pyrrhum Aeacidæ filium intra fines induxit. Areo verò Acrotati filio regnante, Antigonus Demetrij filius Athenas ter restribus, maritimisque copiis oppugnare aggressus est. Atheniensibus subsidio missus cum classe Patroclus ab Aegyptiis. Lacedæmonij quoque cum voluntariorum manu Areum regem secuti, præsto fuere. Cum Antigonus autem urbem vndique ita obsecram teneret, ut aditu omni sociorum auxilia prohiberentur. Patroclus per nuntios Lacedæmonios monuit, ut prælium cum Antigono committerent: Se interim Macedonum terga inuasurū, quod sui nequaquam pedestri acie pares essent Macedonibus, quippe qui Aegyptijs, & nauis essent. Eo nuntio commori Lacedæmonij, iisdemque cum Atheniensium amicitia, cum verò dominis sui gloriam ad posteros propagandi studio ducti, prælij alea subite nil recusabant. Verum Areus commeatu iam ferè omni consumpto, exercitum domum reportauit, quippe qui quod erat opum reliquum ad patriæ usus conservandum, neque temere sociorum causa profundendū censeret. At enim cum Athenienses diu acriter restitissent, Antigonus pace

pace facta præsidium illis in Musæo impo-
suit, quod tamen non multo post vltro de-
duxit. Areo Acrotatus gignitur: Acrota-
to minor Areus. Is annum agens octauum
morbo consumptus est. Huic, abolita
iam ferè tota Eurysthenis posteritate, suc-
cessit Leonidas Cleonymi filius grandis
admodum natu. Graues cum eo inimici-
tias Lysander, Lysandri filius, Aristocra-
tis nepos exercuit. Hic Cleombrotū, qui
cum Leonidæ filia erat, in familiaritatē
alleustum, subornat, ut, & aliorum crimi-
num sacerum reum faciat, & in primis
quod puer Cleonymo patri iurecurando
promeserit, quā Spartam deleret, se consi-
lia initurum. Cum igitur regno se Leonidas
abdicare coactus esset, in eius locum
Cleombrotus inuasit: Quod si animi præ-
ira impotens Leonidas fuisse, ac ut olim
Demaratus Aristonis filius vel ad Mace-
donum, vel Aegyptiorum regem confu-
gisset, nihil eum omnino, quod facti po-
stea Spartanos paenituerit, iuuisset. Hunc
verò cum à ciuibus suis ē patria pulsus, in
Arcadiam exilijs causa abiisse, non ita mul-
tis post annis ab iisdem in patriam, & pri-
stinum etiam regnum revocatus est. De
Cleomenis autem Leonidæ filij virtute,
ac animi magnitudine, & quemadmodum

in eo defecerit Lacedæmoniorū regnum, cum de Arati Sicyonij rebus gestis agemus, affatim multa diximus. Neque illud omisimus, quo nam mortis genere in Aegypto è vita excesserit. Ex Eurysthenis igitur gente, regum eorum qui Agidæ sunt appellati, postremus Cleomenes Leonidæ filius fuit. Quæ verò de altera regum familia accepimus ita se habent. Procles Aristodemi filius habuit filium, cui Soo nomen, Soo Eurypon genitus: Hic tantum est gloriae consecutus, ut ea tota familia, qui Proclidæ ante sunt appellati, Eurypontidarum cognomētum acceperit. Eurypone nascitur Prytanis. Eo regnante inter Lacedæmonios, & Argiuos inimicitiae ortæ: Cum tamen ante quād Argiuis quidquam criminis daretur, cum Cynurenibus bellatum fuerit: Ac proximas quidem ætates, Eunomi scilicet Prytanidis, & Polydecte Eunomi filio regnantibus perpetua pax Spartanis fuit. Charillus autem Polydectis filius Argiorum agrum igne, ferrōque vastauit: Eodemque duce paucis post annis contra Tegeatas exiere Spartani: Cum ambigui, & perplexi oraculi autoritatem fecuti, in spem venerunt adempruros se Arcadibus Tegeatūm campos. Charillo

met

mortuo Nicander filius in regnum succedit. Hoc regnante Teleclus ex altera familia rex à Messeniis in Limnadiis Dianaefano interficitur. Idem verò Nicander Arginorum fines hostiliter ingressus multis illos, & magnis affecit calamitatibus. Eius facinoris cum participes fuissent Asi næ, graues Argiuis poenas paulo post delata patria profugi dedere. De Theopompo verò Nisandri filio, qui post patrem regnauit, rursus erit mihi mentio facienda, cum ad res Messeniorum historia descenderit. Eo regnante inter Arginos, & Lacedæmonios de Thyreatum finibus dimicatum: Ei prælio Theopompus senio, & animi egritudine implicitus non interfuit: Nam eo viuente Archidamus filius moritur: Zeuxidamo tamen filio relicto, cui Anaxidamus item filius succedit: Eo imperante Lacedæmoniis, Messenij iterum bello vieti è Peloponneso abierunt. Anaxidamo Archidamus, Archidamo Agasicles nascitur: Vtriusque tempora omnibus belli molestiis vacua, perpetua tranquillitate insignia fueré. Aristoverò Agasiclis filius vxorem duxit pueram, quam Spartanarum omnium virginum fuisse tradunt turpisimam, mulierum verò omnium post Helenam forma.

præstantissimam. Ex ea cum filius natus esset mense ipso v.ii. eisque in consilio Ephorum sedenti seruus nuntiasset puerum natum, eorum, qui de Eurysthei natali sunt, versuum Homeri oblitus, vel quod illos omniō non satis intellexisset, negauit puerum eum, qui non esset legitimo mensium numero natus, à se genitum. Cuius eum postea temere effuse vocis facile premituit. Demaratum enim spectata virtute virum, qui cum Cleomene Athenienses Pisistrati liberum dominatu liberat, Aristonis inconsiderata oratio, & suscepta cum Cleomene simultas regno priuauit. Cum autem in Persas ad Darium exultatum abisset, in longum ibi tempus eius propagatam posteritatem ferunt. Leotychides vero rex in Demarati locum creatus. Is Atheniensium ducem Xanthippum Aiphronis filium ad Mycalem iuuit. Idemque in Thessaliam contra Aleuadas profectus, facile totam Thessaliam armis subigere potuit, cum semper ei praeliis omnibus vincere contigisset. Sed quod ab Aleuadis fuisse pecunia corruptus, de maiestate postulatus, Tegean indicta causa ad aram Alexe supplex confugit. Leotychides filius Zeuxidamus patre viuo, & incolumi, morbo absumpsus est. Zeuxida

dami verò Archidamus suo iam exulante imperauit. Hic Atheniensium agros vehementer vexauit, cum in Atticam quotannis excursiones faceret, & omnia populus abundus ageret, ac raperet. Idem eriam Platæensium, qui socij, & amici Atheniensium erant, urbem per obsidionem cepit: Cum tamen Peloponnesiorum in Athenienses bellum neuticam cōcitarit, quin, ut pax inter eos maneret, quantum eniti potuit, elaborari. Verum Sthenedaias vir cum alijs potens, tum verò de Ephoris unus, suscipiendo belli cum primis author fuit: Quod sane bellum Græciam indies se magis corroborantem de gradu quodā modo deturbavit: Quo factum ut facile eam Philippus Amyntē filius vehementer adhuc ægram, & laborantem perculerit. Cum decessisset Archidamus, filiis duabus relictis, Agis, quod Agesilaο maior natu erat, regnare cœpit. Habuit Archidamus & filiam Cyniscam nomine, quæ ad Olympicas victorias virili propemo lumen animo aspirauit: Prima haec seminartim omnium equos aluit: Olympiam palam tulit: Post eam enim & aliae, in primis verò e Macedonia nonnullæ sunt vietrices in Olympicis renuntiatae, quibus tamen illa longe gloria præstiterit. Spartabi

verò & poëticen, & omnem, quæ ex ea hominibus contingere posse, gloriam, omnium minime admirati mihi videntur: Nisi enim in Cyniscam epigramma fecisset Simonides, qui & ante tripodem inscriptis quem Pausanias Delphis dedicavit, nihil omnino quod Lacedæmoniorum reges gesissent, fuisset poëta cuiusquam ceteris in tribus celebratum. Agide Archidami filio regnante, & alia Eleis Lacedæmonij criminis dederunt, & illud in primis acriter expostularunt, quod Olympicis Iudicis, & Iouis templo prohibiti fuissent: Faciali itaque missis Eleis imperant, ut Le preatas, & alios finitimos, qui ipsis parent, suis uti finerent legibus. Qui cum respondissent, simul ac finitimas Sparta ciuitates liberas vidissent, nihil sibi cause fore, quin & ipsi sociis suis libertatem rediderent. Eo responso commoti Lacedæmonij cum Agidi rege in Eleorum fines inuaserunt: Verum in Olympiam usque, & ad Alpheum amnem progressi, terræ crebris motibus conterriti, retro agmen egere. Anno in sequenti Eleorum agrum Agis populatus, magnam ex eo prædam egit. Tum Xenias Eleus & priuatim Agidis, & publice Lacedæmoniorum hospes, idemque plebi infensus subnitus locupletum

tum factione, urbem hostibus dedere est conatus. Verum priusquam cum exercitu Agis præsto esset, Thrasydrus, cui rerum summa à populo commissa fuerat, Xeniam totamque eius manum pugna superatos, vrbe pellit. Agis verò domum cum exercitu reuersus, copiarum partem, & Eleorum exules relinquit, qui agrum cotidianis populationibus vexaret. Tertio demum eius belli anno, cum Agis exercitu comparato denuo esset in Eleorum fines inuasurus, Thrasydrus de populi sententia affecta iam malorum diuturnitatē, & prope consumpta ciuitate, pacem his conditionibus accepit. In posterum finitimus non imperaturos: vrbis muros demolituros: Lacedæmoniis Iouis sacrum, sacrisque ludos celebrare, & in eorum ludorum certamina descendere licitum. Inde Agis in Atticam bellum continuo intulit, idemque ad Decelean contra Athenienses castellum munitum: Deleta verò ad Aegos flumen Atheniæsum classe, cum Lysandro Aristocriti filio fœderis (quod inter Atheniæles, & Lacedæmonios sanctum fuerat, cum id tamen Spartani non iussissent) religionem violauit: Illi enim suis duntaxat iporum auspiciis scitum cum sociis fecerunt de Atheniæsum ci-

330 PAWSAN. LACON. SIVE
uitate excidenda. Hæ fuere Agidis res
bellicæ maximè illustres. Cuius non
alia fuit de Leotychide filio, quām Ariston-
is de Demarato futilitas: Siquidem & hic
audiētibus Ephoris, fortunæ suæ quadam
malignitate impulsus, non putare se dixit
ex se Leotychiden natum, cūius eum leui-
tatis facile postea pœnituisse constituit.
Cum enim morbo implicitus ex Arcadia
domum reportaretur, apud Herean testes
fecit qui cum eo erant omnes, nihil se du-
bitare Leotychiden ex se genitum esse:
Totamque eam multitudinem multis
cum precibus, & lachrymis rogauit, vt
hoc apud Lacedæmonios testimonium
dicerent. Verum Agide mortuo Leoty-
chiden Agesilaus regno facile expulit, cū
ea populo in memoriam redigisset, quæ
de eo aliquando Agis dixisset: Præsto ta-
men & Leotychidæ ipsi ab Hera Arcades
fuere, qui morientis iam Agidis verba re-
nuntiarunt. Auxit inter Agesilaum, & Leo-
tychidem disceptationem Delphicum ora-
culum his versibus editum.

Sparta caue, quanuist te maxima gloria tollat.
Heu tibi ne claudas recti cruris nocte rex:
Tunc in opinatos longum patiere labores,
Letiferi que vndam misericordem cuncta duelli.
Hæc in Agesilaum dixisse Apollinā cōten-
debat

331 LIBER III. 331
debat Leotychides, quod altero ille pede
claudicaret: At Agesilaus in Leotychi-
den retorquebat, quod neque legitimus,
neque ab Agide esset genitus. Eam discep-
tationem Lacedæmonij ad oraculū, cum
id arbitratu suo facere possent, non retule-
runt tamen, authoritatem scilicet Lysan-
dri Aristocrati filij secuti, qui vehemēter,
vt Agesilaο regnum decerneretur, conten-
debat. Regnum vbi adeptus est Agesilaus
Archidami filios, cassem Lacedæmo-
niis placuit in Asiam transmitti, qua bel-
lum contra Artaxerxes Darij filium trans-
portaretur. Cognoverant enim cum à Ly-
sandro, tum à cæteris ciuitatis principi-
bus, in bellò aduersus Athenienses non ab
Artaxerxe, sed à Cyro se fuisse pecunia ad-
iutos. Agesilaus terrestriū copiarum impe-
rator declaratus, dimisit legatos, qui Pelo-
pônesi populos oēs, præter Arginos, Græ-
cos item cæteros qui extra Isthmum sunt,
ad bellū eius societate adhortarentur. Co-
rinthij quidem tunc, & si nihil cupiebant
impensis, quām eius transmissionis esse
participes, euerso tamen repentina ma-
ris eluione Iouis templo, cui apud ipsos
Olympij cognomen fuit, tanquam pro-
digio perterrefacti, inuitilli quidem se
domi continuere. Athenienses Peloponi-
nesiaci

nēstaci belli calamitates reliquas, & in pri
mis pestilentiam causati, quōd scilicet à
spe pristinæ fortunæ longissimè abeſſent,
re verò ipsa quōd nuntium acceperant Co
nonem Timothei filium ad regem veniſ
ſe, planè ceſſarunt. Miſſus eſt etiā ad The
banos Aristomenides, quōd & Agesilaui ma
ternus auus erat, & iſpis Thebanis mini
me alienus: Siquidē eorum iudicūm vnuſ
fuerat, qui capto Platæenium castello, cui
Tichoſ nomen, eos qui intus deprehensi
fuerant occidendos censuerant. At illi nō
aliter quām Athenienses auxilia ſe miſſu
ros negarunt. Agesilaus ſtatim domi habi
to delectu ſociorum auxiliis in vnum con
tractis claſſeque inſtructa & aedificata, Au
lidem rem diuinam Dianæ facturus venit:
quōd illinc Agamemnon etiam dea placata
ad Troiam ſoluifſet: ſe certe intelligebat
beatoris, quām Agamemnon olim
fuifſet, ciuitatis regē eſſe, neque minus,
quām olim ille, cunctæ Græciæ imperare:
Quōd ſi Artaxerxes vinceret, & Perſarum
opibus potiretur, multo maius & clarius
facinus hoc videri poſſe ſperabat, quā fuifſe
Priami regnū euertere. Rei diuinæ ope
ram dantē Thebani cū armis adorti, accesa
iam ſuperaris exta diſſiciunt: Iſum ē tem
plo expellūt. Hic ille, & ſi diſturbatū ſacrū
priuſq

priuſquām litatum eſſet, moleſtiſiſimè fe
rebat, in Asiam tamen tranſmisit, ac Sar
deis primum appulit. Erat enim tuſc in
ferioris Afri pars maxima Lydia, & in ea
yrbs nobilissima Sardeis, que preterquām
quod opibus & omni copiarum genere ca
teras longe anteibat, eius qui maritimam
præfecturam obinebat ita regia erat, vt
Susa regis ipſius. Congreſſus verò cum
Tiffapherne, vbi Ioniæ ſunt fines, in Her
mi campis, equeſtres eius, pedeſtri ſque co
pias, quantas neque Xerxes in Græciam,
neque Darius in Scythes, atque Atheni
enes, nec alijs omnino quisquam in hostem
eduixerat, prælio fudit & ſuperauit. Homi
nis itaque in bellicis rebus alacritatem ad
mirati Lacedæmonij, classis etiam impe
rium ei detulerunt. At ille cum ſtudium,
curāmque omnem ad res magnas terre
ſtribus copiis gerendas contulifſet, rebus
naualibus Pifandrum vxoris ſua frarem
præfecit. Verum quo minus voti fieret
compos, deorum neſcio quis inuidit. Vbi
enim primum audiuit Artaxerxes Agesi
laum aliquot iam præhis proſpere factis,
quaē ante pedes, vt aiunt, ſunt prætermi
tete, ac nouos ſemper rerum progressus,
quærentem ulteriora appetere, Tiffapher
nem apud ſe priuſ illuſtri gratia homi
nem,

nem, capit is damnatum, occidendum curat: h̄ique successorem, qui or̄e maritima præseler. Tithrauten mittit, hominē cum in rebus gerēdis solerrem, tum verò odio in Lacedæmonios nonnil laborātem. Hic ut primum Sardeis attigit, rationem exco-
gitauit, per quam efficeret, ut Lacedæ-
monij imperatorem sūum cum exerci-
tu ex Asia reuocare cogerentur: Rhodium
enim Timocraten cum pecunia mittit, qui
corruptis ciuitatum principibus, Græcie
populos ad bellum contra Lacedæmonios
fuscipliendum concitet. Qui pecuniam
cepere, fuisse dicuntur, ex Argiuis Cylon
& Sodamas: & Thebanis Androclides, Is-
menias, & Amphitemis. Eius eriam largi-
tionis particeps Athenis fuere Cephalus,
& Epicrates: Et simul è Corinthiis quo-
cunque cum Argiuis faciebant, sed ipsi in
primis eius factiovis duces Polyanthes, &
Timolaus. Bellum aperte geri ceptum
est à Locris ex Amphisa: Nam cuim inter
ipsos, & Phocenses de agri finibus esset
controversia, Thebanorum, & in primis
Ismenias impulsu frumenta, appropinquā
te iam messis tempore, succiderūt, & cum
reliqua præda asportarunt. Excursiones
eriam in Locrorum agrum Phoceses cum
subitariorum miligum manu populabūdi
fecere

fecere, quos ascitis in societatem Theba-
nis probè vlti sunt Loci: Nam & ipsi vi-
cissim Phocensium agros vastarunt. Qua-
re missis Lacedæmonem legatis Theba-
nos acerbissimè infectati sunt. Eorum cō-
moti expostulationibus Spartani bellum
in Thebanos sciuerunt. Inter alia crimi-
na & illud querebātur, quòd per summam
contumeliam in Agesilaum rei diuinę ope-
ram dantem Aulide impetu fecissent. Co-
goito Lacedæmoniorum decreto Athene-
nenses per legatos rogant Spartanos, ar-
mis abstineant: iure, & disceptatione res
repetant. At illi eam legationem infe-
stis, arque iratis animis acceptam statim
remiserunt. Consecutum deinde bellum
illud contra Athenenses, cui Lysander
præfuit, cuius est exitus à nobis expositus,
cum de Pausanias rebus gestis ageremus.
Et sanè bellum illud, quod est Corinthia-
cum appellatum, ab his primum rerū no-
uarum motibus ortum maiores indies. &
grauiores habuit progressus. Atque hac
quidem causa Agesilaum per pulit, ut exer-
citum ex Asia reportaret. Cum itaque na-
uibus ex Abydo Seston transmisisset, atque
inde per Thraciam in Thessaliam conten-
deret, Thessali, ut eā à Thebanis gratiam
inirent, viam ei intercludere conati sunt,
quod

quod pro veteri etiam cum Atheniensibus amicitia sibi faciendum putarunt: At ille fuso hostium equitatu iter sibi aperuit, ac mox Thebanis, & eorum auxiliis ad Coronan superatis per Bœotios sibi viâ fecit. Ipsi quidem Bœotij è prælio in Mineruz cognomento Itonia confugerunt. Agesilaus, & si vulnus in pugna acceperat, neutriquam sibi tamen in supplicibus violandis religionem contemnendam censuit. Non ita multo post Isthmicos ludos fecerunt, qui domo eo nomine effugerant, quod Spartanorum partis essent. Corinthij quidem tunc Agesilai metu intra urbem se contiuere. At vbi ille castra mouit Spartam redditurus, vñā cum Argiuis & ipsi Isthmia agitarunt. Sed Corinthum rursum cum exercitu Agesilaus rediit. Quod tamen Hyacinthia aduentarent, Amyclenses Agesilaus dimisit, quo ludos patrio ritu ficerent: Eam manum Athenienses Iphicrate duce in via adorti trucidarunt. Agesilaus in Aetoliam deinde venit, Aerolis contra Acarnanas, à quibus bello premebantur, auxilium latus: Et Acarnanas quidē ipfos ab armis discedere coegi, cū iam prope tamē abesset, quin & Calydona, & alia Aetororum oppida expugnarent. In sequenti postea tempore in Aegyptum

L I B R . I I I . 337
ptum nauigauit, vt eos armis persequenteretur, qui à rege defecerant. Ac multæ quidem res, & præclaræ ab eo in Aegypto gestæ, possunt commemorari. Erat iam admodum senex Agesilaus, quare in ipso itinere fatum illum oppresit suū. Cadaver eius in patriam reportatum Lacedæmonij maiore multo quam aliorū regum sepulturæ, & funeris honore decorarunt. Archidamo deinde Agesilai filio regnante Phocenses Delphici Apollinis fanum diripuer: Ac Thebani suscepto contra Phocenses bello conducto priuatim milite vñi sunt: Nam illis Lacedæmonij & Athenienses publico decreto auxilia misere: Hi quidem veterum erga se meritorum recordatione adducti: Illi verò Thebanorum odio, Phocensem, vt mea fert opinio, societatem prætendentes. At Theopompus Damasistrati filius, Archidamum, scriptū reliquit, eius belli gerendi socium fuisse, quod cū ipsum, tum vxorem eius Denicham, quo virum ad rem capessendam incitaret, Phocësum primo res donis corrupisset. Enimuero & sacram pecuniam cepisse, & auxilio iis venisse, à quibus est orbis terræ clarissimum oraculum spoliatum, nunquā ego in laude posuerim: At illud merito in Archidamo collaudarim, quod cum Phocës Delpho-

rum militarem omnem atratem trucidare, liberos, & vxores in seruitutem abducere, ipsam denique urbem funditus euertere in animo haberent; vnum tam insignem est cladem deprecatus. Idem postea in Italiam traecit; quo tempore Tarentinos in bello contra suitos Barbaros auxiliis iuvit. Ibi vero cum in pugna interfectus fuisset, quod sepulturae honore caruerit, Apollinis nempe, cuius numen læserat, ira factum est. Huius Archidami natu maior filius Agis, contra Macedoniam regem Antipatruim pugnans, occubuit. Minor Eudamidas rebus maximè pacatis Sparte regnavit. Agidis Eudamidae, & Eurydamidae Agidis filiorum res gestas pridem persecuti sumus, cum in Sicyoëiorum rebus nostra versaretur oratio. Ab Hermis descendibus, locus quidam occurrit queretis condensus: Scoritas ei nomen quasi Tenebris ostendit dicas: Illud quidem non ab arborum continenti umbra, sed à Ioue cognomento Scorita: Cuius templum à resta via, ad leuam abest decē ferme stadia. In ipsa via paulo longius progressis ad levam itidem ostendit se Herculis signum, & trophæum: Erectum ab ipso proditum est memorie, cum Hippocoötem, ejusque filios.

filios occidisset. Tertium à resta via diuericulū Caryas, & ad Diana perducit: Siquidem vicus ille Diana est, & Nymphis tacer. Et Caryatidis Diana sub diuino signo est: Quo in loco Lacedæmoniorū virgines anniversarium sacrum obeunt, patrioque ritu saltationē celebrat. Reuersus in viam militarem, ac aliquantulum progressus, Selasiae ruinas videas, quā victis Lacedæmoniis, corūmq; rege Cleomene Leonide filio, captā ab Achæis ante scripsimus. Ad Tornacem, quō hinc profectus non multo post peruenies, Pythaëi Apollinis signum visitur, eadē figura, qua Amyclæs est, quod cuiusmodi sit suo loco exponam. Est autem Lacedæmoniis clarior multo, & ipsa religione insignior Amyclæus ille Apollo. Si quidem aurum illud omne, quod Apollini huic Pythaëo dono miserat Croesus Lydorum rex, Ad Amyclæi Apollinis ornatum transtulerunt. A Thornace discedentibus, vrbs ipsa se ostendit, initio Sparta, posteris deinde temporibus Lacedæmon nuncupata, cum autem regionis nomen hoc esset. Quod autem in Attica historia professus sum me nō omnia persecutus, sed habito delectu, ea duntaxat, quæ memoria digna visa essent, litteris madaturum, idem nunc.

340 PAVSAN. LACON. SIVE
 mihi, antequam ad eorum, quæ de Sparta
 di cœda sunt, cōmemorationem aggredior
 p̄ofitendum: Siquidē instituti operis ini-
 tio, è multis, quæ populi ipsi de se fama vul-
 garunt, ea mihi feligenda duxi, quæ maxi-
 mè memoratu digna visa essent. Cuius cer-
 tè minimè improbandi consilij nihil pro-
 fecto est quamobrem fines transgrediar.
 Apud Lacedæmonios, qui Spartam tenēt,
 digna quæ spectentur sunt. Forum primū:
 In eo curia, quo seniorum ordo ille conue-
 nit, quam ipsi Gerusiani vocant. Ephoro-
 rum deinde. Nomophylacum, legum his-
 tutela cōmissa est, & eorum qui Bidiæi ap-
 pellantur basilicæ. Ac Gerusia quidē ipsi
 patr̄es sunt, quibus reip. summa mandata
 est. Ephori & Bidæi magistratus sunt, qui
 ni vtrique. Hi, quæ Platanista dicuntur,
 aliāque Ephœborum ludicra curant: Epho-
 ri grauioribus pr̄esunt negociis: Atque ex
 his quidem vnum edunt, de cuius nomine
 annum signant: Perinde atque Athenien-
 ses etiam de eius nomine, qui x. primis
 pr̄esidet, annos distingunt suos. In foro
 omnium est operum nobilissimum porti-
 cus ea, quam Persicam appellant, quod de
 Persarum manubiiis est ædificata: Inse-
 quentibus deinde temporibus ad eam,
 quam nunc pr̄æ se fert, magnitudinem, &
 orna

ornamentorum sp̄ciem, illam traduxer-
 runt. Insistunt columnis & alijs Persarum
 duces, & inter eos Mardonius Gobryæ filius.
 Est etiam illic statua Artemisæ Ly-
 gdamidis filiae, Alicarnassi reginæ. Hanc
 aut̄ vltro cōtra Græcos Xerxi auxilium
 tulisse, & præclara bellicæ virtutis nauali
 ad Salamina prælio documēta dedisse. In
 eodem foro delubra sunt duo, Cæsari alte-
 rum, ei nempe qui primus apud Romanos
 solus imperare concipiuit, & nouā consi-
 tuit reip. formam: Alterum eius filio Au-
 gusto dicatum, qui & imperium confirma-
 uit, & in eo cum dignitate, tum verò opib-
 us augendo paternam gloriam facile su-
 perauit. Cognomen verò Augusti, idem
 planè voce ipsa pollet, quod Gr̄corum lin-
 gua, Ἀγιας, id est Sanctus, ac ipsa quasi nu-
 minis cuiusdam maiestate colendus. Ante
 Augusti arā ænea est Agiæ effigies. Agiam
 hunc diuinasse ferunt. Lyandro, clasie A-
 theniensium apud Aegos flumen potituru-
 rum, pr̄æter triremes. x. quæ è fuga se in
 Cyprum receperere. Fuit Agias Agelochi
 filius, Tisameni nepos. Tisameno patria
 Argiuo oraculum redditum est è quinque
 ipsum maximè illustribus certaminibus
 victorem discessurum: Sed enim cum ab
 Olympicis ludis de quinqüertia vicitus

abiisset, cum tamen ipse in duobus Andriu Hieronymum cursu scilicet, & saltu superasse, in lucta verò eidem succubuisse, deprehendit oraculo sibi promitti de præliis quinque, victoriae prædictionem suam, euentu ipso comprobatum iri. Lacedæmoniis enim uero, quibus ignotum non erat quid ex oraculo Tisameno promissum fuisset, homini persuadent ad se ex Elide migret, & in vaticinando Spartæorum reip. operam nauet. Id cum ille fecisset, præliorum v. ei victoriam acceptam Spartani retulerunt. Primum fuit ac Plateas contra Persas: Alterum in Tegea cum aduersum Tegeatas, & Argiuos pugnatum est à Lacedæmoniis: Tertium in Diptænibus, quo tempore Arcades omnes Mantineensibus exceptis, signa cum Lacedæmoniis contulerunt. Sunt autem Diptænenses parva in Mænalia ciuitas. Iam verò quartum eiusdem auspiciis factum est prælium contra Ithimi manum eam, quæ Ilotis Ithomen ademerat. Ipsi quidem Ilotæ non vniuersi defecerant, sed Messenici ratiū, qui se à prisca Ilotis abiunxerant. Verum non multo post, quæ hic pertinenti exponam: Tunc quidem Lacedæmoniis, eos à quibus facta fuerat defactio, Delphici Apollini oraculo,

edolo, & Tisameni monitis aduerti, id est, cum illis fecdere, incolumes dimisere. Postremo quintam victoriam prædixit Tisamenus, cum ad Tanagram Lacedæmoniis cum Argiuis & Atheniensibus confixerat: Hæc de Tisameno auditæ habeo. Spartanis in foro Pythaënsis Apollinis, Diana, & Latone signa sunt: Chorus autem tota ea fori pars dicitur, ob eam causam, quod Gymnæ puerorum ludis, Cymopædias ipsi vocant, qui maximè solennes sunt, puberes Choros Apollini agitant. Non longe Telluris ædes, & Agoræ Iouis. Quod vero templum Agoræ Mineræ, & Neptuni dicatum est Aphalium nominant. Apollinis aliud ibidem est, & Iunonis. Visitatur & Spartanorum populi virili habitu signum ingenti magnitudine. Est item apud Lacedæmonios Parcarum sanctum, cui proximum est Orestis, & Agamemnonis sepulchrum. Ex Tegea enim huc deportata Orestis ossa, oraculi iussu eo in loco sepelire. Prope Orestis sepulchrum, est Polydori regis Aleamenis filiis effigies, qui præ cunctis regibus aliis, tantum honoris Lacedæmoniis tribuerunt, ut quæ publice obsignari necesse sit, ea Polydori imagine magistratus obsignent. Est ibi de forclis Mercucius Liberū patre portans.

Sunt item prisca ea signa, quæ Ephorea appellantur. Inter hæc est Epimenidis monimentum, & Apharei Perieris filij: Veriora autem existimo quæ à Lacedemoniis, quæ quæ ab Argiuis de Epimenide commémorantur. Quo in loco Parcae sunt, ibidem est Hospitalis Iupiter, & Hospitalis item minerua. E foro cum discedas, per eam viam, cui nomen Apheta, idem prope est quod Curriculi carceres, ad eum locum vénias, quæ Booneta, hoc idem est ac si Bubus empta dicas, nuncupant. Res postulare videtur, ut quare fuerit via ita appellata, exponam. Icarium, aiunt, Penelopes patrē cursus certamen Procis proposuisse: In his ludiis Vlyssen victorem fuisse dubitari nihil potest. Missi verò in curriculum sunt per Aphetaeidem viam. Icarium quidem ipsum ludos exemplo Danae celebrasse crediderim: Siquidem Danae cum nancisci non posset, qui ipsius filias duceret, parricidio pollutas, dimisit, qui nunciarent, nullum se à vitis sponsalium nomine munus poscere, verum optionem puellis daturum ut earum qualibet sibi eum deligeret cuius maxime esset forma complacita. Verum, huiusmodi ille eas locandi rationem init. Cum ad eam famam non sanè multi conuenissent, cursu certa

certamine proposito, ei qui cæteros superasset, quam ille maluisset, secundo alteram eodemque modo cæteras usque ad extrellum locauit. Iam verò quæ viros nastra non essent, expectare iubebat, usque dum noui procī in cursus certamen descendenter. Verum in hac ipsa via, ut iam dictum est, apud Lacedemonios quæ Bootheta vocantur, sunt: Domus ea fuit Polydori regis, quæ eo mortuo, de eius uxore empta est: Bubes precium fuere. Non dum enim fuerat numus argento, auroue signatus: Sed priscus fuit mos, ut sibi quæ quisq; vellet, per commutationem, bubus, feruitis, rudi argento & auro vltro citroque datis, & acceptis compararet. Quin & hoc ipso tempore ab Indis referunt, qui ad ea loca nauigarunt, pro Græcorum, quæ illuc comportatae fuerint, rebus, reponi Indicas merces: Numum verò illos plane ignorare: Et si abundat ea orbis terræ pars auro, & ære. Supra Bidæorum prætorium, Mineruæ ædes est: In ea dedicasse Vlysses dicitur deæ signum, & Celeuthæan appellasse, vicit in cursu cæteris Penelopes procis: Ternas verò is ædes Celeuthæa diuersis locis dedicauit. In ulteriore Aphetaeidem parte heroum monimenta sunt, Iopis, quem fuisse coniici potest

circa Lelegis, vel Myletis tempora: Amphiarai Oiclei filij, quod fecisse Tyndar filios eius patruelis existimant: ipsius etiā Lelegis. Nec procul hinc Neptuni Taurij fanum, Tenarium nuncupant. Et paulo longius Mineruæ signum quod dedicatum ferunt ab iis, qui in Italiam, & Tarrentum maxime in Coloniam deduxi sunt. Vicum verò eum, quod Hellenium appellant, ex eo alij nominatum tradunt, quod in eo loco, quo tempore Xerxes in Europam traiecit, ex Græcorum ciuitates quæ contra illum arma ceperunt, qua maxime ratione obliterent consultarunt. Alij verò duces eos, qui Menelaum ad Troiam secuti sunt, ibi eos memorant de tota transmissionis ratione, déque Helene raptu vindicando, consilia iniisse. Prope Hellenium Talthybij monumentum ostenditur. Monstrant & Aegienses in Achiuis monumentum in foro quod esse Talthybij affirmant. Et Talthybius quidem itam eis violatos Darij caduceatores, qui terram, & aquam peritum venerant, in Lacedemonios publico, in Athenienses priuato malo exercuit, cum male scilicet Miltiadæ Cithoris filij dominum mulrasset: quod iste author Atheniæibus fuisse, ut caduceatores, qui in Atticam transierant interficerentur.

tur. Est autem Lacedemoniis Atrite Apollinis ara: Est item Telluris ædes Gaseptum nomine. Supràque eam dicatus est Apollo Maleatas. In extrema Aphetaide iam prepe muros est Dictynnae ædes, & eorum regia sepulchra, qui sunt Eurypondæ nuncupati. Proximum Hellenio est Arsinoës templum, Leucippi filiæ, Pollucis, & Castoris uxorum sororis: Qua verò in parte sunt, quæ Propugnacula appellantur, Diana delubrum: pauloque longius progressus monimentum videoas, quod iis eretur est variis, qui ex Elide venerunt, & Iamidæ sunt appellati. Maronis preterea, & Alphei templum, quorū virtus in prælio ad Thermopylas post Leonides maxime erituit. Tropæi verò Louis adem fecerunt Dorientes, bello superatis cum aliis Achæis, tum ipsis etiam Amyclœensibus. Magnæ quidem matris fanum præcipua colitur religione. Post ipsum Hippolyti, Thesei, & Aulonis Arcadis Tlesimenis filij heroica sunt monimenta. At Tlesimenen Parthenopai Menalionis filij fratrem nonnulli, filium alij fuisse dixerunt. Alter est in foro exitus, circa quem locum edificauerunt, quæ Scias vocatur, quod est ac si Vimbraculū dixeris, in quo hac ipsa etiā ætate conçiones habentur.

Opus esse memorant Theodori Samij, qui & ferrum fundere primus docuit, & ex eo signa facere: Eodem in loco Milesij Timothei citharam suspendere Lacedæmonij, cum ei multam eo criminè irrogassent, quod septem veterum neruis, quatuor ipse incitharæ cantu addidisset. Adiuncta Sciadi ædes est rotunda, in qua Louis, & Veneris signa: Eam ædem erexisse ferunt Epimeniden, de quo, quæ ab Argiuis memoriatur, neutiquam ipsi comprobant, nempe qui neque cum Gnosfis bellum vñquam se gesuisse dicant. Prope est Cynortæ Amyclæ filij sepulchrum. Castoris etiam monumentum, & cum eo proxima ædes, quadragesimo enim post pugnam aduersus Idan, & Lynceum anno, Castores, nihilo omnino maturius, in Deos relatos asserunt. Monstratur ad Sciadæ etiam, & Lyncei sepulchrum: Verisimilius tamen traditur illos in Messenia, non autem hoc in loco sepultos. Verum temporis eius diuturnitas, quo calamitatum magnitudine Messenij è Peloponneso eiesti errarunt ita omnia aboleuit antiquitatis monimenta, vt agnoscere illa cum redissent, non potuerit: Eoque factū est, vt disceptādi studiosis non fuerit difficile in dubium vel certissima quæq; renocare. Iam verò cōtra

Olymp

Olymptyæ Veneris ædes est Sospitæ Proserpinæ, quam Thracem Orpheum condidisse ferunt. Alij Abarin eum qui venit ex Hiperboreis. At Carneus, quem appellant, cognomento Domesticum, coli est cœptus apud Spartanos, antequam Herculis liberi ab exilio redirent. Sacellum verò dicatum in Crijs Theoclis filij vatis domo. Cum enim eius Crijs filiam offendissent Dorienium speculatores, vt fortè hausta aqua domū redibat, cum ea in colloquium venerunt: Moxque cum ad Crium venissent, ab eo capiendæ Spartæ rationem didicerunt. Habuit quidem Carnei Apollinis religio à Carno originem, qui patria fuit Acarnan, ab Apolline verò diuinandi artem didicit. Hunc enim Carnum cum interfecisset Hippotes Phylantis filius, iratus Deus Dorieniū castra male mulctauit, Hippora in capiris iudiciū adiuto, Dorientes Acarnanem vatem statuerunt sacrī, & cæremoniis placandum: Sed enim non omnino Carneus est qui apud Lacedemonios Domesticus dicitur. Illi enim tenetibus etiānum Spartam Achæis, diuini honores in Crijs vatis domo haberi cœpti. Praxilla quidem versibus prodidit Europæ filium Carneum fuisse, educatum verò ab Apolline, & Latona.

Alius

Alius etiam de cognominis huins causa
fermo vulgatus est, cornos à Græcis in Ida
Troiae monte ex Apollinis luce ad Dura-
teum equum fabricandum excisas: Cùm-
que dei numen lèsum scirent, ad eius iram
leniendam sacra instituisse, & ab arboris
nomine litera R. transposita, prisca qua-
dain confuetudine, Carneum Apollinem
nuncupasse. Non longe à Carneo est,
quod Aphetae dicitur, signum, à quo loco
in cursum miifos è carceribus tradunt Pe-
nelopes procos. Prope vicus est, in quo
aliquot sūt porticus forma quadrata, vbi
priscis temporibus scruta venibant. Pro-
xiua ara est Iouis Ambulij, Mineruæ Am-
bulij Castorum item Ambuliorum. E re-
gione est locus, quæ Colona, id est Iugum
dicitur, & Bacchi Coronatæ, ac si Iugalis
dicas, qđes: luxta eam lucus est illi heroi
facer, quem viæ ducem Libero patri Spar-
tam contendenti fuisse perhibent. Heroi
hūic sacra faciunt prius quām deo ipsi, quæ
Dionysiades, quæque Leucippides nuncupan-
tur. Fœminis verò aliis vndeem, quæ &
ipse nominantur Dionysiades, cursus cer-
tamen proponūt, quod ex Delphico quodā
responso facere iussi sunt. Non longe à Li-
beri, est Iouis delubrum Euanemi, ad eius
deteram est Pleuronis heroicū monimētu-

Fuit

uit Tyndarei filiis maternum genus à
Pleurone: Testium etenim Leda patrem
Areus carminibus prodidit, Agenore Pleu-
ronis filio genitum. Ab eo monimento
non longe abest tumulus, in quo est Iun-
nis Argiæ edes, dedicatum aiunt ab Eu-
rydice Lacedæmonis filia, Acrisij Abantis
filiī uxore. Hypecheriæ verò lunonis delu-
brum ex oraculo edificatum, cum agrum
Eurotas late diluisset: operis antiqui lignū
Veneris Lunonis appellant. Ad eam pro-
filiarum nuptiis sacra facere marronas so-
lempne est. In via ad dexteram tumuli
Eteocleis est effigies. Huic, & eius patre
Hippotheni cuenit, vt victores de lucta in
Olympicis ludi declararentur, ad pal-
mam undecimam, vna tamen fuit pater fi-
lio superior. E foro in eam partem, quę
ad Solis occasum est, contendentibus, o-
stendit se Brasidij Tellidis filij honorarius
tumulus. Prope abest è candido lapide, ere-
ctum theatrum insigni valde, & spectan-
do opere. Ex aduerso theatri est Pausa-
nię, qui Plateensi prelio imperator fuit,
sepulchrum, & ei proximum Leonide.
Ad ea quotannis laudationes dicuntur;
& ludi fiunt, iu quibus est solis certandi lo-
eus Lacedæmoniis. Et Leonide quidem
issa x.l. ipsis post eius cedem annis. à
Pausan.

Pausania è Thermopylis deportata, & in hoc loco condita sunt. Erecta etiam pila est, in qua nomina incisa sunt, & eorum item paterna nomina, qui ad Thermopylas Persarum impetum sustinuerunt. Est Spartæ vicus qui Theomelida dicitur: In eo sepulchra regum sunt, qui Agidæ appellantur: Et proximè quæ Lesche, id est Statio, sive Comitium Crotanorum dicitur. Sunt autem Crotani Pitanatarum curia. In ea vicinia est Aesculapij templum, quod Enapadum dicitur. Paulò hinc longius Tænari visitur monumentum, à quo promontorium in mare prominens appellatum fama vulgavit. Deorum ibidem ædes, Neptuni Hippocurij & Dianaæ Aeginæ. Verùm si ad Leschen pedem referas, ad Isoræ Dianaæ venias: Eandem verò & Limnæam vocant, nō est illa quidem Diana, sed Britomartis Cretensiū, cuius est à me facta mētio qua in parte res Aeginatarum exposui. Proximè ea monumenta, quæ Agidis posita sunt, pilā aspicias, in qua inscripte sunt, quas de iterato curriculo tulit palmas, Anchionis vir Lacedæmonius, tum alia, tum verò Olympicæ, quæ septem numerantur, de stadio scilicet quatuor, reliquæ de iterato curriculo. Nondum autem ei, vt cum Afide cursu certaret,

peract

peractis iam prope ludis, contigerat. Hunc Anchionin cum Batto in Africā classe profectum Coloniā Cyrenen déduxisse, eiq; in eiiciendis finitimis sociis fuisse tradunt. Thetidis verò templum, hanc memorant erigendi causam fuisse: Cum armis vlciscerentur Messeniorum defectiōnem, regem suum Anaxandrum in hostilēm agrum inuasisse: Multas inde fœminas, & inter eas Cleo, quæ Thetidis fuit sacerdos, in seruitutem abduxisse: Eam Anaxandri vxorem Læandiden, à viro posciisse: Cūmque signum illam antiqui operis habere deæ comperisset, templum illi dedicasse quodam monitam fœmilio: Signum quidem ipsum in operto diligenter, & religiose seruant. At Cererem terrestrem colere se accepta ab Orpheo religione affírmant. Ego hunc sacerorum ritum ab Hermionensibus sumptum arbitror, apud quos terrestris Cereris nobile visitur fānum. Est apud eosdēm Lacedæmonios recentissimum Sarapidis delubrum, & fānum Iouis cognomento Olypij, quod & Dromus dicitur. Is enim locus mea quoque ætate adolescentibus ad cursus meditationes est attributus. Dromum ab ea parte, in qua est Agidarum sepulchrū, ingressis, ad lāuā Eumedis mo-

nimentum se ostendit:fuit & hic Eume-
des vñus de Hippocoontis filiis. Est ibi
peruetus Herculis signum, ad quod sa-
cra Sphærei faciunt, sic enim appellantur
apud Spartanos, qui,cum ex ephebis exce-
serint,inter viros iam censeri cœpti fue-
rint.Sunt in ipso Dromo gymnasia, quo-
rum vnum fuit à Spartano Eurycle dedi-
catum. Extra Dromum prope Herculis
signum domus est:nunc priuati hominis,
olim Menelai. Paulo longius progressus
templa videoas Castorum, Gratiarum,Luci-
næ, Appolliniis Carnei, Diana Hegema-
ches,quod est ac si Ductricis in præliis di-
xeris. Ad dexteram Dromi Agnitæ tem-
plum est:Aesculapij hoc est cognomētum
quod simulachrum eius ex agno:Agnes ve-
rò vitex est è viminū genere,planta rham-
no persimili. Non longe ab Aesculapij tro-
plexum extat, quod à Polluce de Lynceo
victo erectum memorant. Quod ipsum fa-
cile eorum mihi opinionem probat,qui
Apharei filios negant Sparta sepultos.
Circa ipsa Dromi principia Castores sunt
Apheterij,quasi Dimissarios dicas, & he-
roicum Alconis monimentum:Hunc Al-
conem Hippocoontis dicunt filium fuisse.
Proxime est Neptuni templum, quem Do-
matitam nominant. Vicina regiunctula ab

arboribus appellata Platanistas,proceris
enim platanis condensa est. Campus is, in
quo suas committunt ephеби pugnas,Eu-
ripo circunquaque,non aliter quam mari
insula,cingitur:Ad eum per pontes aditus
patent:In eorum pontium parte altera,
est Herculis signum,in altera verò Lycur-
gi effigies. Leges siquidem Lycurgus tu-
lit cum ad vniuersam rempu.pertinentes,
tum etiam ad ephебorum exercitationes.
Atqui & alia quædam ex vetere instituto
ephебi faciunt:in Ephебæo enim:est autē
Ephебæum in ipsis ferè Therapnes sub-
urbanis. Sed eo in loco,vtraque ephебо-
rum classis,caninū catulum Marti Enya-
lio maestant, fortissimo scilicet deorum,
victimam ex eo animalium genere illi ac-
ceptam existimantes,quod mansuetis om-
nibus fortitudine præstat. Catulos quidē
haud scio an alij Græcorum vlli imoleant
præter Colophonios. Maestant etenim Co-
lophonij deæ,quam Enodion Compitali-
tiam quasi dixeris,appellant:nigrum catu-
lum. Fiunt autem cum apud ipsos Colo-
phonios,tum apud Lacedæmonios noctur-
na inter ephебos sacra:Committunt ij ad
pugnam in illis sacris apros cicures duos.
Solet verò vñu evenire, vt vtrius classis
aper victor discesserit,ea de iuuenum lu-

dis in plataneto palmam auferat. Hæc ab illis in Ephæbæo peraguntur. Postero. vero die paulo ante meridiem, transeunt pueri per pontes in eum circu, quem Euripo circundatum diximus. Nocte superiore, qua aditus parte alterutrum agmen ingreditur sorti permittitur, ita pugnantur, ut infestis manibus, & calcibus insultent: morsibus etiam corpora foedent, & oculos hi plerunque illis eruant: Ac bini quidem ad hunc modum congreguntur, sed totis etiam agminibus impressionem faciunt, atque una acies alteram in aquam detrudere, omni nisu contendit. Ad platanetum est Cyniscae Archidami regis filiae monimentum heroicum: Ea prima foeminarum omnium equos alere instituit, & prima Ludis Olympicis de quadrigis palmarum meruit. A tergo porticus, prope platanetum erecta est, monimenta ite heroica sunt, Alcimi, & Enaræphori, neq; magno interualllo Doræci, supràque hoc Sebrii, filios eos fuisse aiunt Hippocoontis. A Dorceo quidem proximum fontem Dorcean nuncupant: A Sebro Sebrium vicum. Ad Sebrii dexteram est Alcmanis tumulus, cui in canticis pangenit nihil omnino Laconica lingua obfuit, & si nihil ea in vocibus appellandis habet suavitatis. Sunt ibi Helenæ etiam,

&

& Herculis ædes. Altera prope Alcmanis sepulchrum, sub ipsis urbis muris, altera in qua est Herculis armati signum. Esse eo habitu Herculem aiunt propter pugnam cum Hippocoonte, & eius liberis. Et Herculi quidem odij causam in Hippocoontis domum extitisse, quod, cum, ut de Iphiti cæde purgaretur, Spartam venisset, indignum putarint, quem voti compotem faceret: Illud præterea, quod ad arma rem deduxit, fuit huiusmodi. Oeonus Herculis cōsobrinus, Lycimnij Alcmenæ fratri filius, cum adolescentulus adhuc esset, cum Hercule Spartam venit. Cumque visenda urbis causa obambulans ad Hippocoontis ædes forte accessisset, in eum canis dominus custos inuasit, at ille lapide canem percussit. Hippocoontis filij cursim egredi, puerum fustibus conficiunt. Ea res Herculem vehementer commouit, subito itaque animi impetu impulsus Hippocoontis filios est armis adortus. Verum in eadimicatione vulnera accepto se clam periculo subduxit. Mox vero copiis comparatis patre, & filio male multatis, probe Oeni cædem vltus est. Et Oeni quidem sepulchrum iuxta Herculis templum visitur. E Dromo ad Solis ortum progressus, ad dexteram in diuerticulum

venias, in quo Mineruæ Axiopœnæ, quod est ac si Vindicem commeritæ noxæ dicas, cognomento ædes est: Dedicasse Herculé ferunt, cum Hippocoontem, & eius liberos pro iis, quibus lacesitus fuerat, iniurias, vltus esset: Cognomē inde sumptum, quod hominum supplicia, veteres penas appellarunt. Est eiusdem Mineruæ ædes altera, in via, quæ Dromo ad Iævam est: Dicata tradunt à Thera Autisionis filio, Tisameni nepote, pronepote Thersandri, quo tempore in eam insulam Colontam deduxit, quæ de ipsius nunc nomine Thera nuncupatur, priscis vero temporibus Calliste fuit. Proximum Hipposthenis templum, qui multas de lucta palmas tulit. Ei oraculi monitu diuinos habent honores, Neptuno eos haberi censentes, Ex aduerso prisci operis signum Enyali in compedibus. Eadem vero est ratio in hoc simulachro Lacedæmoniis, quæ Atheniensibus in ea victoria, quam Inuolucrem appellant: Hi enim vinculis impeditum à se nunquam Martem disceretur: Illi semper mansuram secum, quæ pinnis careat, Victoriam interpretantur. Has securæ rationes vrbs vtrique, quo diximus habitu, signa statuit. Est præterea Spartæ Comitium, quod varium

nuncupant: Et proxima illi heroica monumenta, Cadni Agenoris filij, & Oeolyci Theræ filij posteriorum, ipsiusque in primis Aegei Oeolyci filij. Fecisse vero illa memorat Mæsin, Læan, & Europam, quos Hyræi filios, Aegei nepotes fuisse ferunt. Idem & Amphilocho heroicum item fecere monumentum, quod horum atavus maior Tisamenus matre ortus est Demonasse Amphilochi sorore. Soli è Græcis omnibus Lacedæmonijs solenne habent Iunonem colere, quam Aegophagam nominant, eidemque capras immolare. Herculem quidem produnt primum templum dedicasse, & deæ capram mactasse. Id illū fecisse, quod contra Hippocoontis filios pugnanti nihil Iuno aduersi obiecerit, cum proinde atque in aliis certaminibus contra pugnaturam putasset: Capram vero fecisse, quod alia viæ non suppetarent. Non procul à theatro ædes est Népruni natalitij, & heroica monumenta Cleodei Hylli filij, & Oebali. De Aesculapij fanis nobilissimum est apud Lacedæmonios, ad Booneta, ad cuius Iævam Telecli monumentum heroicum. De hoc agam cum ad Messeniorum res oratio peruererit. Non longe progressis collis est non vtique magnus, in eo peruetus

ædes, & signum armatæ Veneris. Vnum hoc ex omnibus quæ viderim templis, alteram habet superstructam ædem; tanquam tabulatum alterum, & in ea est Morphus cælla, Veneris hoc est cognomen. Sedere ea videtur cum galericulo, & compedibus. Addidisse aiunt Tyndareum compedes, quo innueret vinculorum similitudine, quam firma esse fide erga viros suos fœminas oporteret. Nam deam vlcisci voluisse compedibus (sunt enim qui hoc etiam memoriarum prodiderint) ex probrantem illi filiarum adulteria, ut credam adduci non possum. Quam enim ridiculum, si putasset ab effigie, quam è cedro fecisset Veneris nomine, injectis compedibus penas expeti posse? Proxime est Ilaïræ, & Phœbes delubrum: Eas Apollinis fuisse filias, Cypriorum carminum author scriptum reliquit. Sacrantur illis virgines, quæ eodem quod deæ cognomine Leucippides nominantur: Et alterum quidem signum cum è sacris virginibus vna exornandum suscepisset, nouam amota vetere faciem repositum: Idem verò factura etiam in altero per visum in quiete deterrita est. E templi Lacunari pendet ouum tæniis religatum, illud esse memorant, quod Le-

da peperit. Intexunt ei, qui Amyclis est, Apollini quotannis mulieres tunicam; quóque intexunt loco, eam officinam, Tunicam appellant. Prope domus est, quam inhabitasset tradunt Tyndari filios, interiecto dein tempore, eam Spartanus tenuit Phormio. Ad hunc hospitium ornatu Castores venisse dicuntur, ac è Cyrene se venire simulantes, rogasse, ut hospitio se acciperet: Eam verò sibi cellam depo poscisse, qua delectabantur maxime, dum inter homines ætatem agerent. At illum in quam maller ædium partem diuerte-re eos iussisse, cellam illam vnam excepisse, quod filia virgo in ea habitat: Postero die & virginem, & eius famulatum omnem euauisse: In eo tantum cubiculo signa Castorum, & mēsam, ac super ea la-serpicij fruticem repererunt. Hac ita euauisse memorant. A Tunica ferè ad portas eundi heroum est Chilonis sapientiae nomine clari hominis, & Atheniensis herois vnius de illis qui cum Doriō Anaxandri filio in Siciliensem Coloniā clas-sē traiecerunt. Deducenda verò Coloniae ea fuit causa quod Erycinum agrum ad Herculis posteros, non ad eos à quibus tenebatur Barbaros pertinere putabant: Herculem enim aiunt cum Eryce con-

gressum, propositis certaminis conditionibus, ut si ipse viciisset Erycis finibus potiretur: si vicitus esset, Geryonæ boues illici concederet. Egerat siquidem eas praefe nantes in Siciliam Hercules, mox ipse transmisit ad Eleum Cyphum, ut ibi gregem cogeret. Verum non eadem quæ Herculem, multo post Doriëum Anaxandridæ filium dij sunt benevolentia prosecuti: Erycem enim Hercules occidit: Doriëus ab Egestaëis est cum exercitu prope ad intermissionem deletus. Lycurgo etiam Legum suarum latorit tanquam deo templum Lacedæmonij exerunt. Est in postica templi parte Eucosmi Lycurgi filij sepulchrum, iuxta aram Laethriæ & Anaxandrae: Fuerunt hæ forores geminæ, quas vxores duxere Aristodemii filij, cum ipsi itidem gemini essent, Thersandri filiæ, neptes Agamidæ, qui regnauit in Cleestonæis, quique ex Cresippo Herculis atnepote genitus est. Ex aduerso templi monumentum est Theopompi Nicandi filij: Eurybiade etiam eius, qui Lacedæmoniorum triremibus præfuit, cum ad Artemisium, & Salamina classecum Persis pugnatum est: Et Astrabæi (sic enim appellatur) heroicum monumentum. At vicus is, quod

Limnæum dicitur, Orthiæ habet Diana templum: Dex signum illud fuisse aiunt, quod è Taurica Orestes, & Iphigenia sustulerat: Deportatum illud intra fines suos Lacedæmonij affirmant, quippe qui & regem suum agnoscunt Oresten: Atque id mea sententia nullo est probabilius, quam quod Athenienses vulgarunt. Quaenam de causa Braurone Dianam reliquisset Iphigenia? Vel cum moenibus excederent Athenienses, cur eam in naues non imposuerint? An cum adhuc adeo illustre sit Tauracæ Diana nomen, ut Cappadoces cum Euxini accolis, penes utram sit gentem eius deæ signum, inter se certent: Et Lydi etiam ipsi, apud quos Anatidis Diana noble fanum est, rem controversam faciant, signum tam celebre Athenienses commissuri fuerint, Persis ut prædæ esset? Quod enim Braurone fuit, Susa prius asportatum, Seleuci deinde concessu, hac ætate habent Laodicenses è Syria. Et Diana qui dem Orthiæ signum quod apud Lacedæmonios est, esse illud ipsum, quod Barbaris ademptum est, satis perspicua sunt indicia: Primum, quod Astrabæus, & Alopecus Irbi filij, Amphiæenis nepotes, prænepotes Amphiclini

Agidis abnepotes, simulachro reperto statim mente capti sunt: Deinde quod Limnatae in Spartanis, & Cynosurefes, quinq; Mesoa, & Pitane venerant, dum sacrū dea facerent, ad iurgium, & rixam, mox etiam ad cædes conuersi sunt: Cumque ad ipsam arā occidissent, reliquos subita morbi vis absumpserit. Inde oraculum acceptum est, aram eam humano sanguine aspergi oportere: Quare cū ante sorte duceretur imolandus, sacri ritum Lycurgus ad puberum plagas transtulit, quo sit ut hoc etiam ritu nihilo fere minus sanguine humano aram imbuatur. Sacris præst fœmina, ea tantisper dum cæduntur pueri, signum præfert, quod est alióqui propter breuitatem leuissimum. Verum si, quibus cædendi negotium datum est, cum quopiam eorū qui cæduntur epheborum, vel ob speciem, vel ob natalium claritatē agant parcus, tunc eo usque signum aiunt graue fieri, ut sacerdos illud sustinere nequeat. Quod ubi ani maduertit, in cædentes scilicet causam cōfert, séque eorum culpa queritur onere op̄imi. Adeo est ei signo ē Taurica tralatitium, hominum sanguine lærari. Eandē sanè deam non Orthiam modò, sed Lygo-desmam etiam nominant, quod in Lygorum (viticis id genus) fruticeto reperta sit.

Sic erat autem vitię unde cuncte incincta, ut nihil à recto statu declinaret. Unde Orthia nomen inditum: A Dianio non lôge abest Lucina, ædificatum fanum illud, & Lucinæ dedicatū ex oraculo Delphico memorant. Lacedæmonij arcem in excelsa extrectam loco, ut Cadmeam, Thebani, aut Argui Larissam non habent: Sed cum in vrbe multi sint colles, eorum eminentissimum arcem appellant. In eo Mineruæ cædes est, cui Poliuchus, & Chalciaecus cognomen. Eius ædificatiō nem Tindareus orsus est, eoque mortuo eius liberi opus ad fastigium perducere agressi sunt, destinatis in eam exædificatiō nem Aphidnæorum manubiis: Verum illici fato suo oppressis, multis post annis Lacedæmonij, & Mineruæ dñlubrum, & eiusdem dea signum ex ære fecerunt. Opifex fuit Gitiadas homo indigena, qui & cantica fecit Doricis modis, idemque in ipsam déam hymnum. Expressæ ibidem sunt multæ de Herculis ærumnis, multi etiam eiusdem herois voluntarij, & feliciter quidem suscepit labores. Castorū cum alia facta, tum verò Leucippi filiarum rapitus, Vulcanus matrem ē vinculis eximēs, expositum est à me, qualia hæc fuisse dicantur, in eo, qui de Atticis rebus est, libro. Persea.

Perseo etiam in Africam cōtra Medusam mouenti dant Nymphæ cassidem ac talaria, quibus in sublime feratur. Elaborata etiam sunt quæ ad Mineruæ natales pertinent: Præ cunctis verò illis operibus magnitudine, & specie præstant Amphitrite, & Neptunus. Est ibidem post hæc, Mineruæ Ergane templum. In porticu ea, quæ in Merridiē excurrit, delubrum est Iouis Cosmetæ cognomēto, & ante ipsum Tyndarei monumentum: At quæ in Occasum procedit, habet aquilas duas, quibus Victoria singulae vehuntur: Lysandri donum, cum duplicitis victoriae monumentis, de viato scilicet Antiocho, Alcibiadis gubernatore, & oppressis Atheniensium tribus apud Ephesum: Tum verò eorundem Atheniensium classe ad Aegos flumina delecta. Ad lxxiam Chalcicæci, Musarum axem dicarunt, quod Lacedæmonij in prælia exeunt non ad tubæ cantus, verum ad tibiæ modos, & lyrae cantiunculas. In postico Chalcicæci, ædes est Veneris Areæ, idem prope est ac si Martiæ dicas: Signa sunt eius tam vetusta, quam alia quævis in Græcia. In dextera Chalcicæci parte, Iouis ex ære signum factum est, omnium, quæ ex eadem sunt materia vetustissimæ: Neque enim vna, & eadem fuit vniuersi operis

operis fabricatio, sed particulatim membra excusæ, inter se deinde sunt aptæ clavis confixæ, atque ita ne dissolui possint coagimentatæ. Fecisse sicut Learchum hominem R̄hegynum, quem Dipœmi, & Scyllidis nonnulli, alij ipsius Dædali discipulum dicunt fuisse: In eo tabernaculo, quod mulieris Scenoma vocitant, effigies quædam, quam Euryleonidae Lacedemonij, qui bigis in Olympicis vicerit, esse dicunt: Ad ipsam Chalcicæci aram duæ sunt imagines Pausanias illius, qui imperator Plateænse prælium commisit. Quæ verò eius fortunæ euenta fuerint, quod satis nota omnibus sunt, in præsentia non commemorabo. Possunt præterea ea cognoscere, qui velint, ex iis, qui de illis accuratissimè scripserunt. Audiui autem de Byzantio homine, cum diceret, prodigionis reum factum: solum ex omnibus, qui ad Chalcicæci confugissent, impunitatem non meruisse: neque verò aliâ ob causam, quam quod cædis piaculum eluere non potuisset. Is enim cum Hellespontum Spartanæ, & sociorum classis imperator castra haberet, virginis Byzatiæ cupiditate incensus est: Cum verò prima nocte, quibus negotium datum erat, Cleoniken ad eum perduxissent (id enim erat puellæ nomen) som-

num iam capiens, repente strepitu est excitatus: Forte enim illa accedens accusam lucernam deiecerat, ibi Pausanias, qui sutorum de Græcia prodenda sibi consiliorum conscientius perpetua animi conturbatione, & paurore agitari solitus erat, per terrefactus, virginem acinace transuerberat: Hoc illud fuit facinus, cuius fraudem nunquam effugere, nullis expiationibus, nullis Absolutori Ioui déprecationibus suscepitis, cum in Arcadiam etiam ad Lustratores eos, qui Psychagogi idest Animorum curatores appellantur, Phrygaleam venisset, luere potuit: Dedit itaq; ille Cleonice meritas pœnas: At Lacedæmonij Delphici Apollinis iusu æneas & imagines posuerunt, & genium venerantur Epidoteni nomine, auerti ab eo interpretantes omnem numinis offensionem, quæ ex contemptu Pausaniæ déprecatione existere potuerit. Prope Pausaniæ statuas est Ambologera Veneris, quod est ac si dicas Senectutem retardantis simulachrum ex osculo dicatum: Sua etiam sunt Somno, & Morti: esse verò germanos, ex Homeris, qui in Iliadè sunt, versibus, creditur. Euntibus prope ad Alpium, id vici nomen, Mineruæ est Ophthalmitidis ædes, dedicata Lycurgo ferunt: Nam cum alterum

ram ei oculum excussisset Alexander, cui ab illo latæ leges minime placebant, in hunc vicum confugit: Vbi Lacedæmoniorum concursu seruatus, quo minus & alterum oculum perderet, Ophthalmitidi Mineruæ templum fecit. Hinc progressis Ammonis templum est, ac Libyco quidem oraculo omnium maximè vsos constat Lacedæmonios: Quin & Lysandrum Aphytin in Pallene oppidum oppugnante per nocturnum visum monitum ab Ammone, melius Lacedæmoniis euenturum si Aphytas desissent bello vexare, & obsidionem soluisse, & Ammonis religiosius colendi authorem fuisse tradunt. Venerantur certe Ammonem Aphytæi cultura nihilo minore quam Ammonij ipsi in Libya. De Cnagia verò Diana, hæc sunt memoriae prodita: Cnagea hominem indigenam ad oppugnandum Aphidnam cum Castore, & Polluce venisse: In pugna verò captum, & venum sub corona in Cretâ misum: seruitùtem ibi seruisse, vbi fuit Cretenibus Diana fanum. Verum, exacto temporis curriculo, effugisse illum, & vna ipsam Diana sacerdotem, deæ signo ablati: inde extitisse deæ Cnagiae cognomen. Sed enim Cnageum hunc in Cretam alio ego casu, quam quo dicunt Lacedæmonij,

venisse crediderim, quippe qui neque prægnam commissam ad Aphidnam puto, eum eo tempore Theseus in Thesprotis detineretur: Neque in eius officio essent Athenienses, siquidem erant illi in Mnesthei partes multo propensiiores. At qui neque facto prælio veri satis fuerit simile, quenquam de iis, qui vicerat, captum: Præfertim vero cum tam longo interuallo superiores discesserint Lacedæmonij, ut ipsam etiam Aphidnam ceperint. Verum haec tenus de his satis quidem multa. A Sparta Amyclas venientes excipit Tiasa amnis, nomen ei à Tiasa puella Eurota filia. Proxima amni est Gratiarum ædes Phænnæ, & Cletæ, quæ sunt Alcmanis verbis nobilitatæ: Lacedæmonia parant gratias ædem eam dedicasse, nomina etiam imposuisse. Inter illustria opera, quæ Amyclis visuntur, columnæ inlætit Aeneatus Quinqueratio, qui in Olympia vicit declaratus, accepta corona statim è vita cœsir. Eius itaque illic est effigies, & ræni tripodes. Nam decennalia antiquiores esse aiunt eo bello quod cum Messeniis gestum est: In eorum primo stat Veneris simulachrum. Diana in altero, cum ipsis tripodes, tum quæ sunt in iis operis superuacanci, Gitiadas fecit. Tertius est ab

ab Aegineta Callone factus, in eo Proserpina insit. At Parius Aristander, & Polycletus Argivus: Formiam ille cum lyra, Spartam scilicet ipsam: Hic Venereum, quæ ad Amyclæum vocatur, fecerunt. Præstant hi tripodes cæteris magnitudine, & de victoriæ ad Aegos fluminæ manubiis dedicati fuere. Bathyclis vero Magnesij, qui sellam Amyclæi fecit, sunt opera dona etiam reliqua, quæ sellæ addita sunt, Gratiae, & Leucophrynes Diana signum. A quo vero Bathycles hic artem didicerit, vel quo Spartæ regnante illa elaborauit, nihil est necesse hoc loco commemorare. Sellam ipsam ego vidi, quare eius iam omnem ornatum literis mandabo. Sustinet eam à fronte, & à tergo Gratiae duæ, & Horæ totidem: In leua parte Hydriæ spectatur, & Typhon. In dextera Tritones: Quod si quæ aduentitia sunt singula exactius confester, facile nimis multum iis, qui hæc legerint, negotij exhibuero. Sunt multa alioqui acutius coniicienti non obscura. Taygeten Atlantis filiam, & eius sororem Alcyonem asportant Neptunus, & Iupiter. Inscalptus est Atlas ipse, & Herculis cum Cyclo pugna: Centaurorum præterea apud Pholum pugna. Iam vero quare Mino-

372 PAVSAN. LACON. SIVE
taurum ita fecerit Bathycles, ut vincitus
trahi à Theseo viuens videatur, non sanè
noui. Est in eadem sella Phæacum cho-
rus, & Demodocus cantans: Persei etiam
in Medusam facinus cernitur. Ut mis-
sum verò faciam Herculis cum Thuria
gigante certamen, Tyndaricum Eury-
to, visitur illuc Leucippi filiarum raptus:
Liberum patrem in cœlum portat Mer-
curius: Minerua Herculem deducit de
cœlitibus unum in posterum omne tem-
pus furorum: Iam Peleus Achillem Chi-
roni alendum tradit, qui doctor etiam
eiusdem, & magister fuisse dicitur: Ce-
phalus ob formæ præstantiam rapitur ab
Aurora: Harmonia nuptias donis cele-
brant dij: Venit in operis partem Achil-
lis cum Memnone dimicatio: Diome-
den præterea Thraciæ regem Hercules,
& ad Euenum amnem Nessum interfici-
cit Mercurius deas in iudicium ad Ale-
xandum deducit. Ad hæc Adrastus, &
Tydeus pugnam dirimunt, in quam de-
scenderant Amphiaraus, & Lycurgus
Pronactis filius: Tum Iuno Iō Inachi
filiam iam bouem factam aspicit: At
Minerua infestantem Vulcanum fugi-
tat: Inter hæc est Herculis in hydram,
quo ordine gestum est, facinus: Idem
etiam

etiam Hercules Plutonis canem raptat.
Anaxias, & Mnasinus equis uterque insi-
dent: Megapenthes, & Nicostratus Mene-
lai filij eodem vebuntur equo: Bellero-
phontes Lyciæ monstrum conficit: Hercu-
les rursus Geryonē boves abigit: In sellæ
superiore margine utrinque Tyndari fi-
lij equis insident: Infra eos equos Sphin-
ges, supra ferè decurrent: Pardus contra
Castorem: in Pollucem verò Leona. Sum-
ma solij tenet Magnetum chorus, quod
scilicet Bathyclem in solio elaborando iu-
uerunt: Interiora illa sunt propè Tritones,
api Calydonij venatio: Hercules actoris
filios trucidat: Calais, & Zetes à Phineo
Harpyas arcent: Visuntur Helenam ta-
pientes Pirithous, & Theseus: Hercules
leonem strangulat: Tityon Apollo, & Dia-
na sagittis configunt: Herculis etiam cum
Oreo centauro pugna, & Thesei cum Mi-
notauro expressa est: Herculis rursus cum
Acheloo lucta, quæque de Iunone suo fabu-
lis prodita: vincitam scilicet à Vulcano fuis-
se: Ludi deinde, quos patri fecit Acastus:
Quæ de Menelao, & Aegyptio Proteo in
Odyssea commemorantur: Postremò verò
Admetus ad currum aprum: & leonem
iungit: Troiani Hectori inferias mittunt:
Solum ipsum, ea parte, qua Deo sessio

parata est, non illud quidem æqualiter planum, verum sedilia habet multa, atque inter ea satis ampla interualla: Medium omnium latissimè patet: Ibi simulachrum collocatum est: Qua id magnitudine sit, nemo, quod sciam, compertum tradidit: Quantum conjectura assecurat possis haud breuius cubitum xx. videatur. Non fuit eius opifex Bathycles: Est enim priscum, & sine arte factum, nempe quod præter os, manus, & imos pedes, cætera æneæ columnæ persimile sit: Capite galeam, lanceam manibus, & arcum præfert: Simulachri basis aræ formam habet: Sub ea Hyacinthum sepultum tradunt, & in Hyacinthiorum celebritate, priusquam sacram Apollini faciant, per æneum hostiolum, quod in aræ lœua parte est, inferias Hyacintho mittunt: In ea basi insculpta sunt, hic Biridis, illic Amphitrites, & Neptuni signa: Tum verò Iupiter, & Mercurius inter se colloquentes. Prope assistit Liber pater, & Semele: Huic proxima Ind. Sunt in eadem siue basi siue aræ Ceres, Proserpina, Pluto: Vnâ cum his Parcae, & Horæ, & illis adiunctæ Venus, Minerua, Diana: In cœlum autem hæ tollunt Hyacinthum, & sororem eius Polyboean, quam è vita virginem decessisse narrant: Atque

illud quidem Hyacinthi signum cum barbula est: Nicomedensis Nicias eximia illum forma fuisse scriptum reliquit, cum de Apollinis in illum amore quiddam insueret. In ea ipsa ara Hercules locum suum habet, hunc ipsum etiam Minerua, & alij di in cœlum deducunt: Ibidem & Thestij filiæ sunt, Musæ, & Horæ. De Zephyro verò, & quemadmodum ab Apolline sit Hyacinthus imprudenter peremptus, longè se fortasse aliter quam ut exponitur res habet: Perinde verò fuisse ceuatur, ac vulgatum est. Amyclæ à Doriensibus deleta vici iam formam habet.

Insignia illic sunt Alexandræ templum, & simulachrum: Alexandram quidem Amyclænenses Cassandram Priami filiam esse dicunt. Est ibidem Clytemnestre effigies, & Agamemnonis statua, quo loco eiusdem credunt fuisse monumentum. Venrantur horum locorum incolæ præ cæteris Amyclæum, & liberum, cognomento Psilaneum appellantes, appositæ illi quidem mea sententia, Psila enim Dorienses, pinnae nuncupant, nam vinum homines perinde ac aues pinnulæ, incitat & subleuat. Altera ab urbe Therapnen dicit via: In ea signum est Alexæ Mineruæ, & antequam Eurotam transfas, paulum supra ripam

Iouis Opulenti fanum monstratur. Vbi trāsieris templum videoas Cotylei Aescula pij, quod Hercules dedicauit, deōque id cognominis incidit à vulnere sanatus, quod in pugna priore contra Hippocoontem, eiūsque liberos in Cotyle, idest coxendice, acceperat. Maximē verò eorum, quæ in hac via extant, operum, priscum est Martis fanum. Eiusdem dei ad viæ laeuanam, quod visitur simulachrum, è Colchis à Castore, & Polluce deportatum ferunt: Theretam cognomine appellant, de nutricis Therū nomine. Verum ipsum etiam fortassis nomen Colchicum est, neque enim Græci vllam norunt Therω Martis nutricem: Mea fert opinio, non esse à nutrice hoc Marti cognominis, sed à feritate, quod bellicosum hominem cum prælium iam ineat nihil mite præ se ferre oporteat. Proinde ac de Achille dixit Homerus.

Et que leo toruum aspexit.

Therapue à Lelegis filia nomen accepit. In ea Menelai delubrum est: Eo in loco Menelaum, & Helenam educatos tradunt: At Rhodij Lacedemoniis neutiquam assentiuntur: Aiunt enim Helenam Menelaō mortuo, errante etiam num Oreste, à Nicostrato, & Megapenthe pulsam, ad Polyxenam Tlepolemi vxorem, cognatam suam

Rhod

Rhodum venisse, fuisse verò & ipsam Portu Argiāam, quæ cum ante multo cuna Tlepolemo fuisset, virum in exilium secuta est. Ac tunc quidem insulę imperasse, suscepta paruuli filij tutela. Hanc itaque Pollyxenam Tlepolemi necem volentem, vbi in potestatem Helenam habuit, immisile in eam lauantem ancillas furiarum ornatu, quæ illam comprehensam, cum ad arborem suspendissent, laqueo necarunt. In eius rei memoriā dedicasse Rhodios Helenę Dendritidis fanum. Quę verò de Helena Crotoniatæ vulgarunt assentientibus Himareis ea iam commemorabo. Est in Euxino circa Nili hostia insula Achilli sacra, cui Leuce nomen. Patet ea stadiūm xx. ambitu, syluis vndique condensa, & cum feris, tum mitibus bestiis referta. In ea Achillis delubrum, & simulachrum est. Nauigasse in eam primus omnium Crotoniates Leonymus dicitur. Cum bellum enim inter Crotoniatas, & Locros in Italia gereretur ac Locri ob eam, quæ ipsis erat cum Opuntiis, propinquitatem, Aiacem Oilei filium, eius ductu, & auspiciis prælium commissuri, inuocassent, Leonymum Crotoniatarum ducem in eam hostilis acie partem impressione facta, quam cū imperio obtinere Aiacem audierat, vul-

A 5

nus aīunt in pectore accepisse. Ex eo cum vehementer laboraret, Delphos opem ab oraculo imploratum venisse: Responsum vero tulisse, si in Leucen insulam profectus esset, Aiacei vulneris remedium monstrare. Cum vero iam sanatus domum reuertisset, commemorasse Achillen se, Aiacei Oilei filium, & Telamonis item Aiacei vidisse: cumque illis una Patroclum, & Antilochum: Et Achilli quidem nuptam Helenam: Mandasse eam sibi ut Himeram appulsus, nuntiaret Stesichoro oculorum calamitatem ob Helenam ei iram accidisse: Ex eo factum ut carmen, contrario argumento, quam Palinodiam vocant, Stesichorus fecerit. Ad Therapnen, fontem sum conspicatus Messeiden: cum non desint tamen e Lacedaemoniis qui non hunc, sed fontem eum, qui aetate hac Polydeucea nuncupatur, Messeiden a priscis vocatum affirment. Est vero Polydeucea fons, & Pollucis fanum, ad eius viae dexteram, que Therapnen dicit. Non procul a Therapne Ephoebeum est, & in eo Castorum delubrum, quo in loco puieres sacrum Enyalio bellico numini faciunt. Non multum hinc abest Neptuni templum cognomento, quo i terra in suis potestate sit, Gzauchi. Ab eo Tay-

getum

getum versus procedenti vicus est, Alefias nominant, quod est ac si Pistorium dicas. Eo in loco molam primum omnium reperisse, & fruges molere docuisse Myletia Lelegis filium tradunt. Vbi vero amnem Phalliam traieceris, recta Amyclas contendenti, Pharis olim vrbis in Laconico agro habitabatur. A Phellia abeuntibus ad dexteram via est, que ad Taygeton dicit. In ea planicie Iouis Melapsei fanum est: Id ei cognominis inditum tradunt de sacrificuli nomine. Iam vero a Taygeto vicus excipit, vbi olim Briseas vrbis incolebatur. Extat Liberi patris templum & signa quaedam sub diuo relicta. Nam quod intus est, solis fas est mulieribus aspicere: Solae enim mulieres in operato sacra faciunt. Taygeti vertex supra Bryseas Taletum sustinet: Sacrum Soli appellant: Ibi & alias hostias, & equos Soli cædunt: Idem autem sacrū & Persis patrium esse nouimus. Non procul a Taleto saltus est qui Euoras dicitur. Is & ferarum alia genera, & in primis sylvestres capras alit. Facit vero qualibet sui parte Taygetus venatoribus luculentam caprearū, aprorum, ceruorum, & vrsorum copiam. Quod interest spacijs inter Taletum, & Euoram, Theras nuncupant. Ab ipsis Taygeti iugis modi

modicè distat Cereris delubrum, cui cognomen Eleusinæ in eo occultatum memorant Herculem ab Aesculapio curato vulnerere. Est ibidem & Orpheï signum possum, Pelasgorum opus fuisse aiunt. Equidem & alios hosce, quæ illic sunt, sacrorum ritus noui. Ad mare oppidum fuit Helos, cuius est apud Homerum in enumeratione nauium mentio.

Quisque mari vicinum Helos, & quis patria Amyclæ.

Huc deduxit Coloniam Helius Persei liberum natu minimus. Postea Dorientes per obsidionem sunt oppido potiti, ex quo primum publici extitere Lacedæmoniorū ferui, qui sunt à loco Ilotæ nuncupati. Obtinuit deinde usus, ut cæteri etiam, qui ad seruitorum numerum accessissent, quanuis Messenij vti priores illi non essent, Ilotæ tamen & ipsi appellarentur, quemad modum & Hellas, ab Hellade quæ fuit olim Thessaliæ pars, Græcorum vniuersatio dicti. Ex eo ipso oppido, quod Helos diximus vocari, Proserpinæ simulachrum statis diebus in Eleusinum deportant: Ab Eleusino stadia xv. distat, quod Lapithæum appellant à Lapitho homine indigena. Est verò & ipsum in Taygeto, propèque abest Derrhion, vbi sub diu

Dian

Dianæ signum Derrhiatidis: Proximum fontem Anonum nominant. A Derrhio ad stadia circiter x. Arplea sunt ad campos usque pertinentia. Iam verò à Sparta in Arcadiam recta contendentibus monstræ se Minerua cognomento Pareæ signum sub diuo. Dehinc Achillis fanum est, quod recludi religio est: At puberibus omnibus quotcunque in Platanetum pugnaturi descendunt, solenne est Achilli ante pugnam rem diuinam facere. Aedificasse fanum dicunt Spartani Præcen pro nepotem Pergami eius, qui è Neoptolemo est genitus. Progressis paulo longius est Equi monumentum, quo in loco Tyndareus dicitur conuocatis Helenæ procis, super exerci equi testibus iusuardum concepisse, cuicunque Helena deponaretur, armis se illius iniuriam, si à quoquam nuptiæ illæ violatæ fuissent, vindicaturū. Cum hoc illos sacramento adegit, equum eo ipso in loco defodit. Prope absunt pilæ septem, priscorum opinor, ritu erectæ, quas errantium v. i. stellarū signa esse aiunt. Iuxta viā Cranij lucus est cognomēto Stemmaci. Est & Mysæ Diana delubrū: Abest ab urbe stadia circiter xxx. Pudoris simulachrum: Icarij domum esse ferunt, & hanc celebrant dedicatio-

nis

nis causam. Cum Icarus Vlyssi Penelope nuptum dedit, Vlyssis animum tentauit, nunquid Lacedæmonie domicilium habere vellet: Quæ spes ubi hominem fecellit, filiam orare cœpit, ne se deserret, atque ut secum permaneret. Quia & Ithacam iam proficiscentem in curru prosecutus multis eam solicitabat precibus: Vlysses tandem victus hominis importunitate, puellæ optionem dedit: vel se ut sequeretur, si id mallet, vel cum patre Lacedæmonem rediret: Ibi illam aiunt nihil sanè respondisse, sed faciem tantum velaſſe, Icarium cum sibi probè nosse videtur, quid illa animi haberet, ut cum Vlysse abiret, permisisse: Signum verò Pudoris ea in viæ parte dedicasse, quo Penelope, cum faciem velauit, peruererat. Qui stadia ferè x x. processerint, ad Eurotam annem accendent, qui prope ad ipsam viam decurrit. Ibi Ladæ monumentum est, qui pedum celeritate suos omnes & quales vicit. Is in Olympicis ludis de longiore curriculo est coronatus. Atq; inde, vt ego opinor, post vistoriam hic reportatus, cum diem suum obisset, supra militarem viam humatus est. Cognominem verò huic alterum, qui & ipse vistor, non tam de longiore curriculo, verum de stadio, est renunciatus,

Achi

Achium ex Aegio fuisse, Eleorum de iis, qui ex Olympia victores discesserunt, commentarij testantur. Hinc Pellana versus contendentibus vicus est, cui Characoma (ac si Vallum dicas) nomen. Proxima priscis temporibus fuit Pellana vrbs, in qua Tyndarcum habitatæ tradunt, cum è Sparta Hippocoontem, eiisque filios fugios excessisset. Hic, quæ conspicerentur digna, Aesculapij fanum, & Pellanida fontem vidi: in eum fontem virginem a quam haurientem concidisse narrant, eius verò capitis velamen in alio fonte, cui Lancea nomen, repertum. Abest à Pellana stadia fermè centum agri pars ea, quæ Belemina dicitur. Locus est maximè irruuius, quem nempe Eurotæ aqua interluit: Multis certe, ac perennibus scatet fontibus. Quà verò ad mare prope Gythion descenditur, vicus est Lacedæmoniis, cui Croceæ nomen: In ea lapidicinæ perpetuo, ac nusquam interrupto saxo. Cæduntur inde lapides fluuialibus haud absimiles, qui cælo sanè non nihil repugnant, elaborati tamen & expoliti, suam habent in deorum cellis exornandis gratiam: Multum iidem & piscinis, & aquarium ductibus afferunt decoris. Stat ante vicum lapide elaboratum Croceatae Iouis simulachrum.

chrū: Proximē ad Iapadicinas Castores ex are. A Crōceis diuertens ad dexteram de recta quæ Gythion dicit, ad oppidum venias quæ vocantur Aegyæ: Id esse putant quod Homerus carminibus Augeas appellat: Est eo in loco stagnum quod Neptuni dicitur, in eius fermè ripa eiusdem delubrum dei, & simulachrum. E stagno pisces metuant extrahere, quòd qui eos cernerint ex hominibus in pisces mutari dicitant. Ab Aegyj distat Gytheum stadia xx. Maritima tenent. Eleutherolacones, sic nempe iij appellantur, quos Imperator Augustus. Spartanorum dominatu liberauit. Mari verò tota incingitur Peloponnesus, parte ea excepta, vbi Corinthiorum Isthmus est. Fert autem Laconicum mare conchylia, ex quibus ad infeturam vestium purpura comparatur, nobilitate solis iis, quæ in rubro mari capiuntur, inferiora. Vrbes quidem Eleutherolaconum xxi. extant, quarum prima ab Aegyis descendētibus est Gytheum, deinceps Teuthrone, Las, Pyrrhichus, ad Tœnarum Cenopolis, Oetylos, Leustra, Thalamæ, Alagenia, Gerenia, & ad mare proprius multo ultra Gytheum Asopus, Acriæ, Bœæ Zarax, Epidaurus Limera, Brasæ, Geronthraæ, Marios: Atque hæ quidem

quidem reliquæ sunt Eleutherolaconum vrbes, cum ante quatuor & viginti fuisse. Cæteræ, quas iam persequar, in curias eas descriptas esse, sciat qui hæc leget, quæ Spartana ciuitate continentur, quæque cum eo censemur, neq; suis legibus utuntur, vti quæ iam enumeratae sunt: Gytheatæ nemini omnino mortalium origines suas acceptas referunt, sed Herculem, & Apollinem, memorant, cum in certamen de tripode descendissent, iam lite dirempita, oppidum communī ope, atque consilio condidisse: Quare in foro sua sunt dis ipsis posita simulachra. Proximè est Liber pater, & in diuersa fori parte Apollo Carnias. Est item Aesculapij ædes cum æreo signo, sine lacunari: Tum deo dicatus fons, & Cereris sacrosanctæ delubrum: Ad ea Neptuni Gœauchi signum: Quem verò Gytheatæ senem nominant, & in mari habitare dicunt, Nerea esse coniicio: Et è versibus illis Homeri, in quibus Thetidi sermonem tribuit, nomen hoc duxisse interpretor.

Vos agite interea ponti rada lata subite,
Visure æquoreumq; senem, & penetralia patris:
Sunt hac in regione portæ quæ Castorides
nuncupantur. In arce Mineruæ ædes, &
signum. A Gytheo stadia tria distat la-

pis, qui Ocioſus dicitur, Orestem aiunt, cum ibi ſedifſet infania liberatum. Ex rei euentu lapis ille Iupiter vocatus est Capotes Dorieſium lingua. E regione Gytheo, Cranæ iſula eſt, in qua Alexandrum rapta Helena, cum ea primum con gressum Homerus dixit: Quare in continentis terræ aduerso litore Veneris eſt Migonitidis ædes, quod eſt ac ſi Coniugalis dixeris: ac regio illa tota Migonium vocatur, templum quidem Alexandrum tradunt faciundum curaffe: At Menelaus octauo fermè poſt Troiæ eneſionem anno, domum in columis reueſus, proxime ad Migonitidis, ſignum Thetidis, & deæ Praxidicæ, quaſi Vindicatricis dicas dedi cauit. Libero verò patri ſupra Migonium ſacer mons eſt, quem vocant Laryſium: Eo in loco vere ineunte festos agitant dies. Sacri cum alias referunt causas, tum quod ibi primum vuam maturam repererunt. Ad Gythei lauam ſtadia ad x x x. progreſſis in continentि terra mu ri ſunt Trinaso, ſic enim appellatur locus ille, quem ego caſtellum non oppidum fuifſe arbitror, ac nomen ei in ditum à partuis iſuſilis, qua contra litus ſunt nu mero tres. A Trinaso ſtadia circiter lxx x. ruinae murorum abſunt, Helos vbi

vbi olim vrbs fuit. Iam ſtadia procul x x x. oppidum eſt maritimum Acriæ. Illic quaſe ſpectentur digna matris Deūm ædes, & e marmore ſignum: Et hoc quidem ope rum omnium vetuſiſſimum eorum, quaſe extant apud Peloponnesios matris Deūm dicata, prædicant, qui Acrias incolunt. Nam Magnesij qui in Sipyli parte ea ſunt, quaſe ad Aquilones conuerſa eſt, ſuper ſaxo, quod appellant Coddinum, ſignum eiusdem deæ habent, longè omnium antiquiſſimum: Brotean verò illud Tantali filium feciſſe perhibent. Acriata Nicoclen Olympionice ediderunt, qui binis ludis de cuiſu palmas v. tulit. Moru mentum Nicocli ereſtum eſt inter gym naſium, & eam iuorū partē, qua cum portu coniuncta eſt. Ab eadem maritima parte ſupra Acrias ad ſtadia fermè c x x. abſunt Geronthras. Eam vrbeam celebrem ante Heraclidarum in Pelopon ne ſum aduentum, Doriensēs, quorū erat in potestate Lacedaemon, euerterunt: pulſilque veteribus incolis, Coloniādēduxerunt: Aetate quidem mea ciuitas hæc in Eleutherolaconum censum refertur. In iſpa via, qua Geronthras ab Acriis iter pa gus eſt, qui Priscus dicitur. Geronthras Martis delubrum, & lucus. Sacra ibi fa

ciunt anniuersaria, quibus feminis est interdictum. Circa forum dulcium aquarū fontes sunt. In arce Apollinis ædes, & signi ex ebore caput, quod fuit reliquū vna cum vetustiore templo ignis aboleuit. At Marios, aliud Eleutherolaconū oppidum, à Geronthris distat stadia c. Priscum ibi est dis omnibus commune templum. Proximus lucus multis irriguus fontibus. Sunt & in Dianio fontes. Perennibus quidem aquis æquè atque alia regio Marios abundat. Pagus est supra oppidum Glypia, & hic interior à mari. Et ad alterum à Geronthris pagum Selinuntem nomine, via est stadium x x. Ab Acriis tamen mediterranea, quam à maritima parte stadia abest i. x. oppidum Asopus. In eo Romanorum Imperatorum templum, & supra oppidū stadia plus minus x ii. Aesculapij fanum est. Deum ipsum Philolaum nominant, quod est ac si Publicolam dicas. Ossa ea, quibus in gymnasio honos habetur, sunt illa quidem insigni magnitudine hominis tamen fuerunt. Est & Mineruæ in arce ædes, cognomento Cyparis siæ. Ad imam arcis partem ruinæ sunt opidi, quod Achiuorum Paracyparisiorum nuncupatur. In his item finibus est Aesculapij fanū: quod ab Asopo distat stadia i.

regium

regiunculam Hyperteleton vocant. Excurrit in mare procul ab Asopo stadia c. c. promontorium, quam Asini maxillam nominant. Est in ipso Mineruæ templū sine signo, & recto, factum tradunt ab Agamemnone. Est & Cinadi monumentum, fuit & hic Menelai gubernator. Infra promotorium aperit se Bœaticus sinus, in cuius extremo cornu Bœus vrbs est. Eius fuit conditor Bœus, unus de Herculis filiis, Etribus ciuitatibus, Etiade, Aphrodisiae, & Sida, colonia deducta: Illarum verò priscarum vrbium duas in huc sinum tempestate delatum Aenean dum in Italiam fugeret condidisse ferunt, & alteram de filiæ Etiadis nomine appellasse. Tertiæ à Sida Danai filia nomine datum. Ex his ciuitatibus profugi, cum quererent vbi consisterent, responsum accepertunt, Dianam quo loco vrbem condere monstraturā: In terram expositis se lepus ostēdit, quem secuti tanquam viæ ducem, cum ille se ad Myrtū recepisset, eo ipso in loco vbi myrtus illa fuit oppidum munierunt. Stirpem eandem nunc etiam colunt, & Dianam celebrant Seruaticem. In Bœnium foro Apollinis delubrum est, & alia in regione Aesculapij. Serapidis verò, & Isidis fragmenta absunt Bœis haud amplius stadia

vii. Ad laeum huc euntibus adstat Mercurij è marmore simulachrum. Et inter iuxta facile conspicere potest Aesculapij, & Hygeæ templum. Contra Boeas Cythera sita sunt, ad Platanistuntem (ab ea enim parte ut minimum distat à continentis insula hac) sed ad Platanistuntem promontorium, ab eo promontorio, quod in ora, Asini maxillam diximus appellari nauigatio interest stadium xl. Habent maritima Cytherorum Scandeæ nauale. A Scandeæ ad ipsa Cytherorum moenia ascendunt stadium x. via. Est illic Vranie Veneris fanum, eorum omnium, quæ apud Graecos Veneri dicata sunt maximè priscum. Deæ signum cum armis est. A Boeis ad ea quæ supra Malean promontorium sunt, nauigantibus stagnum est, quod Nymbeum nominant. Prope Neptuni signum recto statu, & mari vicina spelunca, in qua dulcis aquæ fons. Frequens est locus circunquaque incolentium hominum multitudine. Malean præterueritis ad c. ferre stadia, vicus est Apollini sacer, in ipsis Petrarum finibus, cui nomen Epidelium. Quæ enim eo in loco visitur Apollinis effigies eadem est, quæ olim Deli dedicata fuit. Nam cum esset Delos totius olim Græciorum emporium, eaque sola religione munita,

contra omnes omnium iniurias, incolas tueretur, exortus est Menophanes quidam Mithridatis copiarum dux, qui vel suapte insolentia, vel regis imperio impulsus (homini enim ad pecuniam omnia referenti, facile diuina quæstu inferiora sunt) in insulam, cum murorum, tum armorum præsidio carentem, cum classe inuasit: Vbi & peregrinis qui illic tunc forte erant, & ciuibus cæsis, negotiatorum pecunia direpta, donatiis compilatis, coniugibus Deliorum, & liberis sub corona venditis, ipsam etiam urbem sola equauit. In ea populazione Barbarorum quidem effigiem, de qua diximus, petulanter sede sua motam in mare abiecit: Ea maris æstu in Boearum fnes delata, loco nomen dedit Epidelium. Verum dei iram neque Menophanes, neque Mitbridates ipse effugit. Non multo enim post Deli calamitatem, cum in altum proueheretur, qui eius manus effugerant negotiatores, hominē occiderunt: Mithridaten verò coegerit deus ipse manus sibi consicere. Cum amissio iam regno, à Romanis huc illuc pulsus nuspiā posset consistere: sunt qui illum dicant ab uno de Barbaris mercenariis magni beneficij loco imperasse ut se cōficeret. Has violati numinis poenas impij homines de-

392 PAVSAN. LACON. SIVE
derunt. Finitima est Boeatis Epidaurus, Li-
mera cognomento, abest ab Epidelio sta-
dia circiter c.c. Esse verò eam coloniam
aiunt non Lacedemoniorū, sed Epidaurio-
rum, qui intra Argiuorū fines sunt. Cum
enim Legati ab Epidauriis publice in Co-
on insulam ad Aesculapium missi, ad hāc
agri Laconici oram appulissent, somniis
quibusdam monitos, sedem eo in loco sta-
tuisse memorant. Quin angue etiam quē
secum Epidauro abduxerant ē nauī elas-
plum, in mare se demersisse, quare & vi-
sis per quietē, & eo prodigio adductos ibi
constitisse, & sibi oppidum communisse.
Extant quo loco se ē conspectu anguis ei
puit, aræ Aesculapio dedicata inter spon-
te enatas oleas. Progressi ad dexterā sta-
dia circiter duo aquam videant, quæ Inus
dicitur: Palus est parua, qualata est, qua ve-
rō subsidit alte descendens. In eam festo
Inus die solenne est panificia porricere, ea
si demergantur, secunda ei qui porrecerit
promitti autumant, contra verò aduersa,
quoties illa aqua reiecerit. Eandē habere
portedēdi vim dicuntur Aetnē mōtes Cra-
teræ: Abiiciunt enim in eas homines cum
sigilla argētea, & aurea, tum verò cuiusvis
generis victimas: Ea si absumperit ignis,
læta sibi nunciari: contra si regesserit, ma-
le euen-

le euenturum ei à quo illa missa fuerint
interpretantur. Prope viā, quæ Boeis ad Li-
meran Epidaurum dicit, in Epidauriorū
finibus Dianæ Limnatidis delubri est. Op-
pidum ipsum non procul à mari in emi-
nenti loco surgit: Quæ spectentur digna
illic sunt Veneris fanum, & Aesculapij, in
quo simulachrum marmoreū stantis habi-
tu: Tum in arce Miueruae ædes, & ad por-
tum Iouis cognomento Seruatoris. Pro-
montorium in Pelagus sub ipsa vrbe ex-
currit, cui nomen Minoa. Sinus qui hac in
parte portum efficit, nihil ille quidem à
cæteris differt maris in Laconiae latus ir-
ruptionibus. Litus quidem ipsum calculis
abundat, figura & colorum varietate spe-
ciosis. Ab Epidauro stadia ferme c. Zarax
abest, hæc ora portum habet valde appell-
entibus idoneum, sed enim ex omnibus
Eleutherolaconum ciuitatibus hæc in pri-
mis magnis afflcta est cladibus. Nam &
Cleonymus Cleomenis filius, Agesipoli-
dis nepos, hoc vñū Laconici nominis op-
pidū deleuit. De Cleonymo, quæ res poslu-
lavit alio loco diximus. Ad Zaraca aliud
quidē nihil insigne est: In portus duntaxat
extremis finibus Apollinis delubri est, &
simulachru Citharæ tenens: Hinc ad mare
stadia circiter iv i. progressi, atq; inde a d-

mediterranea reuersis stadia prope x. Cyphantū, sic enim populi illi sunt appellati, ruinæ se ostendunt. Et inter ea Stethæum Aesculapij fanū cum simulachro marmoreo. Est ibidē saliens frigidissimæ aquæ è faxo proruptis: Atalantā à venatione siti laboratē, cū saxū illud cuspide percussisset aquā eliciuisse ferūt. Brasū extremū hac in parte Eleutherolaconū ad mare oppidum est, distat à Cyphatibus stadia c. c. nauigatione. Incolæ ea sermonibus vulgarū, que neutiquā alij Græcorū populi cōficitur. Semelen quidē Ioui Liberū patrē peperisse, à Cadmo verò deprehensam cū puerō recens nato in arcā coniectā, eam arcā æstuia statā, in fines suos expositā: Ibi semelen, que iam mortem obierat, à se magnifice sepultam, superstitem puerum educatum: Eam fuisse causam, quod vrbs sua, que ad illud usque tempus Oreatæ appellata fuerat, iam mutato vocabulo Brasæ dicerentur, sumpto nomine, ab arcæ in eam oram appulit, quando ætate etiā nostra que maris æstu ad terram deferuntur, *ικηπάται*, id est maris agitatione propelli à multis dicuntur. Addunt & alia huiusmodi Brasiatæ: Inò profugā in agrum suum venisse, ibi Liberum patrem alendum suscepisse: Antrum monstrant, ubi illa infantem

etutrierit, & campū appellant Bacchī horum. Templa illic sunt Aesculapij vnum, Achillis alterum: Solennes etenim ludos Achilli faciunt. Est Brasis paruum, & molliter in mare excurrens, promontorium: In eo sigilla pileata videoas nihil pedalibus maiora, non facile dixerim Castorūmne, an Corybantum ea nominibus sanxerint. Tria certe sunt ea figura, quibus quartū accedit Mineruæ simulachru. Ad Gythiis dexteram Las est, cura mare stadia x, procul à Gythio x l. Habitatus nunc oppidum in medio montium trium interuallo, Ilij: sic enim ex ipsis vnum appellant. Hamæ, & Cnacadij: Priscis quidem temporibus in Asie montis vertice situm fuit, cuius hac ipsa etiamnum ætate ruina monstrantur, & ante muros signum Herculis, & de Macedonibus erectum tropicum. Pars fuit ea Philippi copiarū, cum in Laconia ille fines inuaserit. Palantes hi à cetero exercitu, digressi orā infestā populationibus reddiderant. Inter eas ipsas ruanas tēplū extat Mineruæ cognomēto Asie. Pollucē, & Castorē erexitse tradūt, quo tempore è Colchica expeditiōne rēduces reueterūt: Fuisse verò & Colchis Asie Mineruæ fauum. Profectos quidē cum Iasone Tyndarei filios satis habeo cognitum: Quod verò

verò Mineruam Asiam Colchi colant: id scilicet à Lacedæmoniis acceptum scribo. Prope vrbem eam, quæ nunc incolitur aqua est, quam à colore Cagaconem nominant. Proximum illi aquæ gymnasium, in quo priscū Mercurij signum. In eo monte, quod Iliū diximus appellari delubrum est Liberi patris, & in summo iugo Aesculapij. In Caucadio Carneus Apollo. A Carnegie stadia plus minus x. x. abest vicus in terra ipsos iam fines Spartanorum, Hypsus nomine, ubi sunt Aesculapij, & Diana ædes, Daphneæ cognomento. Ad mare in promontorio Diana est ædes Dictynna, cui festos quotannos dies agitant: Ad dexteram promotorij exit in mare amnis dulcem potantibus aquam, si quisquam alias, fundens: Habet fontes suos in Taygeto monte. Prope abest haud plus v. stadia in vico, cui Aræno nomen, Laë sepulchrum, & super monumento statua. Ab eo oppidum conditum tradunt incolæ, interemptum verò ab Achille, quem hoc venisse credunt, cum à Tyndareo Helenam sibi deposceret. At enim verius quis dixerit Lan à Patroclo interfectum cum vntus hic fuerit de Helenæ procis: Nam Achillen Helenam nunquam petisse, ut leue habeatur argumentum, quod in eo carmine, quo

illust

illustres foeminae enumerantur, nulla sit Achillis mentio: Homerus certe, in ipso ferme operis sui initio, Achillen scripti, pro suo in Atrei filios studio, non Tyndarei sacramento vlo adactum, ad Troiam venisse. Iam verò idem poëta quo loco Iudos exponit, dicetem facit. Antilochum natu esse se gradiorem Vlyssen, ac ipsum Vlyssen dum quæ apud inferos viderat narraret Alcinoo, inter carera videre se voluisse Pirithoum, & Theseum, viros ætate sua superiores: Et Helenam quidem à Theseo raptam scimus, quo sit, ut quadrare neutiquam possit, Achillem vnum de Helenæ procis fuisse. Progressi longius à monumento, fluvium videant in mare influentem, cui Scyras nomen, sive nomine ante fuerat: hoc verò nominis tum accepit, cum illum classe intravit Pyrrhus Achillis filius, ad Hermione nuptias è Scyro proficisciens. Trans amnem eum vetus delubrum est orsum ab ara Iouis. Inferior à mari x. l. stadia à flumine, recedit Pyrrichus oppidum, ab eodem Pyrrho Achillis filio nuncupatum non defuerunt qui dicerent alij, verò ab uno de Curetum deorum numero. Sunt etiam qui Silenus è Malea profectum, hic habitasse dicant. In Malea quidem educatum Silenus declarat.

rane hi versus è Pindari cantico.

Ille Strenuus choreis,

Quem Maleæ ciuis & vir

Naidus aluit Silenus.

Quod verò Silenus Pyrrhichi sit nomine appellatus, nuspia dixit Pindarus, eius rei Maleæ incolæ authores fuere. In ipso Pyrrhichi foro puteus est, mōstratum sibi à Sileno aiunt, quòd si puteus is exarcesceret, aquæ penuria valde laborarent. Habet Pyrrhichij intra fines suos templum Dianaæ Astrateæ, causâ nominis, quod Amazonum exercitum hoc aiunt in loco progreendi finam fecisse: Et Apollinis eadem de causa Amazonij: Vtriusque dei lignea signa sunt: Dedicasse dicuntur fœmina, quæ à Thermodonte venerunt. A Pyrrhcho ad mare descendentes Teuthrone opidum excipit: Conditorem produnt incolæ Tenthram Athenensem: Colunt hi præ ceteris dis Issotiam Dianam: Fontem habent Naiam. A Theutrone stadia procul c. l. excurrunt in mare Tænarū promontorium, & infra portus Achillis, & Psamathus in ipso monte templum est spelunca persimile, in cuius primo aditu Neptuni signum. Hinc Græcorum nonnulli versibus prodiderunt ab Hercule Plutonis canem extractum, cum neque meatus omni-

no vllus per eam specum subter terram subeat, neque veri omnino cuiquam simile videri possit deorum vlla esse subterranea regna, quo animi cōueniant, evitare cum excederint. Hecataeus quidem Milesius rem non absurdam commentus est. In ea cauerna immanem, ac terrum serpentem Lustrum habuisse, qui sit iccirco inferorum canis dictus, quod quem morsu impetisset, subita eum veneni vi mori statim necesse esset. Eum serpentem ab Hercule ab Eurystheum pertractum. Homerus verò (is enim primus Ditis canem, quem Hercules extraxisset, appellauit) neque nomen ei proprium imposuit, neque de eius figura quidquam est fabulatus, vti de Chimæra. Postiores & Cerberum appellaron, & cum cætera cani fecissent similem, tria distinxerunt capita habere: Cum tamen Homerus ut homini familiare animal canem dicit, sic qui draco fuisset inferum canem appellasse videri posset. In Tænaro, & alia sunt sacra monimenta, & Arion Citharædus delphino insidens: De Arione quidem, & delphino, quæ audierat, retulit Herodus, ubi res gestas Lydotum exponit. Ego sanè ad Emporo-selenem delphinum vidi, qui puer, à quo sanatus fuerat, cum à pisatoribus vulnus accepisset, quasi mercede-

dem curationis penderet, dicto se audi-
tem præbebat, & eundem quocunque ille
iussisset dorso transuehebat. Est in eodem
Tænaro fons, qui nihil iam, quod cum ad-
miratione intueamur, haberet: Olim intro-
spicientibus portus, & naues aiunt spectan-
das præbuuisse: A qua miraculum illud for-
mina quædam sustulisse dicitur, cum in ea
pollutam vestem abluisset. Ab ipso pro-
montorio mari stadia circiter x l. præter-
iectos, oppidum excipit Cœnopolis, Ta-
narum ante appellatum: Est in eo Cereis
fanum, & ad mare Veneris ædes, & eius-
dem deæ stantis habitu signum è marmo-
re. Illinc digressis stadia procul x x x. Ta-
nari vertex, Thyrides, id est Fenestra di-
cuntur, & Hippolæ vrbis ruinæ monstra-
tur: Inter eas Mineruæ Hippolætidis sa-
cellum extat. Non magno abest interuallo
ciuitas Messa, & portus, à quo ad Oety-
lum stadia intersunt c l. Heros à quo ci-
uitas nomen habet, ortu Argiuus fuit, Am-
phianacte Antimachi filio genitus. Sunt
in Oetylo qua spectentur digna Sarapidis
templum, & in ipso foro Carnei Apollinis
simulachrum. Ab Oetylo ad Thalamas via
in longitudinem stadia propè l x x x. pa-
ret: In via Enûs fanum, & oraculum visi-
gur: In eo futura dormientes prouident.

Consul

Consulentibus enim per somniorum visa
qua opus est dea deuotia. Erecta sunt.
ex ære signa in ea fani parte qua sub diuo
est, Paphia vnum, Solis alterum. Quod in
delubro ipso est, non satis se illud aperte
ostendit. Coronamentis omni ex parte ve-
latum, ex ære & ipsum esse dicunt. Fluit è
sacro fonte suavis haustu aqua, Lunæ nun-
cupant. Thalamatis Paphia non est vtique
patrium numen. Distat à Thalamis stadia
x x. Dephnos maritima ciuitas. Parua ad-
iacet insula nihilo omnino ingenti saxo
maior: Ei quoque Dephnos nomen est. In
ea Castores primum in lucem editos Tha-
lamatae memorant, quod ipsum in cantico
quodam suo dixisse Alcmanem in certe
non fugit. Erutitos quidem Pephni ne-
gant, sed à Mercurio Pelloram deporta-
tos. In eam tam pusilla insula sub diuo ænea
sunt ipsorum gemellorum sigilla, nihilo
pedalibus maiora: Ea & si hybernis vndis
vehementer saxum verberatur, loco tamen
nihil mouentur, quod miraculo quidem
est, & illud ferè haud multo minor, quod
formicæ conspiciunt vulgaribus albican-
te colore dissimiles. Eam insulam suorum
fuisse olim finium cōtendūt Messenij: Ea
propter gemellos ipsos, maiore se quam
Lacedæmonios appinquitate attingere. A

G

Pephno stadia xx. absunt Leuctra, quæ ci-
vitati nominis origo, non habeo dicere,
quod si à Leucippo, ut Messenii placet, Pe-
rieris filio nuncupata est, hoc illud esse ar-
bitror, quod præ discæteris Aesculapium
colunt, cum Arsinoë Leucippi filia natum
potest. Marmorea sunt cum Aesculapij
ipsius, tum Inus diuersa in parte signa. Ae-
des ibi erecta est Castandrae Priami filia,
cuius simulachrum ab incolis Alexandriæ
nomine colitur. Sunt & Apollinis Carnei
sigilla. Huic enim deo honorem ritu eo-
dem habent, quo è Lacedæmoniis Sparti-
æ. Leuctris in arce Mineruæ templum, &
simulachrum est: Cupidinis in ipso oppido
ædes, & lucus, qui perenni aqua hyeme in-
rigatur: Folia vere ex arboribus que deci-
dunt, ne exuberante quidem aqua alio de-
feruntur. Quod verò in maritima Leuctri-
ci agri parte, noui accidisse ætate mea, sci-
bere non grauabor: Immissus in sylvan-
ignis ventorum vi, magnum arborum nu-
merum exussit. In ea tunc parte, quæ stu-
pibus maximè erat denudata, repertum est
Ithomatae Iouis signum ita locatum, ut quo
dedicantur locari solent: Eo maximè testi-
monio nititur Messenij, dum Leuctra co-
tendunt olim ad fines suos pertinuisse. Sed
nihil omnino prohibet, quin ut priscu-
etiam

etiam temporibus Leuctra Lacedæmonij
tenuerint: Ab ipsis potuerint Ithomatae
Ioui honores haberí. Cardamyle quidem,
cuius fecit mentionem Homerus, ubi do-
na pollicentem Agamemnonem facit, La-
cedæmoniis paret, cum à Messeniiis eam
seiuixerit Cæsar Augustus. Prope abest à
mari Cardamyle stadia viii. Leuctris
lx. Est ad Cardamylen in ipso litora fa-
cer Nerei filiarum locus: In eum enim loc-
cum Nymphas è mari narrant prodiisse,
ut Pyrrhum Achillis filium ad Hermio-
nes nuptias sparta contendentem specta-
tent. In ipso oppido Mineruæ ædes est, &
Carneus Apollo, quem patrio Dorienium
ritu venerantur. At quam vrhem Enopen
Homerus appellat, & ipsa Messenici nomi-
nis est: Facit autem nunc cum Eleuthero-
laconibus, ætate nostra Gereniam nomi-
nant: In ea Nestorem sunt qui educatum
dicant, alij verò huc confugisse capti ab
Hercule Pylo. Gereniae Machaonis Aescu-
lapij filij monimentum; & eiusdem reli-
gione nobile fanum visitar: Nam & ab
ipso Machaone morbis hominum mede-
las monstrari putant. Sacram ei regiuncula-
lam Rhodon nuncupant. Simulachrum est
ex ære statu recto: Caput corona velatur,
quam Ciphon patria lingua vocant Messe-

404 PAVSAN. LACON. SIVE
nij. Interfectum ab Eurypylo Telephi filio dixit Machaonem, qui carmina ea fecit, quæ Ilias parua dicitur. Quare non ab re illud in sacris, quæ Pergami in Aesculapij sunt, seruari scio, ut cum hymnos à Telepho exordiantur, nihil Eurypylo laudationis impertiant, quin & illum in eo templo nominari nefas habent, quod scilicet eum sciant interfectorum Machaonis fulse. Ossa quidem Machaonis à Nestore seruata dicunt. At Podalirium, cum illo de te redirent Græci, tempestate Syron, quæ incontinenti Cariæ vrbs est, incolumem delatum, ibi confessisse tradunt. In Gereniorum agra mons est Calathion, & in eo Cloæ facellum, cui specu proximum, angusto admodum aditu: Sed qui introierint multa, quæ admirantur, spectare possunt. A Gerenia ad superiora iam mediterrana xx. procul stadia venientes, excipit Alagonia oppidulum: Fuit aliquando & hæc vna de Eleutherolaconum ciuitatibus. Quæ ibi spectentur digna sunt Liberi patris, & Dianæ templæ.

*

405
PAVSANIAE
MESSENICA SIVE
LIBER IIII.



MESSENII regionis suæ, ab ea parte quam ad Laco-nas pertinere Rex voluit, ad Gereniam fines habent, qui saltus nunc Chœrius dicitur. In hac primos incolas vicatim habitasse proditum est. Mortuo autem Lelege, qui in ea Græcia parte, quæ nunc Laconica dicitur, ab eo verò tunc Lelegia appellabatur, imperauit. E filiis natu maior Myles ei in regnum successit: Polycaon, quod erat minor, priuatam egit vitam, ad illud usque tempus, quo Argiam vxorem duxit Messenen Triopæ filiam, Phorbantis neptem. Ea, patris dignitate, & opibus, quibus ille tunc præ ceteris Græcis maximè florebat, elata, virum in ordinè redactum perpeti non potuit. Comparatis itaque ab Argis, & Lacedæmone auxiliis, in hanc ipsam regionem Polycaon inuasit, deque vxoris nomine Messenen vniuersam nominauit. Vrbes verò & alias condidit, & in qua regni sedem esse voluit, And-

C 3

niam. Nam antequam Thebani ad Leuctra prelium cum Lacedemoniis commisissent, atque inde Messenens, quae hac etiam etate extat sub Ithome condidissent, nullam omnino existimo urbem eo nomine nuncupatam. Adducor autem non minoimum Homeri versibus. Nam cum ille in populis enumerandis qui ad Ilium suos quisque duces secuti venerunt, Pylon Arenen, & alias nonnullas recensens, nullam prorsus Messenes mentionem fecit: Satis vero a perte ideni in Odyssaea populum fuisse, non ciuitatem vnam Messenios significat.

Nam pecus ex Ithaca rapuit Messenia pubes.

Apertius vero ubi de Iphiti arcu loquitur.

Messenen conuenit rterque sub tecta Ortilochi.

Ortilochi domum in Messenia parvum oppidum Pheras innuit, quod ipsem exponit, quo loco de Pisistrati ad Menelaum aduentu agit.

*Iam Pheras reniunt magni sub tecta Diocli,
Qui satus Ortiloccho.*

Primi igitur huius regionis imperium Polycaon Lelegis filius, & uxor eius Messene tenuerunt. Ad hanc ipsam Messenens Magnarum dearum initia Caucon Eleusine veniens deportauit: Fuit Caucon Cleini filius, Phlyi nepos, Phlyu ipsum Athenie-

les

les è terra genitum memorant, quibus facile assentitur Musxi hymnus Lycomidis factus in Cererem. Magnarum vero dearum initia, multis post Cauconem annis, Lycus Pandionis filius quam augustinissima quamque celebri ima ut essent effecit. Lucum hac etiam etate Lyci nominant, ubi ille antistites misteriorum lustrauit: Et esse in Messenico agro Lyci saltum testatur eo versu Cretenis Rhianus.

*Horrentimque Lyci saltum, iugaque affera
Elai.*

Quod autem Pandionis Lycus fuerit filius, qui sunt ad Methapi effigiem versus aperte declarant: Nam & Mathapus quosdam initiorum ritus reformauit. Fuit hic quidem Atheniensis patria. initiorū, operariūque, & cuiusuismodi sacrorum designator: Idem vero & Cabirorum Thebanis initia constituit, & iuxta Lycomidarū septum imaginem cum inscriptione dedicauit. Ea inscriptio cum alia, tum in primis quae ad Methapum pertinent testatur.

*Mercuriique vias lustrauit, ac tecta parentis:
Primigena populis monstrauit sacra puelle:
Hic ubi Magnarum instituit ludicra dearum
Messenae, Phlyus Clenum, Caucanaque Clenus
Quæ docuere pares: mirum mihi contigit illud,
Cuncta Lyces quare prisca Pandione cretus*

*Andaniam magnis portari. Mystica Athenis
Indicat inscriptio ad Messenen venisse
Cauconem Phlyi nepotem: Alia præterea
de Lyco, & illud in primis, veterem initio-
rum sedem Andaniam fuisse: Et consen-
taneum sane mihi videtur Messenen, & Po-
lycaonem, in qua vrbe suam sibi regiam
posuissent, in eadem lactorum etiam reli-
gionem constitutere voluisse. Evidenter
mediocre adhibui studium, ut discerem
ecquinam Polycaoni è Messene liberi ge-
niti essent: Euolui itaque & librum quo
magnæ Ecœ inscriptæ sunt, & Naupactia
carmina omnia, præterea, quæ versib. Ci-
næthon, & Asius de Gentilitatibus perfici-
pserunt, neque omnino quicquam hut
quod pertineret compiri: Nam cum ma-
gnæ testentur Ecœ, cum Polycaone Buta
filio fuisse nuptam filiam Hylli Herculis
filij Eucachmen, in illis certe nulla pro-
fus vel de Messenes viro, vel de ipsa Messe-
ne mentio. Iam verò ætatibus fermè quin-
que (vti mea fert opinio) exactis, cum nul-
lus iam omnino de Polycaonis posteris es-
set superstes, acerbitum aiunt in regnum
Messenij Perierem Aeoli filium: Ad eum
venisse Melaneum præstantem arcu, & sa-
gittis virum, qui que ob artis eius excellen-
tiā ab Apolline genitus credebatur: Huic
à Peri*

¶ Periere partem eā regionis attributam,
que Carmasium nunc, Oechalia runc dicitur
est, accepto scilicet ab uxore Melanei
nomine. Thessali vero, & Eubœenses (ut
omnis fermè est de Græciæ rebus contro-
versa historia) ita inter se dissident, ut il-
li Eurytium (vicus est hic ætate nostra pro-
pedesertus) Oechaliam priscis temporibus
vrbem dicant fuisse. Ab iis quæ hac
de re sunt Eubœensium sermonibus pro-
dita, nihil ferè dissentit Creophylus in He-
raclea sua. At Milesius Hecataeus, in
Scio Eretrici agri partem Oechaliam esse
scripsit. Veruni Messenij cum alias ob-
rationes probabiliora quam ceteri mihi di-
cere videntur, tum in primis ob ea, quæ
de osibus Euryti posterioris commemo-
ramus. Perieri geniti sunt è Gorgophone
Persei filia Aphareus, & Leucippus. Hi pa-
tre mortuo in Messenia regnarunt: Autho-
ritate tamen superior fuit Aphareus. Hic
dum regnaret Arenen vrhem condidit,
noménque ei imposuit à filia Oebali uxo-
re sua, & eadem sorore, ex vna & eadem
matre genita: Etenim cum Oebalo nupta
fuit Gorgophone. Ac bis quidem iam de
eis nobis sermo fuit, in superioribus libris
iis, quos de Argolica, & Laconica terra co-
scriptimus. Hic ipse itaque Aphareus &

urbem in Messenia Areten condidit, & Neleum Crethei filium, Aeoli, qui cognomento appellatus est Neptunus, nepotem, patrualem suum, Peñia ex tolco minas fugientem domo recepit sua, & agri ei partem maritimam assignauit: Qua in parte & alię erant urbes, & Pylos, in qua regiam suam constituit Neleus. Venit autem Areten & Lycus Pandtonis filius, quo tempore & ipse Aegei fratri sui metu Athenis profugit: Atque hic quidem Magnorum deoram Orgia Aphareo, & eius liberis & Arenę vxori Adaniam deportata tradidit, id scilicet secutus, quod eodem in loco Messenen Caucon initiauerat. Aphareo filij duo fuere, Idas natu maior, & virtute præstantior, minor Lynceus: Is (sic cui credi quæ possint Pindarus dixisse videotur) oculis fuit tam perspicacibus, ut in quereret per medios arborum truncos cerneret. Hic an liberos reliquerit compertum non habeo: Idas quidem filiam habuit Cleopatram ex Marpessa, quæ Meleager vxor fuit, quantus eam quam Meleager duxit, qui Cypria fecit carmina, Protesilai fuisse filiam dixerit: Eius nempe, qui appulsi ad Troiam Græcis, in terram primus descendit: Huius vxorem Polydoram fuisse: Ex ea filiam genitam, quæ Me-

leag

leagro Oenei nupserit: Quod si ita est, tres à Marpessa, perpetua sorte, amissis viris semetipſas iugularunt. Atenim posteaquā Apharei liberi cum gemellis patruelibus suis de pecore dimicarunt, & Lynceum Pollux occidit, Idas verò fulmine ictus facto suo perfunditus est, Apharei domus tota mariibus omnibus consumptis delata est: Tunc Messeniorum imperium ad Nestorem Nelei filium delatum, penes quem cum cetera omnia, tum verò quæ Idæ regno continebantur, fuerunt: Is tamen populis exceptis, quibus Aesculapij liberi, imperaverunt. Aesculapij enim filios è Messenia tradunt ad obsidendam Ilion venisse: Natum siquidem Aesculapium Arsinoë Leucippi filia, non Coronide. Ac Triccam sanè desertum, quandam in Messenia vicum appellant, versus Homeris in testinum afferunt, quibus Machaonem Nestor sagitta percussum solatur: Neque enim inquit tantam omnino benevolentia significationem illi dedisset, nisi & vici ni, & gentilis casu regis commotus fuisset. Confirmantur hæc quæ de Aesculapij liberis dicuntur, quod & Machaonis monumentū Gereniz ostenditur, & Pheris fanū Machaonis liberū. Iam verò cōfecto bello Troiano, cum diem suum post redditum

Nestor

Nestor obisset, reduces postliminio Dorienses cum Herculis liberis duabus post extatibus è Messenia Nelei posteros eicerunt. Porro hæc quasi cumulus quidem eorum fuerint, quæ ad Tisameni res pertinuerunt: Verum & illud restat exponendum. Cum Temeno Dorienses Argos assignasset, ab illis Crespontes terram sibi Messeniam depoposcit, quippe qui Aristodemus natu fuit maior: Aristodemus enim ipse è vita iam excesserat. Theras vero Autesionis filius maiorem in modum Cresphonti aduersabatur: Thebanus ille quidem Polynicis Oedipi filij at nepos. Tutelam enim is tunc Aristodemus filiorum gerebat, quod eorum erat auunculus: Vxorem siquidem duxerat Aristodemus Autesionis filiam nomine Argian: Cupiebat Cresphontes Messeniam sibi assignari: Quare Temenum rogarem vt sorti committat: Ille in fistulam, cum eam iam aqua complesset, sortes mitrit, re ita constituta, vt sortes vtra prior exisset, illi Messenia adiudicaretur: Ac sub dole quidem Aristodemus liberum sortem è siccata sole argilla, Cresphontis è coctili laterculo fecit: Quo factum est, vt illa sortita, hæc constiterit, & per eam Cresphonti Messenia obtigerit. Neque vero prisci

Mess.

Messenij à Doriensibus electi sunt. Nam facile illi & Cresphonti nouò regi paruerunt, & Dorienses in agri partem receperunt, atque eo libentius, quod inuidiosa iam erat apud ipsos regum superiorum potentia, qui erant ab Iolco oriundi. Vxorem verò Cresponentes Meropen duxit Cypseli filiam Arcadum regis, è qua cum aliis suscepit filios, tum verò qui natu minimus fuit, Aepytum. Ac sibi quidem, & liberis regiam Stenycleri exædificauit, cum ante reges alij ab initio, & ipse etiam Perieres Andaniz habitassent: Postea verò quam Arenen muniuit Aphareus, in ea cum liberis imperij domicilium habuit. At Nestori, eiisque posteris Pylos regia fuit: Postremo Cresponentes Stenycleri regem habitare voluit. Hunc potentiores, quod populariter nimis plebem esset amplexus, eiisque liberos, præter Aepytum, occiderunt: solus enim Aepytus, quod apud Cypselum maternum auum educabatur, parenti, & fratribus superstes fuit: Illum iam adolescentem Arcades in Messeniorum regnum, & vñà cum Arcadibus Doriensium reges, & Aristodemii filij, Scimus, & Temenus, restituerunt. Aepytus paterno regno recepto patris primum interfectores, quique eius fuerant cædis authores

thores vltus est: Deinde conciliata sibi obsequiis nobilitate, plebe largitionibus definita, ed peruenit honoris, ut Epitidae posteri iam omnes appellati sunt, cū ante Heraclidæ dicerentur. Huius filius Glaucus à patre accepto imperio, par illi fuit in omnes ordines officio, & æquitate, eorum verò cultu multo superior: Etenim cum in Iouis fano, quod in Ithomes vertice fuit apud Dorientes Polycaoni, & Messene non colerentur, Glaucus illis vt sui liberentur honores instituit: Idemque Machaoni Aesculapij filio in Gerenia rem diuinam fecit, & Messene Triopæ filiae solita herobus decerni, munera dedicauit. Cuins pietatem Isthmius eius filius imitatus Gorgo: & Nicomacho Pheris templum erexit. Isthmio Dotadas genitus, qui ad cetera natalia quæ tunc in Messenia fuerunt, unum Methonæ muniuit. Succedit Dotadæ filius Sybotas: Is vt reges Pamefo amni annuer saria sacra facerent iussit, & vt ante Magnarum dearum, quæ ipso etiam regnante Andaniæ celebrabantur initia, Euryto parentarent. Iam verò Phinta regnante Sybotæ filio, Apollini primum Messenij sacrū, & virorum chorū Delon miserū: Is canticum, quo Deum salutarent (Profodiū appellant) fecit Eumelus, & hæc certe carmine

naea

naea sunt quæ sola Eumelum fecisse pro comperto habetur. Huius ipsius Phintæ temporibus discordiarum semina (incertū quam ex causa) inter Messenios, & Lacedæmonios extitere. Causa tamen huiusmodi memoriaræ prodita est. In Messeniorum finibus Diana Limnatidis cognomento templum fuit, commune Dorientibus, Messeniis, & Lacedæmoniis, nulli præterea ciuitati. Ad illud templum missas à se de more virgines violatas à Messenii Lacedæmoniis commémorant, ac regem etiam suum Teleclum Archeladæ filium, Ageulai nepo tem, Dotylo, Labota, Echestrato. Agide, proanis oriūdum, iniuriam priopulsa e coñantem, interēptum: Ipsas quidem virginis dedecus voluntaria morte redemisse. At Messenij longe diuersa fama vulgarūt: Ad templum venientibus primoribus à Teleclo insidias factas: Nam cū Messenii Lacedæmoniis propter agru bonitatem in primis appeterent: disposita illuc impuberis in morem virginum ornatos, eum pugionibus qui illos ex improviso sedentes adorirentur: Ibi Messenios ad vim arcedam accurrisse, & cum Teleclum ipsum tū verò impuberis omnes illos occidisse: Lacedæmonios quidem, quod est facinus publico consilio patratum consciens à se iniug

inturiam profectam, neque res vñquam re-
petisse, neque regis sui cædē vt vlciscerent-
tur in animum induxisse. Hæc ab vtris-
que prodata sunt: Credat verò quisque
proinde ac in alterutram sit studiis ciui-
tatem propensior. I. Post hæc exacto fer-
mè seculo uno Alcamene Telecli filio Spar-
tae imperante, ex altera verò regia familia
Theopompo Nicandri filio, qui per poste-
ritatis gradus vi. à Charillo, Polydeste,
Ennomo, Prytanide, Euryponte descen-
dit. In Messeniis verò Antiocho Andro-
clis filio, Phintæ nepote, vtriusque populi
simultas in apertum bellum erupit. Pri-
ores Lacedæmonij arma cepere: Causa fuit
eiusmodi, vt, ad permouendos pacatos
etiam, & integros animos nedum odio
corruptos, & exulceratos, & qui in belli
cupiditatem iam plus nimio incubuerant,
grauis, & ipsa rei quasi figura æqua videi
potuerit: Iure tamen & disceptatione con-
trouersiam omnem dirimere non fuisset
difficillimum futurum. Res ita propemo-
dum gesta est. Polychares quidam Mes-
senius fuit, com cætera minimè obscurus,
tum verò Olympica palma nobilitatus.
Quarta enim Olympiade, cū apud Eleos
vnicū esset de stadio certamen vñctor reni-
tiatus est. Is boues habuit multas, quibus

alend

alendis cum propria non suppeditarent
pastua, locauit eas Spartano homini Eu-
phno in ipsius agro pascendas ea mercede,
vt esset foeturæ particeps. Erat eiusmo
di vir ille, vt perfacile quæstui fidem post-
haberer. Is in Laconiam nauibus veniens,
pecus mercatoribus venum dedit, atque
inde quasi inopinatæ rei nuntius vltro ad
Polycharen venit prædones excursione in
eum agrum compascuum facta, boues sibi
illas per vim, & simul bubulos abegisse:
Quæ cum prope iam Polycharæ perfa-
sisset, interuenit his sermonibus de bubul-
cis vnu, qui à mercatoribus aufugerat.
Hic Polycharen apud dominum acerbè
expostulans, redarguit: At ille cum per-
negare non posset, ad preces configuit, sup-
plexq; id sibi vt ignosceret cum Polycharen
ipsum, tum eius filios rogabat: (mag-
nam enim vim in hominum natura cum
alia habent multa, tum nihil est lacri cu-
piditate ad animos cogendos valentius)
Indicauit Euæphnus quanti boues vendi-
tæ essent, ac se precium repositurum, si Po-
lycharis filius secum illiset, repromisit.
Cum eo itaque à patre iuuenis missus est.
in Laconiam vbi ventum est, scđius mul-
to addidit ille sceleri scelus. Adolescen-
tem enim interfecit. Eius rei immani-

D.

tate grauiter(vti par fuit) commotus Polychares Lacedæmonem veniēs, ad reges, & Ephoros de filij cæde assidue, multisq; cum lachrymis querebatur: Exponebat insuper quas ab eo homine, quem sibi hospitem adscierat: cuīq; præ cunctis Lacedæmoniis fidem habuerat, iniurias acceperisset. Verum cum eadem apud omnes magistratus iterando nihil omnino ad rei pœnam profecisset, iam mentis partū compos, furorique suo nūmio plus indulgens, in quemcunque incidisset Lacedæmoniorum, cum tanquam hostem morte multabat. Eius belli itaque causas Lacedæmoniū præ se ferunt, tum quod Polychares sibi editus non esset, tum quod Teleclū oppresissent, postremo quod simul rates cū Messeniis haberent suscep̄tas, ob commissam à Cresphonte in sortitione fraudem. Contra de Teleclo dicunt Messenij, quæ à me iam sunt exposita: Aepyrum verò ostendunt Cresphontis filium ab Aristodemis filiis restitutum: Non fuisse id facturos si quid illis cum Cresphonte fuisse dissidijs. Deditum à se non fuisse Polycharen, quod neque ipsi dedidissent Euæphnum: Voluisse tamen se, vel apud Argiuos qui utriusque ciuitatis essent consanguinei, vel in Amphiætyonum consilio causam cognoscere.

eognosci: Voluisse rem eandem Areopagitarum sententiis committere, quod iudicium illud de cæde apud Athenenses iampridem fuerat constitutum. Verum non eam bellandi causam Lacedæmoniis dicunt fuisse, sed cum alios Græciae populos, tum se quoque illos immodica dominandi cupiditate inflammatos per calumnias opprimere voluisse: In exemplum Arcadas, & Argiuos adducunt, quorum fines carpendi, finem nullum Spartani fecerint: Commemorant præterea Cresci donis delinitos, primos è Gracis cum Barbaris amicitiam inisse: Quo sanguine tempore Creslus, & alios Asiae populos, & Cariæ continentem terram, quam tunc Dorienses incolebant, imperio suo adiecerit: Addunt Delphici Apollinis templo à Phocensium ducibus direpto, eius sacrilegij non priuatim solum Spartæ reges, & optimates, verum & ipsum publice Ephorum magistratum, ac Senetum participem fuisse. Illud certe non prætermittunt, quo facile arguant, Lacedæmonios nihil lucii causa non semper ausos: quod societate se cum Apollodoro Cassandriæ tyranno cōiunixerint, sed cur postremum hoc factum tam acriter incessant Messenij, non est mihi propositum hoc loco

disquirere. In Apollodori quidem tyrannde tollenda, & si neque tam diu, neque tanto animi ardore bellatum est, Cassandrensum tamen calamitates, facile Messeniorum infortunia adæquarunt. Et ad huiusmodi sanè causas vterque populus belli initia refert. Cum vtrinque, vti superius à nobis est expositum, factæ essent iniuriaz, venere ad Messenios Lacedæmoniorum legati, qui dedi sibi Polycharen postularunt: At Messeniorum reges relaturos ea de re se ad populum responderunt; ac deinde per publicas literas quod populus ius fisset Spartanos rescituros. Quare cum profecti iam essent legati, concione vota, sententiaz dictæ sunt valde diuersæ. Androcles enim Polycharen authorem mpij & nefarij facinoris dedendum omnino censebat: Antiochus verò cum alia contra dixit, tum illud in primis miserrimum fore Polycharen ante oculos Euxphni pœnas pendere: Enumerabat quām grauia essent futura, quæ perpeti illum necesse foret. Postremo eò contentio euasit, vt à sua alterutrius factione arma caperentur. Verum facile, ac breui finem habuit ea dimicatio: Nam qui cum Antiocho erant, multo superiores numero cum essent, & Androclen ipsum, & carum partium

tium optimum quenque interemerunt. Antiochus cùm solus regnum occupasset, per literas Spærtanis denuntiat se iis iudicū consiliis, quæ ante nominauimus, totam controuersiam commissurum. At illi nihil omnino tabellariis respondisse dicuntur. Paucis post mensibus cum in demortui Antiochi locum regnare cœpisset eius filius Euphaës, Lacedæmonij neque per fecialem bellum Messeniis indixerunt, neque omnino aperte eorum amicitiaz renuntiarunt: Verum quām maximè potuerunt, clandestinis consiliis bello apparato, iusirandum conceperunt, non esse arma se posituros, neque bellâdi diuturnitate (si bellum in longinquum tempus duceretur) neque vllijs cladi magnitudine, priusquam agros, & vrbes Messeniorum vi captas imperio adieciissent suo. Hæc ante iurati noctu copias Amphyean duxerunt; prouincia decreta est Alcameni Telecli filio. Fuit Amphia in Messenia Laoniae finitimi oppidum, non magnum illud quidem, sed in præcelso colle situm, circunfluens aquarum perennium copia: Opportunus maximè visus est locus, vnde omnis se bellî apparatus effunderet: Irruptio itaque facta est apertis, cum abessent custodiae portis: Messenij qui sunt intus

deprehensi omnes ad vnum interfecti, in ipliis cubilibus alij:alij verò cum ad aras deorum supplices confugissent, pauci omnino periculum effugerunt. Hæc prima fuerunt in eo bello fuscipiendo Lacedæmoniorum exordia. Altero verò nona Olympiadis anno, quo Messenius Xenodochus de stadio vñctor renuntiatus est, cum Athenis nondum forte anni magistratus ducerentur, quod scilicet ciuitas ea Melanthi posteros, qui sunt Medontidæ appellati, primum quidem in ordinem redactos, æ quo iure & legibus magistratum gerere iussit: Deinde cavit ne ultra annos x. imperium continuarent. Quo itaque tempore Ampheæ capta est, Aesimides Atheniensis Aeschyli filius quintū iam annum summæ reipu. præterat. Censui verò antequam bellum prescriberem, de Messenio homine res gestas, temporum ordinem, & fatalem casum varietatem exquirere. Hoc certe bellum, quod à Lacedæmoniis, eorumque sociis cum Messeniis, & iis populis, qui auxilia Messenii miserunt gestum est, non ab iis, qui priores armæ ceperunt, nomen duxit, uti Persicum, & Peloponnesiacum, sed à Messeniorum clade Messenicum est appellatum, sicut & illud quod ad Ilium Græci gesse-
runt,

runt, peruvicit usus ut Troianum, non Græcum appellaretur. Hoc ipsum Messenicū bellum prescripsere Rhianus Eencus versibus, soluta oratione Prienensis Myron. Sed eorum neuter à belli initio ad finem perpetua serie est omnia persecutus. Nam arbitratu vterque suo partem eius belli sibi quam voluit assumpsit. Myron ab Ampheæ euersione exorsus omnia deinceps conscripsit quæ usque ad Aristodemī mortem consecuta sunt, atque cum historiæ sui finem præscripsit. At Rhianus belli primordia ne attigit quidem, verum ea duntaxat, quæ post Lacedæmoniorum à Messeniis defectionem euenerunt, neque sigillatim omnia literis mandauit. De postrema verò pugna, quæ ad fossam, cui Magnæ nomen, commissa est, déque Messenio Aristomene, cuius maximè causa hanc feci de Rhiano, & Myrone mentionem, quod is scilicet omnium maximè Messeniorum nomen virtute sua illustravit: De eo inquam non satis accuratè egit in commentariis suis Prienensis Myron, cum Rhianus nihil minus Aristomenem suis versibus, quam Achillem in Iliade Homerus exornauerit. Cum itaque inter illos non satis conueniat, reliquum mihi illud est, ut eorum alterius non utriusque,

authoritatem sequar. Rhianus quidem maximam veritatis de Aristomenis præsterrim ætate rationem habuisse videtur. Myron verò, quod facile ex aliis eius scriptis cognoscas, atque ex hoc in primis Messenico eius opere, parum omnino quam probabilia diceret attendit. Scriptum enim reliquit Lacedæmoniorum regem Theopompum ab Aristomene interfectum, paulo ante quam è vita decederet Aristodemus: Cum Theopompum neque in prælio, neque alio quoquis mortis genere occidisse competitum habeamus, nisi confecto demum bello, quando hic ille Theopompus fuit qui bello finem imposuit. Eius rei testimonio sunt Tyrtæi elegi.

*Regi olim nostro diuum curæ Theopompo
Per quem Messene densa choris capitur.*

Viguit itaque, mea quidem opinione, Aristomenes posteriore bello. Cuius res gestas, cum ad eam belli partē nostra oratio perucnerit, accuratius persequar. Messenij ubi primum captam Ampheam cognoverunt, ex eorum sermone qui illius noctis cladem effugerant, ex omnibus ciuitatis bus in unum ad Stenyclerum conuenerunt. Vbi vocato ad concionem populo, optimi quique priore loco, ac postremo rex ipse exterritos hominum animos ob Ampheam oppre-

oppressionem confirmarunt, cum diceret, nō esse protinus de vniuersi belli exitu ex vnicco aduerso casu iudicij faciendum, neque omnino esse ad id bellum gerendum quā se apparatiores Lacedæmonios: Illos quidē ad res bellicas longioris temporis afferre exercitationem: sibi verò necessitatem impositam ad excitandos ad virtutē animos acriorē. Causam præterea suam fore dis ipsis fauorabiliorē, cum & fines suos defenderent, & hostes ipsi nulla iniuria lacessissent. Hac & alia huiusmodi cum dixisset Euphaës, concionē dimisit, & exinde Messenios omnes in armis habuit. Nam & tyrones ad belli munia erudiendos curabat, & veteranum militē assidua exercitatione confirmabat. Interea Lacedæmonij in hostilem quidē agrum incursiones faciebant: Verum, quippe qui suum illum iam esse interpretarentur, neque arbores succidere, neque villas demoliri, prædam tantum, si quā nahti essent, agere, frumenta, fructusque alios asportare, vrbes præterea aliquot oppugnare aggressi, nullam omnino expugnarunt, cum & propugnaculis, & firmioribus præsidiis munitæ essent, quin per irritos conatus multis acceptis vulneribus retrocedere coacti, postremo oppidorum oppugnationibus prorsus

abstinuerunt. Populabantur rursus Messenij maritimos Laconiae fines, & quæ circa Taygetum erant arua omnia. Quartus iam menses exierat post capti Amphyean, cum Euphaës Messeniorum alacritate cōfisus, quorū animos ira in Lacedæmonios ardere videbat ac simul satis iam ratus per assiduas exercitationes ad rei militaris scientiam profectū, eductum se exercitū edxit: sacerdos; ut se sequerentur imperauit cū materia, & omni iaciendi valli instrumento. Id cum Lacedæmonijs rescissent ex iis, qui ad Amphyean in præsidio erant, & ipsi copias eduxerūt suas. Erat in Messeniorū finibus campus ad signa cōferēda alioqui idoneus, nisi quod profundior eum alueus diuidebat. Ad eum alueum suam instruxit aciem Euphaës. Imperatore Cleonni declarauerunt. Equites, & leue armaturā pauciores vtrinq; quingenis Pytharatus, & Antæder ducebant. Vbi in vnu acies cōcurrere, grauem armaturam, vtrinque magno animi ardore pro inueterato odio impressio nem faciēt, medius alueus cohibuit. Equites verò, & leuis armatura, quæ numero, & virtute prope par fuit, supra aluei interualium præliū inierunt. Anceps diu certamē. Interea dum acriter dimicatur, iubet Euphaës seruos iactovallo tergū, & latera sui

agminis aggere munire. Pugnantes itaque nox oppressit, cum iam ipsa etiā frōs circa alueum munita esset. Quare cum prima luce consilio Euphaës animaduerso facile intellexerunt Lacedæmonijs, neque sibi pugnandi potestatem fore cum Messeniis, qui iam è castris non prodirent, & ad ea obsidenda, cum imparati ad id venissent, nullam in promptu esse facultatem. Domum itaque reuerterunt. Deinde qui consecutus est anno, cum iuuentui seniores ignauiam, & iurisurandi contemptum reprobrantes, graue con uitium facerent, aperte altera in Messenios expeditio suscep ta est. Rex vterque Theopompus Nicantri filius, & Alcamenis Polydorus (decesserat enim Alcamenes ipse) exercitū eduxerunt. His cum agmine suo occurserunt Messenij: ad pugnāmque lacesitū aduersa acie in hostem contenderunt. Lævo Lacedæmoniorū cornū Polydorus, Theopompius dextero præfuit: Mediam aciem ducebat Euryleon, ortus Lacedæmonie, Thebis à Cadmo oriundus. Aegei enim filius cum esset, ad Oeolycum, Theran, & Autesionem quinto posteritatis gradu origines suas referebat. Iam verò contra dextrum Lacedæmoniorum cornū Antæder, & Euphaës aduersum sinistrū, quod Polydorus regeb

regebat, stetit Pytharatus. In medio acie Cleonnis. Cum prope iā esset ut signa con ferrent, progressi in medium duces suos vtrinq; ad rem strenue gerendā cohortati sunt. Ac Theopōpus quidē suos perbreui, Lacedæmoniorū more, oratione adhortatus, memores esse iubere, concepti contra Messenios iuris iurandi, venisse tēpus monere, quo maiorum suorum, qui fuitimos armis subegerāt, facile gloriā adæquarēt: Materiā habere ipsos iam, & maiores rem gerendi, & imperio suo vberiorem multo agrum adiiciendi. At Euphaës longiore quām Spartanus vsus est oratione Nihilo plura tamen & hic dixit quām tēpus pati posse videretur. Non esse de agro tantū, & fortunis propositū certamē: habere se præ oculis quæ viētos maneret sors: Coniuges, & paruulos liberos in seruitutem abductū iri: Iis verò, qui iam adoleuissent, leuissimam pœnam mortē fore: Ea modos si absque contumelia, & cruciatu cōtigisset: Futurum vt deorum templa diriperentur, sua cuiusque patria incendio deleretur: Neque verò se inanes rumores iacere: Minime obscura vnicuique documenta esse posse calamitates eas, quas belli initio, qui ad Amphean oppressi sunt, passi fuerant: redimi hanc euētorum atrocitatēm hon

honestā morte posse. Facilius esse multo priusquam vincerentur, cum adhuc æquo marte pugnarent, alacritate hostes superare, quām fracta iam virtute inclinantem fortunam restituere. Hæc Euphaës. Vbi verò ducum iussu classica ceciverunt, cursu Messenij in hostem effusi, impressionē fecerunt: Quippe qui ira concitati, mortem cupidius oppeterēt: & pro se quisque prior pugnæ aleam experiri festinaret. Lacedæmonij & ipsi gressum contra alacriter tulerunt. Cauerunt tamen quām maximē ne turbatis ordinibus acies solueretur. Cum iam propè esset ut congrederentur, primum minis, armorum motu, ac trucibus se inuicem oculis lacescebant. Contumelias etiam vtrinque iactatae, Lacedæmonij seruos esse suos Messenios dicere, Nihilo illos quidem Ilotis liberiōres. At contra Messenij ad impium illos facinus aggressos, qui incensi dominandi cupiditate, cognatis suis negotium faceſſerent: Et cum aliorum qui Dorico nomini patrī effēt di, tum verò Herculis ipsius numina laderent. Iam verò cum à probris ad manus ventum esset, acriter se vicissim impellere. Maiore verò impetu hostem Lacedæmonij trudebant. Virgebant iam virū comminus: & bellandi quidem ar-

te, atque exercitatione superiores erat Lacedæmonij, quinetia numero: Erant enim in eorum potestate finitimi iam prope omnes: Idemque eius belli socij, & Afinæi, ac Dryopes ab Argiuis ætate vna ante, sedibus suis pulsi, cum Lacedæmonem supplices venissent, iam necessitate adducti arma coniuxerant. Contra leuem verò Messeniorum armaturam Cretenses venerant sagittarij, mercede conducti. Messenios quidem cum futura, si victi essent, desperatio, tum pariter mortis contemptus incitabat: Cum & quæ pateretur omnia, iis, qui patriam suam maximè illustrem esse vellet, necessaria potius, quam grauia ducent: Quæ verò facerent, quo alacritatis essent pleniora, eo magis ad hostis conatus debilitandos apposita. Et eorum sane multi extra præsidia sua exilientes, præclara edebat summæ virtutis facinora: Quin & in iis, qui lethalibus acceptis vulneribus iam propè animam agerent, vigor ille apparebat, qui solet à desperatione profici sci. Audiebantur mutuae cohortationes. Videntes namque, & integri, saucios horabantur, vt prius juam fato suo defungentur, se dignum aliquid gerent, quo possent mortem cum voluptate oppetere. Saucij tursus, cum dilabi iam vires sentient,

rent, neque possent amplius spiritum retinere, superstites monebant, ne se deteriores essent, ne ve cōmitterent, sua vt mors, nihil omnino patriam iuuisse videretur. At Lacedæmonij pugnæ initio, neque se vicissim adhortabantur, neque ad rem preclare gerendam, eandem quam Messenij alacritatem afferre videbantur. Verum, qui à pueris bellicas artes essent edocti, se intra densorem phalangem continebant, quod hostem sperabant, neque tamdiu in acie persistere, neque in armis laboré, nec vulnera perpeti posse. Sua in utraque acie declarandæ virtutis propria studia fuere, ac certum se & proprium mentis propositum ostendebat. Commune illud fuit utrisque: quod nemo cædem vel deprecabatur, vel in pecunia salutis spem repositam habuit. Diffidebant enim fortasse propter odij magnitudinē, se quicquam profecturos. Et, quod caput fuit, indignabantur se non priores mortem aduersario obtulisse. Iam qui hostem interficiebant, neque se gloriose iactabant, neque probra omnino illa iaciebant: In neutram enim erat partem spes propensior, utri essent utrisque è certamine superiores discessuri. Accidebat in primis insignis illis mors, qui iacentem spoliare aggressi, vel eminus, nudata aliqua

qua parte corporis, missilibus fugebatur, vel cōminus de improviso, cum aliud age- rent cædebatur, vel ab iis ipsis etiā, quibus spolia detrahebant, adhuc spirantibus con- fodiebantur. Fuit & regum ipsorum illu- stris dimicatio. Theopompus intemperan- tius se in Euphaēn infesto telo intulit. Eu- phaēs in se vadentem conspicatus, Antan- drum appellās: Nō sunt, inquit, quę Theo- pōpus molitur diuersa à Polynicis, à quo oriundus est, casu. Ille enim, cum aduersus patriam ab Argis exercitum duxisset, sua manu fratrem occidit, & ab eo viciissim est interemptus. Iste etiam quærit Herculis posteritatem eodem parricidij scelere con- taminare, quo Lai, & Oedipidis familiae polluit. At enim non discedet ille satis la- tus à prælio. Hæc dicens, & ipse in hostem inuasit. Ibi præliū, quod fatigatis in vtra- que acie militibus iam prope elanguece- bat, confirmatis corporibus, & aucto mor- tis contemptu actius exarsit: quare primis congressibus, primi que signorum colla- tioni, instaurata pugna, prope similis, si quibus forte spectare licetum fuisset, vide- ri potuit. Postremo Euphaēs globus, qui è lectissimis viris constabat, versa iam pro- pè immodica illa audacia in furorē, virtute etiam sua vsus, in aduersum hostē impetu

facto,

facto, Theopompum ipsum loco deturbāt, & qui circa eum erant in fugā vertūt. Ibi alterum cœpit Messeniorum cornu graui- ter laborare: Cum enim Pytharatus ceci- disset, qui in ea agminis parte steterant, du ce iam amissio, & ordines deseruerunt, & animum non parum desponderunt: Non tamen aut fugientes Messenios Polydor- us, aut Lacedæmonios est Euphaēs insecu- tus. Satius enim Euphaēs, & Messeniorum principes esse putarunt laborantibus suis opem ferre: Non tamen cum Polydoro, eiūsue cohorte manum cōseruerunt. Nox enim iam omnia tenebris obduxerat. Ipsos etiam Lacedæmonios, quo minus fu- gientem hostem insequeretur, plurimum quidem locorum ignoratio deterruit: Re- tardauit eos etiam patria disciplina: Tra- dum enim à maioribus morem religiose tuentes, in fugam versos hostes non vrge- bant cupidius, quod prouidētius curandū putabant, ne turbaretur ordines, quam ut fugientes cæderent. Media vtrinque acies, hinc Euryleôte, illinc Cleonni duce, æquo marte pugnauit. Nox superueniens certa- men diremit. Cōmissum est hoc præliū ex vtrāq; parte graui maximè peditum arma- tura. Equestres enim copiæ, & paruæ fuere, & nihil omnino memoria dignum gesse-

E

runt. Nondū enim Peloponnesij equitāti peritiam fuerāt adepti. Expediti vero Messeniorum, & Lacedæmoniorū Cretēses sagittarij, ne congregfisi quidē sunt, quōd mōre maiorum vtrique in pedestris acie subsidīis steterant. Postero dñe sub primā luce neutri pugnam aggredi, aut erigere trōphæum occuparūt. Vbi iam processit dies de cadaueribus tollendis per caduceatores pactis induciis, ad suos se vrerq; exercitus humādos cōvertit. Post eam pugnā, Messeniorum res multis coepit calamitatibus affligi: Primum quidē quōd immodica fuit in vrbis præsidia erogata pecunia: iam vnde exercitū alerēt non habebāt: Deinde & seruitia ad Lacedæmonios perfugit: Postremo pestilens morborum vis, & fini vniuerso omnino non est grallata, magnū tamē rebus cunctis perturbationē attulit. De summa rerum cōsūlentibus, placuit op̄pida omnia, quæ longius à mari abesse delerere, In Ithomē verò montē secedere. Erat in eo, oppidum non ita magnū, cuius factam esse ab Homero in Græcorum copiis recēfendis mentionē credunt, cū Ithomen salebrosam dicit. Facta huic secessione, vetus pomæriū, quā tenus fat esset tonque illuc conuenerat, multitudini, ampliata: Erat loci natura castellū egregie mēnitum:

nītum: Nam & mōs ipse nulli est, eorum, qui intra Isthnum sunt, magnitudine inferior: Et tūc quidē omni ex parte aditu erat difficillimus. Ibi cum cōsedissent, Delphos mittere statuerunt, qui de belli exitu oraculum consulseret: Missus itaque est Tīsis Alcidis filius, vir cum ceteris laudibus præstans, tum verò diuinandi peritia solers: Hunc Delphis redeuntē, ex infidiis Lacedæmoniorum aliquot, de præsidio ab Amphæa adorātur: Sed enim acriter se defendantē, & repugnantē capere non potuerūt: Hominem certe fauciandi fine nō prius fecerunt, quām vox audita, à quo missa incertum, Oraculi nunciū dimitte. Ac Tīsis quidem ad suos reuersus, regi responsum exponit, neq; ita multo post ex illis vulneribus diem obiit suum. Conuocatis in concionem Messeniis oraculum Euphaës recitat, quod fuit huiusmodi.

*Nescia viri puella genij's inferis
Aeypytidum ab alto sorte ducta sanguine
Det collaneū turnis secunda cædibus.
Vos hec ad undas Nallyj facite sacra
Libenter ipsam virginem dantes neci.*

Oraculi voce audita, virgines omnes ex Aeypytidarū familia sorti cōmissæ: Cūmq; Lyciscī filia ducta fuisset, eā Epebolus va-
zes sacrari vetuit, quōd diceret, non esse ē

Lycisco genitam: Verū vxorē Lycisci eam
sibi cum sterilis esset supposuisse: Interea
dum vates hæc ad populum agit. Lyciscus
clam abducta puella Sparta profugit: Que
res vbi vulgata est, cum hominū mētes re-
hementer cōmouisset. Aristodemus, & ipse
ex eadem Aepytidarum gente, vir & ca-
teris vitæ ornamētis, & bellica virtute Ly-
cisco clarior, vltro filiā immolandā obtu-
lit. Verum hominū plerūque in rebus præ-
clare gerendis alacritatē, nihil ferè minus
quām calculos fluuiorū limus obruit: Nā
patriā per filiæ deuotionē seruare cupiēti
Aristodemo, obiecit se huiusmodi offen-
sio. Messenius ciuis, cuius nomen nō prodi-
tur, fortè Aristodemī filiā amabat, ac pro-
pediem erat vxorem ducturus: Is itaq; ex
sponsu agere puellā vindicans, acriter ne-
gare, quæ sibi despōnsa esset, in patris eam
amplius esse potestate, suum esse, qui spon-
sus sit, in illā ius omne: Qua ratione cum
parum proficeret, impudenti mendacio vi-
tiatam à se puellā, & grauidā iam esse affir-
mat. Qua pertinacia eō furoris Aristode-
mum impulit, vt filiam statim occiderit, &
eius vtero exciso planè omnibus ostēderit
non fuisse prægnantē. Ibi aliud iussit Epe-
bolus vates filiā deuouere, quod interpre-
taretur virginis cæde, quam iratus pater
com

commisisset, litatum ex oraculo non esse.
Hæc populum docente vate, nihil propius
fuit, quām vt impetu factō, ab vniuersa cō-
cione puellæ procus ille interficeretur,
quippe qui & Aristodemū parricidij obl:
gasset, & salutis suæ spem in dubiū reu-
casset. Erat ille Euphai vt qui maximē ami-
cus. Persuadet itaque Euphaës religione
populū nulla amplius teneri, neque inter-
esse à quo sit virgo cæsa: Ei vehementer
Aepytidæ omnes assensi sunt, quod nihil
malebant eorum vnoquisque quām libe-
rari se deuouendæ filiæ metu Quare faci-
le tumultū omnē regis oratio sedauit. Ad
sacra deinde & ludos omnes conuersi. La-
cedæmonij de oraculo certiores facti, re-
bus suis magnopere diffidebē. Ac reges
ipſi in primis ad bellum moliendū multo
segniores facti: Anno demū post Lycisci fu-
gam octauo Lacedæmonij cū perlitassent
Ithomen duxerūt: Iam Cretenses aberāt,
& Messeniis etiā socij minus præsto fue-
runt. Suspecti enim erant Spattanis cū alijs
Peloponnesij, tum verò Arcades, & Argivi
maximē. Ac Argiui quidem ipſi clam auxi-
lia ad id bellum cōmuni consilio décreue-
rūt: Priuatæ militiae nomine Arcades aper-
tè delectum habuerunt: Sed neque hi satis
maturè venerunt. Nam oraculi fiducia fa-

cile Messenios adduxit, ut belli aleam experiretur sociorum copiis non expectatis. Fuit hoc secundū prælium euētu ipso non aliud valde à superiore: Pugnātes quidem lux defecit: Nihil verò est in utroque corru vel ab his, vel ab illis insigne ad memoriam gestum. Neutra enim acies quem ab initio instituerat, ordinem seruavit. Verū fortissimi qui que in mediū se agmē receperunt, ibi multo acerrimum extitit certamen. Ipse enim Emphaēs audacius quam regem decebat, & intēperatius in Theopomi cohortem inuestus, vulnera multa, & et lethalia accepit: Humi stratum, & animam prope agentem, paululū tamen etiamum spirantem, ad se rapere Lacedæmonij co-nati sunt: Ibi exarsere in pugnam Messeniorum animi: Incitabat eos in regem suum pristina benevolentia, neque minus retinendi decoris studium. Atque animas quidem suas minifero periculo obiicere, & ad unū omnes cædi satius ducebāt, quam per summā ignominia regi quēquam superstite esse. Euphaēs casus, & pugnæ tempus produxit, & utriusq; exercitus virtutē incendit. Relatus in caltra Euphaēs, ac paululum recreatus, suos ex eo certamine fecit non inferiores discessisse. Paucis verò post diebus è vita excessit, cum annos

regnasset XIIII. ac totum regni tempus cum Lacedæmoniis bellando consumpsisset. Is cum sine liberis moreretur, regnum populi arbitrio permisit. Cleonnis, & Damin cum Aristodemo contendere, quod se cum cætera vita dignitate, tum rebus bellicis longè præstantiores putarent. Antander enim in pugna ceciderat, morte pro Auphaē appetita: Aduersabantur præterea vatum duorum Epeboli, & Ophionei sententiæ: Non esse dicentium Aepytī, & eius posterū imperium homini filiae cæde polluto decernendum. Obtinuit tamen populi suffragio regnum Aristodemus. Ophioneus ipse Messeniorum va-tes, cuius modo mentionem feci, cum ortu cæcus esset, huiusmodi diuinationis gene-re vrebatur. Quærebat de consultoribus suis quid quisque vel priuatim, vel publicè egisset, exinde futura coniiciebat. Aristodemus, ut ad eum redeam, regnum adeptus, suis in omnes ordines meritis, tam plebi, quam optimatibus carissimus fuit. In primis verò Cleonnis, & Damin quoquis est honore dignatus. Idem etiam studiose socios colens, per legatos Arcadum, Argi- iorum, & Sicyoniorum primoribus munera misit. Enim uero bellum Aristodemo imperante utrinque paucis in hostilē

agrūm populatoribus immittendis, & in cursionebus sub ipsa messis tempora faciēndis gestum. Et cum Messeniis quidem nīfisi ab Arcadiis milites in Laconicūm agrūm excurrēre. Cum interea Argiui ne ti quām ex professo Lacedæmonios lacesse re ausi sint, ita tamē omnia compararunt, vt contra eos, si pugna commissa esset, omnino præliūm cum Messeniis inituros apparet. Qūntum iam annum regnabat Aristodemus, cum ad statum conditum præliū diem (belli enim diuturnitate, & impenſe magnitudine fracti admodum erat, ac debilitati) sui vrisque socij præsto fure: Lacedæmonios ex omnibus Peloponnesiis Corinthij soli iuvere. At Messenius in auxilium venere cum vniuerso exercitu Arcades: & Argiuvorum, ac Sicyoniorum lectissimi quīque. Steterunt in Spartanorum acie media llotæ, & finitimi. Cornibus reges imperarunt: Phalange vñ sunt tam densa, & cōferta, quām antea nunquā. Aristodemus copias suas in hunc modum instruxit. Messeniis, & Arcadiis, qui corporibus essent valentissimi, quorūmque virtus maximē eniteret, arma diuisi optima & lectissima. Iis imperat ut Argiuis, & Sicyoniis permisi comminus cum hoste congregiautur: Phalangem suam laxatis ordia-

ordinibus quām potest longissimē, ne posset ab hoste circundari, explicat: Prouidit verō, vt collatis iam signis, à tergo sui Ithomen montem habherent. Ac graui quidem armaturæ Cleonni præfecit: Substitit ipse cū Dami qua in parte leuis fuit armatura, in quā funditores, & sagittarij pauci fuere: Reliqua turba ad excursus faciendos propter corporum agilitatem, & armorum leuitatem, maximē idonei fure: thorace, & parmula duntaxat armati: Quod si quibus ea defuit armatura, ij capraram, & ouium, ferarum etiam, vti luporum, & vrsorum pellibus tegebantur. Maximēque Arcades montium incolæ, iacula singuli plura, Lanceas etiam nonnulli preferabant. Subsederunt ea Ithomes parte, qua minime possent ab hostibus conspicī. Et graui quidem Messeniorum, ac sociorum armatura, cum primam Lacedæmoniorum impressionem sustinuit, tum verō in omni præliandi munere virtute preſtiterunt. Erant hi numero hostibus multo inferiores: Verum lectissimi quique cum multitudine, & minimē paribus virtute dimicabant. Quare tam alacritate, quām pugnandi vñ facile restiterunt. Expeditæ etiam cohortes signo dato in hastam cursum impressionem fecerunt, iacu-

lis eminus latéra petentes: Nec defuerunt qui audacia incitati maiore, longius progressi, cum hoste communis manum conferuere. Ad Lacedæmonij ancipiti periculo circunueuti, cum in quandam velut desperationem rem deduci viderent, non tamen acie turbarunt, quin contra leuem armaturam conuersi, magno conatu, eam ut funderent, conabantur: Sed cum velites facile, nempe quos nulla armorum impedimenta retardabant, subterfugerent, trepidatio primum, tum ira vehemens Lacedæmoniis incessit. Est verò ita natura compattum, ut homines moleste supraquam dicitur possint, ferant, si videant rerum euena virtuti non respondere. Quare & qui ex Lacedæmoniis vulnera iam acceperant, & quicunque cæteris locum suum retinientibus, primi expeditos adorti fuerat, in eam partem incumbebant, quo se velites illi intulissent: Ac retrocedentes, longiore persequebantur excursu. At Messenij, quo ante cœperant modo eos ipsos qui locum obtinerent suum, & cædebant, & missilibus sivegebant: Iam verò si insequerentur illi, auerfi elabebatur ac rursus ad suos se recipientes à tergo vrgebant. Hæc passim fuit pugnae in diuersa agminis parte forma. Eodē tempore statarius vtrinque miles, ordines

con-

conservans, acrius aduersis frontibus dimicauit. Postremo Lacedæmonij preliā mora, & vulneribus fatigati, & à velitibus no eo quodam more disturbati, soluerunt ordinēs. Terga iam vertentes iidem velites vel grauioribus affecerunt incommodis. Certum cœsorum numerum in ea fuga prodere difficile fuerit, magoum omnino fuisse crediderim. Iam verò aliis domos cuique suas redditus periculo caruit. Per pacatum enim agrum transfiere. At Corinthiis res fuit discreminis plenissima, siue per Argiorum, siue per Sicyoniorum fines reuertentur. Lacedæmonios accepta quidem clades vehementer perculit, cum tam multos, & eos quidem minime obscuros amississent viros. Sed erat illud ferè indignius, quod spes reliqua omnis belli eius ex animi sententia conficiendi erepta videbatur. Misérū tamen Delphos, qui Deum de tota belli ratione consulerebant: lis responsum huiusmodi datum est.

Non martis tantum suadet tibi munera Phœbus.

*Aīn captia fuit quondam Messenia tellus:
Prisca fraude nouo rursus capietur ab hoste.*

*Quare ad astum regibus, & Ephoris cōuerſis, cū aliud nihil in mentem venisset,
quod Ulysses ad Iliū fecit, placuit imitari.
Homja*

Homines enim c. qui se perfugas esse simularēt ad Ithomen speculatum hostium consilia, misere, atque ut planè perfugisse vi derentur publico decreto damnati sunt: Eos ad se venientes Aristodemus his verbis dimisit. Notas esse Lacedæmoniorum iniurias, vetera corundem commenta. Id cum minus vti volebant, cecidisset, conati deinde sunt à Messeniis socios abducere. Verum ab Arcadibus reiecti (ad eos enim primum legati venere) quominus ad Argitos proficiscerentur deterriti sunt. Aristodemus cognitis Lacedæmoniorum conatibus, & ipse ad oraculum misit: Responsum qui missi fuerant retulerunt huiusmodi.

Ecc manet fato longi te gloria belli,
At Spartana phalanx te vincat fraude caueto:
Nam bene compæcta illorum si vasa habeat
Mars,

Seu um habitatorem feret alta corona chororū:
Tunc gemini è latebris erumpēt forte sub auras;
Nec prius euentum rerum lux alma videbit,
Idem quām fato gemini fungantur eodem.

Aristodemus quidem, & oraculorum interpretes, quid sibi vellet responsum hoc, cōcīiendo asseQUI nequitunt: Non multis verò post annis vocem suam exposuit, & ipso euentu ratam fecit deus. Eo tempore forte

forte accidit, vt Lycisci, eius quī Spartam perfugerat, filia, quam secum abduxerat, moreretur: Ad puellæ tumulum cum desyderio ventirantem patrem, Arcadum equites ex insidiis eruptione facta capiunt: Ithomen pertractus, & in concionē productus, causam perduellionis dixit: Non esse patriam à se proditam, verum secedēdum sibi putasse vatis oratione commotum, qui puellam negasset legitimam esse: Hæc cum dissereret, non ante est ei habita fides quām foemina quædam, quæ Iunonis sacerdotio fungebatur, in theatrum veniens, sponte puellam se illam peperisse confessa est, & à se datam vxori Lycisci supponendam. Nunc itaque venio, inquit, rem ocul tam indicatura, ac simul me vt sacerdotio abdicem: Erat enim prisca regione apud Messenios sanctum, siue vir, siue foemina, quæ sacerdotium gereret, si quem liberum amilisset, in eius locum sacerdos vt sufficeretur. Quare vera esse quæ mulier dixisset arbitrati, & aliam Iunoni sacerdotem leverunt, & Lyciscum capitis periculo liberarunt. Aderat iam vicesimus eius belli annus, cum ad oraculum de bello euentu mitti placuit: Consultoribus ad hunc modum respondit Pythia.

Primus

*Prius Ithomai tripodas circum Ienam aram
Qui statuet decies denos, hic forte secunda
Messenen capiet, mens hac Iouis instrue primus
Ipse delos, queis sacra simul prædicta refelles:
Vtere sorte tua f. itum hunc nunc, nunc fuet illi.*

Hoc oraculo promittit sibi victoriam, Messenij interpretabantur, eo maximè, quod cum ipsi intra muros Ithomathæ Iouis aedem haberent, nullo pacto viderentur posse Lacedæmonij priores tripodas dedicare. Ligneos certe tripodas faciendo curarunt, quod ad æneos pecunia non suffeditabat. Exceptam hanc oraculi vocem, è Delphorum numero nefcio quis Lacedæmonem pertulit. Ibi cum nihil omnino publico consilio excogitari posset ad eam dedicationem occupandam, Spartanus quidam Oebalus nomine, homo genere haud quamquam claro, sed. vt res indicauit, planæ callidus, & solers: Is tripodas c. è luto fixit, & in peram abditos, assumptis retibus cum venatoris ornatus urbem agresti turbæ permistus introiit, & ignotus quidem, quippe qui neque in patria sua vulgo esset omnibus notus, quam primum nox superuenit, tripodas illos s. & tiles dicavit, atque inde ad suos reuersus, quod actum fuerat exposuit. Re-compensa Messenij vehementer commoti sunt, & facile

elle quidem Lacedæmoniorum se astu delulos coniecerunt: Multitudinis tamen sollicitudinem Aristodemus cum ea, quares, tempisque ferebat oratione, tum vero statuendis ad Iouis aram ligæis tripodibus (fabricati enim iam fuerant,) leniuit. Accidit eo tempore vt Ophioneus vates, qui à primo statim ortu cæcus fuerat, oculis uti cooperit, miribili admodum casu: Nam cum ingenti capitatis dolore laborasset ab ea valetudine luminis compos fuit. Aliis præterea prodigiis, cum Messeniorū iani res inclinarent, ac prope in perniciem laberentur, suæ di mentis haud dubias dederat significations. Diana erat Messeniis ex æra signum: cum æneis armis. Huic scutum sponte excidit. Cum Aristodemus Ioui Ithomati immolaturus hostias adduxisset, arietes sponte incussis ad aram cernibus moribundi cecidere. Ad hæc nocturni canes globo facto ululatum dedere: Mox idem ad Lacedæmoniorum castra concurrent. Non hæc solum prodigia, sed vi-fum etiam per quietem Aristodemum exterruit. Visus est in somnis videre cum esse, armis iam sumptis, ad pugnā exiturus, victimarum extis in mensa appositis, filiā in puerula veste assistētem, & nudato pectore vulnera ostentātem: deinde distulbaris è men-

è mensa extis, detraictis armis, ab ea aurea
se corona, & albis vestimentis donari.
Dum anxio esset animo Aristodemus,
quod mortem sibi haud dubie somnium
illud portendere interpretaretur, Messenij
enim optimates coronatos, & candida ve-
ste velatos efferunt: Ecce tibi nuntius O-
phioneum, vatem videre dedisse, ac rursus,
vti ab initio, oculis captum: Est verò tunc
oraculi sensus interior patefactus, & plane
intellectum est, cum dixit ex insidiis erum-
pentes duos, & eosdem in pristinum sta-
tum reuersos, Ophionei oculos Apollinem
innuisse. Aristodemus itaque vicem suam
grauiter dolens, quod filia interempta pa-
triæ nihil profuisset, ac simul ad patriæ sa-
lutem spei nihil esse reliquum facile sta-
tuens, ad filiæ tumulum sibi mortem con-
sciuit. Vir, quantum humano consilio con-
sequi potuit, patriæ salutaris, sed cuius a-
cta, consultaque omnia Fortuna eluserit.
Regnauit annos v i. & aliquot amplius
menses. Messenios Aristodemi casu per-
cussos, tanta rerum omnium cepit despe-
ratio, vt de mittendis ad Lacedæmonios
deprecatoribus cogitarent: Verum quoni-
mus id facerent obstitit pertinax in ho-
stem animus. Concione vocata regem
non crearunt: Imperatorem cum potestate
summ

summa Damio surrogarunt. Hic colligas Cleonni sibi, & Phylea cooptauit: Tum quasi mox prælium commissurus, ex præ-
fectori rerum copia omnia apparauit: Vrge-
bat enim obsidio, & ex obsidione victus
inopia eiusmodi, vt iam nihil esset magis
metuendum, quam ne mox fame coafci-
rentur. Virtus certe, & animi præstantia,
ac bellandi peruvicacia nullo: vñquam tem-
pore Messenii defuit. Ducibus postremo
omnibus, & optimis quibusque ciuibus
amisis, menses cum prope v. perduraſ-
sent, belli eius anno x x. iam pene exacto,
Ithomen deseruere, quod ipsum Tyrtaeus
versibus testatus est.

Anno bisdecimo linquentes pinguia culta.

Montis Ithomei deseruere inga.

Finem habuit bellum hoc, anno primo
quartæ, & vicesimæ Olympiadis, qua Da-
mon Corinthius in stadio vicit: Cū apud
Athenienses Medontidæ iam decimum,
summum cepissent ciuitatis honorem, &
Hippomeni quidem quartus iam exactus
esset imperij annus. Ac Messenij tunc, qui-
bus vel Argis, vel Sicyone, vel in Arcadia
hospitia fuerunt, in eas sunt vrbes dilapsi:
Eleusinem verò migrarant, qui è sacris fa-
miliis oriundi essent, & sic circa Magnarū
dearum initiis præsenterunt. Multitudo reli-

qua, in suā se quisque priscaas patrias recce-
perunt. At Lacedemonij primū Ichomen
solo æquarunt: Vrbes deinde cæteras ad-
orti facile expugnarunt: De manubiis ve-
rò Amyclæ Apollini tripodas æneos tris
dedicarunt: In quorum vnum Veneris,
Dianæ in altero, in tertio Cereris & Pro-
serpinæ signa insistunt. Iam verò agri Mel-
senici partem Asinæ, quos Argui ante
eiecerant, eam, quam nunc etiam tenent,
assignarunt. Androclis etiam posteris (su-
perstes adhuc erat Androcli filia, & ex ea
nepotes qui Androcle mortuo se Spartam
contulerant) regionē donarunt, quæ Hy-
mia nuncupatur. In Messenios iram bellī
ad hunc modum Spartani exercuere: Pri-
mum omnium iureiurando eos adiungit
nunquam à Lacedemoniis defecturos: Re-
sum nibil nouarum molituros: Deinde ve-
rò annui quidem stipendij nihil impera-
runt: Ex omnibus tantum arationibus di-
midiam ut frugum partem Spartam de-
portarent edixerunt: Prætereā ut cum vxo-
ribus veste mutata, regum & optimatum
funera prosequerentur: Qui imperata
non fecissent pœna iis constituta. Has
Messeniorum miseras declarant Tyr-
tæi versus.

Et sub non equo pondere pressi asini,

Crud

*Crudeles domini, quos tergo tollere cogant
Dimidium frugum, quas sua terra parit.
Cum lugubri ornatu etiam coactos fuisse
interesse funeribus ex his licet colligere.
Ipſi, atque vxores dominos plorare coacti,
Si quando è vita hos mors rapuisset atrox.
His malis circumuenti, cum in posterum
etiam nihil Spartanorum dominatum
æquorem sibi fore sperare possent: & mo-
ri satius omnino ducerent, quām è tota Pe-
loponneso emigrare: noua defectionis cō-
ſilia inferunt. Acerrimi erant iuvenes re-
rum nouitum authores: Illi quidem om-
nium belli artium expertes, sed ea animi
elatione, ut cadere mallent liberam naſti
patriam, si optio detur, quām vel clemen-
tissimā seruitutem rerum omniū copiis
circumflentes perferre. Educta iam iuuen-
tus eximia erat Messenii cum in aliis lo-
cis, tum verò numero, & robore præstatiſ-
fima Andanix. Eminebat verò inter om-
nes Aristomenes, qui apud Messenios ad-
huc inter heroas colitur, & eius quidē na-
tales maximè nobilitant: Cum cius enim
matre Nicotelea genium quendā sumpta
draconis forma concubuisse memorant.
Quod ipsum de Olympiade Macedonas,
de Aristodama Sicyonios noui memoriaz
prodidisse. Tantū interest, quod Aristome-*

F 2

nen Messenij non Hercule, aut Ioue genitum prædictant, sicuti Ammone Alexandru Macedones, Aratum Aesculapio Sicyonij. Verum cum Græcorum multitudo Pyrrhum ei patrem fuisse dicat, ipsi Nicomedis filium in sacrorum libationibus celebrat. Vigebat hic animis, & ætate, & eum æquales, honore prope pares ad defectiōnem incitabant. Rem ad hunc fermè modum exorsus est. Missis clam ad Argiuos, & Arcadas certis hominibus, tentauit prium vtriusque gentis animos, nunquid sibi rebellibus nihil aut segnius, aut spe minore quam priore bello auxilium latrui essent. Ac spe quidem multo paratores socios animaduertere. Iam enim Arcades, & Argui apertissimas cum Lacedæmoniis inimicitias exercebant. Defectiōnēt Messenij unde quadragesimo post Ithomes excidium anno, qui quartus fuit tertie & vicesimæ Olympiadis, qua vicit in stadio Hyperesiensis Icarus. Atheniēsum verò respū annuis iam erat magistratibus restituta. Ac tunc quidem Tlesias Athenis prætor erat. Qui autē essent Sparte reges, eos Tyrtaeus non nominavit. At Rhianus versibus mandauit Leotychide regnante bellum hoc alterū gestum. At enim Rhiano in hac ego re neutiquā assertior: Tyr-

tēum

taum verò id ipsum quod aperte non dixit, significasse tamen facile videri possit. Elegi enim ipsius sunt de bello priore. Obſessam decima hanc nonaque vidit hymns. Indomitiq; animos tam longi munia Martis, Noſtrorum patrum ſuſtinuere patres. Quibus planum facit, ætate demū tertia post primum bellum. iterum Messenios armcepille: Declarat itaq; annorum series, regēm eo tempore Spartæ fuisse Alexandrum Eurycratis filium, Apollodori nepotem: Ex altera verò familia Anaxidamum Zeuxidami filiū, Archidami nepotē pro nepotem Theopompi: Iccirco autē ad pro nepotem Theopompi descendī, quod Archidamo filio ante patrē mortuo, Zeuxidamum ē filio nepotē, Theopompus impētij sibi successorem reliquit. At Leotychiden regnum poffedisse conſtat post Demaratum Aristonis filium, cum Ariston ipſe à Theopompo ſexus fuerit. Eo ipſo igitur tempore contulere cum Lacedæmoniis signa Messenij ad Deras, qui vicus in Messenia est, anno post defectiōnem primo, ne tris venere à sociis auxilia, neque penes quos eius fuerit certaminis victoria perſpicuum fuit. Aristomenen eo prælio tradunt facinora maiora multo, quam pro vieti captu, feciffe: Quare statim post pugnā

454 PAVSAN. MESSEN. SIVE
rex fuerat salutatus. Erat enim ex Aepytidarum genere: Verum cum regnum recusasset, imperatorem cum summa potestate praesesse rebus bellicis iussent. Is eo erat ingenio, ut facillime pateretur suum ieiuniam, qui aliquid in bello memoria dignum gessissent, honorem haberet. Et antiquissima quidem ipsi cura fuit, initio belli Lacedæmonios perterrefacere, quo esset illis in omne reliquum tempus formidolosior. Hoc sibi cum propositam haberet, noctu Lacedæmonem veniens, in Chalcioeci, scutum posuit, in quo inscriptu fuit Aristomenen deæ de Spartanorum manib[us] dicasse. Eodem tempore Lacedæmoniis Delphicum Apollinem de belli exitu consulentibus responsum, ut Atheniensem hominem rerum gerendarum authorem adcereret. Quare cum per legatos de oculo docuissent Athenienses, ac simul Atheniesem sibi hominem, cuius veterentur con filio, depoposcissent, ea res animi dubios tenuit Athenienses. Nam & periculostimum fore reip. suæ indicabant, si Lacedæmonij parte Peloponnesi optima potiretur, & rursus diuinis vocibus non parent nefarium censebant: Consilium ut in redubia anceps capiunt. Erat Athenis Tyræus quidam, ludi magister, qui neque sat

L I B R Y T I M . 455
mente valere credebatur, & altero claudicabat pede: Hunc ad Spartanos misere: Ibi ille modo ciuitatis principes, modo plebem, proinde ut locus, aut tempus tulisset, elegos, & anapæstos decantans, quid factum opus esset edocebat. Anno uno ferme post prælium ad Deras, cum sui iam vtriusque socij præsto essent, ad Apri sepulchrum (id vico ei nominis est) ad prælium committendum parati conuenere. Messeniis Arcades, Arguii, Sicyonij auxilia miserant. Conuolarant qui sponte profugerant è Messenia, & ab Eleusine, quibus à maioribus tradita fuerant Magkarum dearum initia. Androclis præterea nepotes, atque hi quidem omnes, summa alacritate Messeniis auxilia mittere. Lacedæmoniis præsto fuere Corinthij, è Lepreatibus nonnulli Eleorum odio ducti: Asinæis fœdus cum vtrisque fuit. Vicus quem Apri ante diximus sepulchrum nuncupari, in Stenycleoro Messenici agri regione est: Nomen ex eo habet, quod Herculem, memoriam proditum, super apri testibus, fœdus cum Nelei liberis fide vltro citrōque data, & accepta icisse sacra rite è vatisbus vtrinque facta. Vates erat Lacedæmoniis Hecatus nepos, & cognomen Hecati illius, qui cum Aristodemi filius Spartam postlimino re-

uerterat. Messeniis Theoclus. Oriundus hic Theoclus ab Eumantide fuit, Euman-
tin ipsum Eleum hominem, quod erat de genere Iamidatum, Messenen Cresphon-
tes abduxerat. Quare cum suum utriusque
vatem fidenti elatum animo haberent, eo
etiam ad rem grauiter gerendam fuere
paratores. Et pro sua quidem quisque atra-
te, ac virili parte magnam prae se ferebat
alacritatem. Omnes verò bellicæ gloria
cupiditate superabat Anaxander Lacedæ-
moniorum rex, qui circa ipsum erant
Spartani. In Messeniorum exercitu An-
droclis nepotes Phintas, & Androcles, to-
taque ea manus, quæ illorum ductum se-
quebatur, egregie ad virtutis laudem, &
pari consensu aspirabant. Tyrræus, & ma-
gnorum deorum antistites nulla ipsi belli
munia obiere, extremostantū sui quique
agminis cohortationibus ad pugnandum
accendeant. Quod verò ad Aristomenen
attinet, stipabant cum octoginta Messenij
iuuenes eius aquales, quorum magno sibi
vnusquisque honori ducebat, quod se ille,
quem in prætoriam cohortem adscise-
ret, dignum putasset. Et erat sancte eorum
quilibet miro animi vigore, siue mutuum
poscentium auxilium, siue ducis pugnam
vel iam agredientis, vel iam prope ag-

gressuri significaciones obseruare opus
esset. Steterunt hi in acie contra Anaxan-
dri cohortem, in qua fuit Spartani exerci-
tus robur. Quare magno quidem negotio
cum ad multas horas dimicassent, multa-
que accepissent vulnera, iamque prope ni-
hil esset spei reliquum, postremo peruica-
cia, & impetu hostem fudunt. Fusum Ari-
stomenes ut alia cohors perseguatur im-
perat: Ipse cum suis ad integratos, & adhuc
suum obtinentes locum conuersus, vbi &
illos dare terga coegerit, mox alios, & sub-
inde alios acris adoritur: Donec totam
Lacedæmoniorum aciem, cum modo in
hanc modo in illam partem se inferret,
terribilior multo quam ut hominis unius
illa videri posset audacia, dissipatis, ac
disturbatis ordinibus in fugâ vertit. Iam
verò cum Palantes ageret, qui neque in
fugiendo modum haberent ullum, neque
tantisper cōfisterent dum in unum conue-
nirent, ad sylvestrem pyrum in ea campi
parte enatam ventum: Ibi Aristomenes à
cursu Theoclus vates reuocabat, quod in
ea arbore Castor, & Pollux confedissent.
Sed Aristomenes in ipso pugnæ ardore
impetu raptus, cum ad pyrum accessisset,
scutum amisit: Ibi dum in eo querendo
cunctatur, spatium datum est elabedi, qui

se ante in fugam dederant, Lacedemoniis: Ea clade percussi Spartani, ad bellum finem spectabant, sed eos Tyrtaeus de sententia versibus deduxit: Idemque milites, qui in cohortibus desiderabantur, de Ilotum delectu suppleuit. Aristomenen Andanian reuersum acceperunt matronæ gratula- bundæ, tænias in eum, quacunque incederet, & ut anni ferebat tempestiuitas, flores, & fructus iaciebentes. Carmen præterea illud, quod nostra etiam cantatur ætate in eum concinantes.

Per Stenycleria plana secutus in ardua montium,
Victor Aristomenes est Lacedemonios.

Scutum postea recepit Aristomenes: Nam cum Delphos venisset dei monitu, in Trophonij sacro penetrali, quod ad Lebadæ est, illud reperit, ac rursus eodem in tēplo dedicauit, quod ego ibi positum vidi: Insigne eius est aquila, passis ad extremos clypei margines alis. Sed tunc è Bœotia rediens, clypeo apud Trophonium inuento, ad maiora mox belli se opera comparuit. Collecta enim Messeniorum manu, le~~ti~~ssimis stipatus ciuibus sub crespusculū ad Laconicum oppidum, quod in urbium enumeratione Pharin Homerus, Pharas nucupant, Spartani & fioitimi, contendit. Ibi occisis qui resistere conati fuerant,

ac oppido direpto, dum Messenem cum luculenta præda redit, Anaxandrum qui facta ex insidiis eruptione cum armatorum globo tergum vrgebat, conuersus in hostem, in ipsa via iterum fudit. Quin & fugientem acriter insequi nō prius desit, quam tragula femore fauciato, retrocedere coactus est, cum nihil interea de præda deperisset. Modico dein tempore intermisso, quantum scilicet curando vulneri sat fuit, cum Spartam ipsam adoriri in animo haberet, obiecta per visum Helenæ, & Gæmellorum specie deterritus est. Rediens, Caryatides virgines choros Diana agitantes, interdiu ex occulto aggressus, parentum opibus, & dignitate præstantissimam quanque comprehendit, & ad Messenia vicum quendam perduxit: Ibi virginū custodia certis hominibus de sua cohorte mandata nocte vnam quieuit: Inter ea iuuenes vino, & libidine feruidi, virgines eas vitiandi cupiditate, exarserunt, atque adeo ut ne ipsius quidē Aristomenis vocibus, negantis id ius fasque Græcis esse, conatu absisterent. Quare ut eas ab iniuria vindicaret, adolescentes aliquot, quorū erat maximè vino incitata licetia, occidere coactus, captiuas tā integras quā ante fuerat parentibus magna accepta pecunia redidit.

460 PAYSAN. MESSEN. SIVE
 dedit. Est in Laconico agro vicus Aegila
 nomine, in quo templū Cereris veteri reli
 gione consecratum. Huc matronas per fe
 stos dies more maiorum ludos ut facerent
 conuenisse, Aristomenes, quīque cum eo
 erant, exploratum habebant. Fō itaque ve
 niens opprimere eas conatus est: sed cum
 illæ numinis ope frētæ vim repulissent,
 gladiis etiā, quibus ad hostias immolādas
 vñ fuerant, armatæ, & verubus, tostis iam
 extis, hostem inuaserunt, multisque graui
 ter sauciis ipsum quodque Aristomenen fa
 cibūs percussum, ac male mulctatū in vin
 cula coniecerunt. Sed eadem nocte dimis
 sus, ad suos rediit: Dimisissé eum dicitur
 sacerorum antifita. Archidamea non pre
 cīo, sed amore adducta. Illum enim multo
 ante amare cœperat: Simulauit verò effu
 gisse exultis vinculis. Eodem anno cū pro
 pe esset vt ad Magnā fossam (hoc loco no
 men est, prælium committeretur, & Messē
 niis Arcades ex omnibus vrribus auxiliū
 tulissent, Aristocraten Iceta filium, patria
 Trapezuntium, Arcadum regem, & eorum
 tunc exercitus ducem Lacedæmonij pecu
 nia, corruprē Primi enim omnium Lacedæ
 monij ex omni antiquitatis memoria
 hostem dicuntur muneribus solicitasse, &
 venalē fecisse bellū euētū. Prius enim quam

ab illis circūueniretur Aristocrates, à quo
 Messenij proditi sunt, virtute, fortuna, deo
 rum præfidiis res bellica stabat. Cōstat ve
 rō Lacedæmonios eosdem, & in sequenti
 bus deinde tēporibus cū ad Aegos flumen
 clasi Atheniensiū occurrisserent, & alios ho
 stium prætōres, & Adimātū in primis mer
 cede sibi deuinxisse. At enim & ipsos Lace
 dæmonios oppresit aliquando poena, quæ
 Neoptolemea dicitur, ex eo scilicet, quod
 cū ad Hercei Iouis arā Neoptolemus Pria
 mum iugulasset, ipsi postea accidit, vt ad
 Apollinis Delphici arā interimeretur. Ve
 nit inde in prouerbij cōsuetudinē, vt quo
 ties qua quis alterū affecisset iniuria, eam
 ipse passus esset, Neoptolemea vltio dice
 retur: Nam cū maximē opibus floreret La
 cedæmonij delecta Atheniensiū classe, ma
 gna siē parte Agesilai ductu occupata, im
 periū illi quidē non prorsus amiserūt, sed
 ipsorū arte Persarū rex vñsus, missa Corin
 thum, Argos, Athenas, Thebas pecunia,
 bellum in Spartanos concitauit, quod est
 Corinthiacū appellatū. Quæ fuit causa vt
 Agesilaus in Graciā omissa Asiatica expe
 ditione exercitū reportaret. Dolū itaq; La
 cedæmoniorū di in ipsorū veitēre perni
 ciē. Aristocrates accepta à Lacedæmoniis
 pecunia Arcadas primū quid moliretur ce
 lauita.

Iauit. Deinde verò cum vtraque acies signa collatura esset, suis tetrore, & trepidatione fecit, quasi cōmonefaciēs si ad manus ventum esset, victis ex iniquo loco exitū nullum fore, & sibi quidē sacrificanti affirmauit nihil latrī exta portēdisse. Edixit itaq; vt pro se quisque fuga saluti suā consuleret. Quare cū iam prēliū iniuretur, omnēsq; in hostem cōuersi essent Messenij, lēuum illis cornu, & acies media nudata est: In vtraque enim agminis parte constiterant Arcades, cum neq; Elei, neque Argui, nec Sicyonij pugnæ interessent. Præterea, quo esset efficacior proditio, Aristocrates fugiēs per medios Messenios euasit. Re insperata attoniti Messenij, ac plane quid agerent incerti, à Lacedæmoniis tantū qui se iam acrius inferebant, in Arcadas impune labentes, conuersi, orabant alij vt manerent, alij conuitiis illos, & maledictis in celrebant, proditores & feedifragos appellantes. Spartani interea facile destitutos, vndique circundato agmine cinxerunt, & obuiam maximè quam minimo labore ac periculo sibi vistoriam vindicarūt. Aristomenes cum cohorte sua locū tenuit, & inuidens imperium hostis aliquandiu sustinuit: Sed fuere tam pauci numero, nō magno utique præsidio. Periit omnis prope

mul

multitudo: & qui, cum ante de seruis dominos Lacedæmoniorum se futuros rati fuerant, iam nē reliquam quidem salutis ullam spem retinebant. Occubuerunt rameo & principum nonnulli, interq; eos Androcles, Phintas, & cuius clarissimè in eō prælio virtus eluxit, Phanas, Olympica de longiore curriculo victoria, illustris. Aristomenes prēlij reliquias collegit. Cumque suis vt Andania, & oppidis quæ à mari longius abessent relictis, se in Erān montem reciperen̄t suafisset, eo in loco obsidionem hostium, post acceptam ad fossam cladem, annos nihil minus x i. sustinuit: Cum tamen castellum illud cū ea spe Lacedæmonij oppugnare adorti essent, quasi primo impetu capi posset. Testatur tamen longum totius obsidionis tempus fuisse, his versibus Rhianus.

*Seruarunt inter cendentis devia montis
Castra bis vndeas herbas, totidemq; pruinæ.
Circunscriptis scilicet annos per hyemes,
& aestates: Nam cū herbas dixit viridē segēre, vel anni tēpus, quod paulo ante messem est, significavit. Era occupata, reliquo omni agro exclusi Messenij, præter oram tamē maritimam, quam illis integrā, & incolūmem Pylij, & Methomæi præsitebant, prædas nō magis ex Laconico, quam*

ex

ex suo ipsorum agro agebant: Vtrūq; iam hostiles esse iudicantes. Fiebant cum ab aliis paſſim ut fors ferret excusioneſ: Tū in primis Aristomenes cum in vnu ad trecentos lectiſſimos viros coēgiſſet: agebat illi, rapiebāntque omnia vnde cuque quis poterat: Fruges, nēpe, vinū, pecus, abſumebant: mancipia ſupelleſtilē dominis aſtimata reddebat. Coēgit ea agrorū direptio Lacedæmonios edictos cauere (quod aruanon ſibi, ſed iis, qui in Eran ſe ceflerant ſe ri videbant) ne colerentur bello durante Messenici, & Laconici agri finitima partes. Ex eo frugum egestas, & inde ſeditio conſecuta locupletibus aegrē ferētibus arationes deſeri. Eum fremitum verſibus ſuis Tyrtaeus compressit. Interea Aristomenes cū ſua manu per densas tā noctis tenebras egressus. Amyclas magnis itineribus con tendit. Quōd cum diluculo perueniſſet, ſubi to impetu oppidi cepit, ac diripiuit: Atque inde ad ſuos ſe prius recepit, quām ē Sparta ſubſidiū mitteretur: Excusionibus hoſtilem agrū nō prius deſtitit infiſtum reddere, quām Lacedæmoniorū manipulos di midia parte plures cum ambobus regib⁹ nauctus, facto cū illis prælio, præſenti que ſe animo defendēs, & vñnera alia accepit, & percuſſo lapidis iactu capite, caligantibus oculis.

oculis prope exanimis corruit. Vix adhuc ſpirantem, irruētes Lacedæmonij, & cum eo quinquaginta de eius prætoria cohorte captiuos Spartā pertraxere: Quos cum in Ceadā abiiciendos censuiffent (ſic alte de hincētem fouē vocant, in quam maximis criminibus capite dānatōs præcipites mitunt) alij quidem omnes ad vnum periere: Aristomenen qui ſe pē aliās, idē & tūc ſer uauit deus. Cuius qui res geſtas magnificētiuſ extollunt, aduolasse aquilam dicunt, quæ cadentis corpus paſſis aliis ſubiens, ita illum librauerit, ut omni ex parte illæſus ad eius barathri ima delat⁹ fuerit Fato certe nescio quo exitus ei ē tetro illo hiatu mōſtratus eſt. Nam cū in imo iam ſpecu conſtituiſſet, veste obuolutus decubuit, extremam, quam proximē abeſſe putabat, vita horam expectans. Triduum erat ibi iam cōmoratus, cū audito ſtrepitū quodā per ſublūſtres tenebras vulpem vidit cada uera appetentem: Cogitans itaque per hoſtium omnino aliquod bestiā illuc pene traſſe, ea quantiſper propius accederet operebatur: Id cum vti volebat accidiſſet, feram manu altera prehendit, altera quo tieſ ſe illa cōuertiſſet chlamyde mordicus prenſandam obiiciebat: Et currentem qui dem qua ſe via dabat, curſu cōſequebatur:

trahendum verò se belluæ per iniua præbebat. Vedit postremo cuniculū nihilo ampliorem quām inde posset vulpes euadere, per quē luminis se aliquid ostendebat, per illum quadrupes, ut primum dimisit eam, quasi manumissam Aristomenis lustri suū repetiit. At Aristomenes angustā illam, ac minime peruiam cauernulā manibus apertens, in Eran ad suos tandem euasit. Fuit eius fortuna cum captus est mira, & inopinata: Maior enim viri spiritus erat, maior ex rerum gestarum magnitudine audacia, quām ut quisquā capi illum posse sperare debuerit: Sed nihil fuit admirabilius, nullum certius diuinitatis argumentū, quām quod ē Cœde elabi potuerit. Vbi saluū Lacedæmoniis renunciarunt perfugæ quidā Aristomenē ad suos rediisse, non plus credi possevisum est, quām si mortuū hominē reuixisse audissent. Ex huiusmodi verò euentu veritari fides quæstica est. Mittebantur à Corinthiis auxilia Spartani ad Erā expugnandam. Eos milites Aristomenes cum per speculatores comperisset dissipatos, & incustoditis castris iter facere, noctu dormientes adortus, & alias complures, & eorum duces Hypermenidē Achladœum, & Lysistratum occidit, ac mox castrorum prætorium diripiuit. Id facile cognoscere

Lacedæmoniis

Lacedæmonij potuerunt ab Aristomene, neque ab alio quoquam gestum. Fecit post hanc Aristomenes Ioui sacrum, quam Hecatonphonia vocant, quasi Centicidiū dicas: Id sacrum fieri patrio instituto traditū ab iis, qui in pugna hostes centū occidissent. Prima itaque, cum ad Apri sepulchrum pugnatum est, Hecatomphonia fecit Aristomenes: Altera cum oppresos nocturna pugna Corinthios cecidisset: Tertia ab eodē peracta referunt, aliis excursionibus pari, aut eo maiore cæso hostium numero. Spartani, Hyacinthiis quæ iam aderant, solēni ritu interfuturi dierum x l, inducias cum Messeniis pepigerunt. Ac dum illi quidem ludos celebrant, Cretenses sagittarij ē Lycto, & aliis Cretæ vrbibus euocati, interea in agrum Messeniorum excursions facere non desinebāt: Aberat Aristomenes ab Era: ei securius induciarum fiducia vagāti insidias ex eo sagittariorum numero vii. Captūmque pharetrarum loris vinciunt: Mox id ex illis duo gratulabundi Spartam nūciant captum Aristomenem: Reliqui in tugurium quoddam Messenici agri captiuum pertrahunt. Habitabat in eo gurgustio orba patre virgo una cum matre sua. Ea superiorē proxima nocte, per somnium visa fuerat sibi videre, pertrahi illuc

468 PAVSAN. MESSEN. SIVE
 à lupis leonem vincitum erectis vngui-
 bus: illum se è vinculis exemisse, & cum
 eo tanquam cum viro congressam, vngues
 illi dedisse, nec multo post à Leone lupos
 laniatos. Deducto itaque à Cretensibus
 ad eam casam Aristomene, agnouit puel-
 la expressam viro euentu somni imagi-
 nem, quae siuit ex matre quis nam ille
 esset, auditóque viri nomine, confirmá-
 uit se, & cum in eum intueretur, facile
 quod significaret intellexit: Vinum ita-
 que largius Cretensibus fudit: Cùmque se
 violenti omnes abiecissent, ei, quem gra-
 uiore somno consopitum animaduertit,
 pugiuaculum eripuit, eo vincula ipsa ab-
 scidit, insidiatorésque Aristomenes iu-
 gulauit suos. Virginem illam, pro na-
 uata saluti suæ opera, à filio suo Gorgo
 vxorem accipi voluit Aristomenes, cum
 tamen non esset ille annorum maior de-
 cem & octo. Undecimo tandem post-
 quam ob sideri cœpta est anno, Era, pro
 fati sui necessitate, expugnata est: Mes-
 senij illinc electi nouas sedes querere coa-
 eti sunt, & sanè quæ de salutis ratione
 post cladem ad Fossam acceptam scisci-
 tibus Aristomeni, & Theoclo Delphi-
 cus Apollo responsa dederat, ipso rei
 euentu comprobata sunt. His autem
 versi

versibus respondit fatidica virgo.
 Ipse, Nedes dum hircus bibat, altafluenta, nec
 ultra.
 Messenē seruo: Prope enim instauit tristitia
 fata.
 Sunt autem Nedæ fontes in monte Lv-
 ceo, fluuius ipse per Arcadas lapsus, verso
 in Messeniam alueo, Messeniorum, & E-
 leorum fines maritimos diuidit: Ac tunc
 illi quidem capti ambiguis verbis prouid-
 endū sibi putarunt, ne hirci de Neda pota-
 rent. Aliud verò lōge innuerat deus, quod
 fuit huiusmodi. Caprifici stirpem è Græcis
 plerique Olymthon, Messenij ipsi caprum
 nominant: Eo quidem tempore caprificus
 forte in ripa Nedæ enata cum non in subli-
 me se crescēs erexisset, sed in amnem pro-
 na inclinasset, extremis iam frondibus a-
 quam contingebat: Id Theoclus vates con-
 spicatus argute coniecit, illam caprifici
 plantam hircum esse, qui de Neda, sicuti
 Pythia prædixerat, biberet: ac iam fatale
 Messeniis exitiū imminere: Re tamen a-
 pud alios dissimulata, vni Aristomeni ad
 eū locū deducto, oraculū explicat, hominī
 que quod res erat persuaderet tēpus quo re-
 liquum quid spei erat affluxisse, ciuitatis
 suæ peraitiem differri amplius nullo pa-
 sto posse: Quod ipsum tamē Aristomenes

partim ex præfenti rerum statu, partim ex fatorum aliis quibusdam arcans præfenserat. Quare cum haberent opera quædam sacra Messenij, quæ si abolerentur, funditus in posterum omne tempus Messenem occasuram: si cōseruata illa fuissent, rediuium olim imperium ex ipsis ruinis eruptum, Lyci Pandionis filij, vaticinis prædictum fuerat, neque id ignoraret Ari stomenes, noctu clam egressus in maximè deuia Ithomes parte sacra ea defodit: loui, & dis cæteris, quoruni ope ad eum diem Messeniorū res steterat, ratus curæ fore, ut incolume depositū obseruaretur, neq; omnino id in Lacedæmoniorū potestate veniret, quod iam solū ad posteri tēporis spem Messenici nominis reliquæ haberet. Messenios tunc quidem, ut olim Troianos, diverso tamen modo, adulteriū ad extremū exitium perpulit. Era occupata, subiectos etiam monti campos ad Nedæ ripas tenebant. Habitabant plerique paulum extra portas. Neque interea quisquam è Laconia venit ad eos perfuga. Vnus propius accessit Emperati clari hominis inter Spartanos seruus: Is cum domini pecus pasceret, cotidie fere boues præ se ad Nēdam agebat: Ibi Messenij hominis in suburbano habitantis vxorem a qua tum venien

venientem cōspicatus, eius amore captus est: Feminā primo donis ad colloquiū, deinde ad stupri consuetudinem pellexit. Observabat hinc quo tempore eius vir custodias obiret: suam enim quæque vicem ciuitatis pars arcis præsidium obtinebat: Ab ea enim maximè parte ne intra mœnia se inferret hostis metuebant: Qua itaque hora domo ille discudebat, bubulcus ad eius vxorem ventitabat. Forte ita accidit ut esset illi nocturna vigilia cum præsidariis militibus obeunda: per effusissimos verò ea nocte imbræ stationem deserere cogerentur qui excubabant: Ut enim in festinatis munitionibus, neque proieclum muri, neque turres habebant, quo cœli incommoda effugerent: Et eo quidem securius abiere, quod pluvia & hyberna nocte, silente Luna negotium ne sibi hostis facelleret, nihil verebantur: Præterea Aristomenes vigilias circumire non poterat. Nam cum Lacedæmonij assumptis Apterais iaculatoribus Euryalo Spartano duce, Cephallenium mercatorem frumenta, & alios commeatut Eran solium comportare, intercepserunt, illum Aristomenes publice sibi, ac priuatim hospitem, omnēmque eius pecuniam seruarat, vulnus ipse in pugna accepit. Imperatoris itaque metu soluti vigi-

les, eo licentius præsidium deseruere; & sane in eo desertorum numero Spartani pastoris amicè vir fuit: Domum itaque redit ille cù intus esset adulter: Id vbi sensit mulier, quām celerrimè potuit, occultato amatore, virum hilarius etiam multo quām consueverat accipit. Percōtatur deinde quamobrem spe sua celerius redisset, hic ille, qui neque corruptam vxorem, neque mochū domi suæ latere poterat suspicari, veram exponit facti causam: Tempestatis vi non se magis, quām socios omnes è præsidio pulsos, subauultabat pastor: simulac itaque nudatā arcem præsidio intellectus, quā raptim potuit in castra Lacedæmoniorum effugit: Aberant rex vterque, & bubulci dominus Emperamus, copiis quæ Eran obsecabant præfetus fuerat: Ad eum perductus deprecatur primum noxam fugæ bulbus: deinde docet oppositum illud esse ad Eran capiendam tempus, quæ ex Messenij oratione exceperat, singula totidē verbis referens. Habita est eius verbis fides: Ac mox eundem seruum suum itineris dum secutus Emperamus, via perdifficili, per densissimas tenebras nihil imbre remittente, superatis tamen animi alacritate difficultatibus ad arcem agmen deduxit: Ibi scalis admotis, & quo quisque eni-

tivaluit modo, munimenta transcederūt. Messeniis immensæ exitium, & alia portenderant signa, & canum voces obseruatae sunt, non quales latrantium esse consueverunt, sed vehementes & perpetui vulnus. Quare cum in summum iam discrimen rem deductam viderent, non vndique contractis armis, & apparatu vniuerso, sed paſsim eo quisque telo arrepto, quem casus obtulisset, terram eam, in qua sola iam ex omni Messenia patriæ nomen remanserat, tutari conabantur. Primi hostem esse intra muros sensere, primisque cum armis occurrerunt, Gorgus Aristomenis filius, & Aristomenes ipse, cùmque illis Theoclyvates, & item Theoclifilii Manticlus.

Præterea Euergetidas, vir cum per se egregius, tum per nuptias nobilitatus: Nupta enim cum eo erat Agnagora Aristomenis soror: Ac tunc quidem, quamuis se quasi intra retia captos, atque vndique circunuentos, & oppressos animaduerterent, spei tamen adhuc aliquid, ut in perditis rebus habuere. Aristomenes quidem, & vates satis norant patriæ fata differri amplius non posse: Tenebant enim memoria quid oraculi de capro ambagibus significatum fuisset, neque id tamen, ne patria quidem iam cadente, prodendum esse vul-

go putarunt: Quin per oppidum discursantes, ac modo hos, modo illos prensantes, ut quisque obvius esset factus, monere, hortari à pristina virtute ne desciscerent: alios etiam è suis ad rem gerendam dominibus cunctantes euocare. Atque ea quidem nocte nihil ab alterutris memorabile gestum est. Illos enim cum locorum inscitia, tum verò Aristomenis metus reddebat segniores. His neque vacarat accipere à dubiis tesseram, ac, si vel faces, vel aliud quodvis lumen accendissent, id statim venti vis extinguebat: Ut primum illuxit, & se mutuo conspicerunt, Aristomenes, & vna Theoclus, ciues, ut extrema omnia auderent incitabant: Et alia commemorantes, & in primis insigne illud Smyrnæorum facinus, qui cunpartem Ioniae obtinerent, Gygen Dascyli filium, qui urbem magnis Lydorum copiis oppressam tenebat, virtute, & animi præsentia eiecerant. Quibus auditis Messenij, ipsa subnisi rerum desperatione, in hostes, qua cuique viam Fortuna ostendebat, irruerunt: ipsæ etiam fœminæ de superiore loco tegulas, & aliud quicquid missile nancisci potuissent, eiaculari conabantur, sed quo minus testa scandere possent procellæ vis obstabat: Arma verò capere ausæ, virorum alacritat-

eritatem inflammarunt, cum eas illi facile perspicerent malle in patria mortem operere, quam in servitutem Spartam trahi: Ea animorum con spiratione potuissent fortasse fati sui iniquitatem superare, nisi effusi multo etiam præfracti, iubres, crebris cum tonitribus, & fragore micante ob oculos cælo omnia pauore complefserint: Contra verò hosti confidentiam addidissent, deos à se stare interpretanti, præsertim verò cum fulgente ad dexteram Iove lata omnia Hecatus aruspex nuntiasset. Et ille quidem eiusmodi consilij author fuit. Lacædemoniorum copiæ numero longè superiores fuere: Verum cum non equo campo, aut ordinato agmine, sed qua quisque in urbis parte congressus cum hoste esset, manus consererentur, facile evaniebat ut postremi quique prorsus essent inutiles. Hos ut in castra se reciperent Hecatus iussit, ibique corpora cibo, ac somno curarent: Cum aduerseretur adessent fessos leuaturi. Quo factum ut cum fatigatis vicissim recentes succederent, facile pugnæ labor sustineri potuerit. At contra Messeniis fuere omnia misera, & eructuosa: Tertium enim iam diem, & noctem tertiam iidem pro statione excubarunt: Vigilia itaq; coelesti aqua, & gelu, fame ad hæc

Hæc & siti confecti prope erant: Maxime vero fœminas ex armorum insolentia, laborum assiduitas fregerat. Ibi Theoclystes Aristomenen appellans, quid inanem, inquit, operam sumis? Expugnari Messenam fato decretum est: Imminentem certe calamitatem iampridem Delphici Apollinis vox nobis pronuntiauit, atque id ipsum caprificus nuper aperte ostendit: Mihi fatum est vna cum patria cadere tu ciues tuos, ac te ipsum periculo exime. Hæc locutus in aduersos irruit, ac in Lacedæmonios vociferans, non fore illis perpetua voluptati eam victoriam in obuios quos que inuadens, cum animum cæde hostium explesset, accepto vulnere animam efflauit. Aristomenes lectissimos quoque viros, quorum virtus in ea pugna enituerat, adhuc præliaentes reliquit: Ceteris epugna reuocatis, vt, vxoribus, & liberis, in medios ordines receptis, quacunque viam fecisset se sequerentur imperat: Horum extremo agmini Gorgum, & Manticum præfecit. Ipse in principia prouolans, caputque quassans, & hastam vibrans, claram significationem dedit per eruptionem effugium queri. Placuit Emperamo, & Spartanorum principibus diuisa acie fugientibus viam dare, tanquam rabie quadam percit

percitos homines, & ad extremum iam de sperationis progressos: non esse amplius efferandos rati. Atque id ut facerent Hecatus vates iusserrat. Postea quām de Era capita certiores facti sunt Arcades, vniuersi ab Aristocrate postularunt, se ut educeret: quo vel seruarent Messenios, vel cum illis perirent: At ille, quippe qui delinitus esset Lacedæmoniorum pecunia plane recusauit, neminem superesse Messeniorum cui iam ferri auxilium posset dictitans. At enim cum liquido iam constaret superstites esse Messenios, vicerte coactos Eræ deserere, vltro cum vestimentis, & cibariis eos accepturi ad Lycaum monte in Arcades occurrere. Præmissis ciuitatum principibus qui socios consolarentur, & itinerum duces essent, cum salui accessissent iam ad Lycaum, hospitio comiter accepti, ac liberaliter inuitati, vt per urbes diuisi secum manerent: agri etiam pars oblata. Verum Aristomenes cum direptæ Eræ miseratione, tum Lacedæmoniorum odio instictus, tale consilium init. Seligit ex omni agminis sui numero homines quingentos, quos oratione minime vita retinenda cupidos norat: Ibi tota Arcadum multitudine, ipso etiam Aristocrate audiente, quem nondū rescierat patre prod

proditorem esse, quod enim è pugna excel-
lisset, non fecerit, sed metu, & ignavia fa-
ctum opinatus fuerat, ab eo itaque sibi ni-
hil cauens, querit de suis nunquid pa-
triam vici. secum nihil recusent mortem
oppere: Cum assensi essent omnes, quid
animo haberet aperuit. Quod scilicet in-
clinaente iam die Spartam eser ducturus,
cum magna pars ad Eran esset, alij agen-
dis, & rapiēdis Messeniorum rebus essent
occupati. Nam si ita (inquit) ceciderit ut vo-
lamus, & Sparta fuerimus potiri, licebit il-
lis sua reddere, nostra recipere: Sin alter
euenerit, vna cademus omnes, illustrem
conatus nostri memoriam posteris relin-
quentes. Hæc cum dixisset, ex Arcadibus
ad recentos in societatem se facinoris ob-
tulerunt: Verum iccirco rem aggredicun-
tati sunt, quod litantibus extra minus la-
ta fuere. At postero die Lacedæmoniis con-
silia sua patefacta, sèque iterum ab Aristoc-
rate proditos haud dubie deprehendi-
runt: Nam cum Aristocrates in codicillis
omnia accurate prescripsisset, quæ cogita-
ret Aristomenes, cum iis codicillis seruum
cuius maximè benevolentia confidebat,
Spartam ad Anaxandrum misit: Eum ser-
uum dum Lacedæmone reueteretur, spe-
culari Arcadum nonnulli cum alias de-

rep.

rep. dissidere Ab Aristocrate soliti, tum eo
maxime tempore minimum illi fidei ha-
bentes, interceptum, in concilium. Arca-
dum producunt: Ibi quæ ad Aristocratis
epistolam rescripta fuerant, frequenti con-
uentu recitata: memorabat Anaxander fu-
gam quan fecisset Aristocrates ad magnā
fossam non paruo fuisse Lacedæmonio-
rum rebus auxilio: relaturos verò ipsi cum
pro vetere merito, tum pro recenti indicio
Lacedæmonios gratiam. Re in publicum
prolata, Arcades in Aristocratem continuo
lapides iecere, idemque ut facerent Messen-
ios cohortabantur: At illi Aristomenes
intuebantur: Is verò humi desixis oculis
collachrymabat. Arcades obrutum lapidi-
bus. Aristocraten insepultum extra fines
abiecere: Columelam autem in Lycei fa-
no exerunt, in eius rei memoriam his
versibus incisis.

*Ultra dies facile est dectro Icae longa tyrannus,
Qui Messenens olim prodiderat miseram.
Difficile est hominem perirum fallere diuos:
Tu salve, & serua Iuppiter Arcadiam.*

Messeniorum quotunque aut ad Eran,
aut quoconque alio loco relieti sunt, Lacedæ-
monijs in publicorum seruitiorū nume-
rū eos conscripserunt. Pylij, Methonai, &
ceteri e Messenico nomine, maris accolæ,
expug-

expugnata Eræ, classibus se Cyllenè, quod Eleorum nauale fuit reperire, atque inde ad eos, qui in Arcadiam profugerant, contendere, quo communis classe, & consilio nouas sibi terras, ac sedes quererent: Ac Colonię quidem deducendę authorem & ducem cuncti Aristomenen poscebant. At ille quamdiu vita compos esset, bellaturum se cum Lacedæmoniis affirmauit, neque verò dubitare quin Sparta opera sua noui semper aliquid mali creari posset. ILLIS Gorgum, & Manticulum duces detinunt. Euergetidas, cum reliqua Messeniorum manu ipse etiam ad Lycaum venit: Ibi cum Aristomenis consilium de Sparta opprimenda fluxum, atque irritum fuisse compreisset, assumptis ad L. sociis ex omnibus agmine, retro ad Eran duxit, ubi quos prædæ reliquias persequentes offendit, male mulctauit: Cùm que luctu, & cæde omnia complessest, postremo super hostium strage occubuit. Aristomenes declaratis duabus cum Cyllenensibus omnes conuenissent, edixit, ut eos in Coloniā quicunque vellet sequerentur. Nederūt omnes nomen, præterque quos aut senectus, aut viatici egestas à peregrinatione deterritos in Arcadia detinuit. Era capta fine habuit Messeniorū, & Lacedæmoniorum secundū bellū:

gerente

gerente Athenis supremum ciuitatis honorem Autosthene, anno primo octauæ & vicesimæ Olympiadis, cuius viator extitit Chionis Laco. Cum ad Cyllenen conuenissent Messenij, hyeme iam imminentे, hybernandum eo in loco censuerunt: Pecuniam, & annonam Elei præbuere. Vere ineunte quoniam dirigi cursum oporteret consultare coeperunt: Censebat Gorgus Zacynthum insulam supra Cephaleniam occupandam, unde insulæ compotes iam è continentis terræ incolis facti maritimis excursionibus terram omnem Laconicam infestam redderent. At Manticlus neque Messenes, neque iniuriarum quas à spartanis accepissent memoriam retinendam: Verum esse primo quoque tempore in Sardiniam magnam, & copiis omnibus circumfluentem insulam transmittendum. Interea Anaxilas ad Messenios misit, qui in Italiam eos accerferent: Reginij hic tyrannidem quartus ab Alcidamida, è cuius erat nepote genitus, obtinebat: Commigrarat verò à Messene Alcidamidas Regium, post Aristodemum mortem, Ithome expugnata. Ad Anaxillan itaque eius accersitu venere Messenij, quos ille docuit perpetuum sibi esse cum Zancleis bellum: Possidere illos vberem, ac luculentum

agrūm, & vrbem valde opportuno Siciliæ loco: Quòd si eorum imperio potiri posset, illud se quamprimum Messeniis traditurum. Vehementer cum esset omnibus id consilium probatum, traduxit hospites, & gentiles suos Anaxilas in Siciliā. Zancles ab initio prædones tenuere: Castellū enim deserto loco circa portum, & excursionū maritimarum receptum, quo ex alto appelerent munierunt: Eorum duces fuere Cratæmenes Samius, & Chalcidensis Perieres: li & alios è Græcis inquilinos adscendos duxerant. Ac tunc quidem Zancleos Anaxilas nauali, terrestri prælio Messenij fudere: Qui cum postea terra, marique hinc à Messeniis, illinc à Reginis obliterentur, magna iam murorum parte deiecta, ad aras, ac deorum sedes con fugere. Imperabat Anaxilas ut supplices nulla religionis verecundia trucidarentur, reliqui cum vxoribus, & liberis sub corona venderentur. At Gorgus & Manticlus deprecantes facinoris atrocitatem, Anaxilan rogarunt, ne qua per summam iniuriam à cognatis passi essent, cogerentur ipsis aduersus Græcos committere. Ab aris igitur excitatis impunitas fuit, fidè que vitro, citrōque data, & accepta, imperium cum victis communicatum: mutato

tamen

tamen nomine Zancles Messenens placuit appellari. Hæc gesta sunt vndetricesima Olympiade, qua iterum vicit Chionis Lathon: Principatu ciuitatis apud Athenenses fungente Miltiade. Manticlus Herculis templum nouæ Coloniae erexit: Extat adhuc intra muros dei fanum Herculis, Manticli vocant, sumpto à conditore nomine: Qua ratione Ammon in Africa dietus, Babylone Iuppiter Belus. Hic ab Aegyptio Belo, ille à pastore qui templo Ioui dedicarunt. Hoc exules Messenij modo, erum sine nacti sunt. Aristomenes interea cum nouæ Coloniae imperium sibi deferri passus non esset, sororem primum Anagoram, Tharyci Phygaliensi: duas verò, quas habebat nubiles filias, maiorem natu Damothoidæ Lepreatæ, minorem Heraensi Theopompo matrimonio iunxit: Delphos deinde cōsulendi causa profectus est, quid acceperit responsi non traditur. Eodem verò tempore venerat ad oraculum Demagetus Rhodius, Ialyssi rex: ei virgo ex adyto respondit sciscitanti, vnde esset potissimum vxor ducenda, eius qui vir esset Græcorum optimus filiam ut duceret. Reliqua erat Aristomeni tertia filia: Hanc sibi ille legitimis nuptiis coniugem adscivit, patrem longe esse optimum Græcorum eius.

ætatis omnium statuens: Et ipse quidem met Aristomenes filiam Rhodum ad vi-
rum deduxit. Inde cum ad Ardyn Lydo-
rum regem Gygæ filium, & Echatana in
Medos ad Aphraorten regem transmite-
re cogitaret, morbo oppressus diem suum
extremum obiit. Erant iam, credo, Lace-
dæmonij fato defuncti suo, cum omni el-
fent, quod illis posset ab Aristomene crea-
ri, periculo liberati. Mortuo Rhodij, au-
thore Damageto, insigne monimentum
erexere, & pro dignitate honores habue-
runt. Hoc loco quæ de Diagoridis, oriun-
dis à Diagora, quem ex Aristomenis filia
Damagetus ipse Dorei filius suscepit, à
Rhodiis prodita sunt, consulto prætero,
ne ad aliena videar à proposito digredi.
Lacedæmonij Messenia potiti, agrum om-
nem præter Asinæorum fines inter se di-
uiserunt: Mothonem Naupliensibus pau-
loante è Nauplia ab Argiuis eiusq[ue] tradi-
derunt. At Messenij qui forte in agro re-
manserant, cum in publicorum seruitio-
rum censum pro fortunæ sua necessitate
venissent, à Lacedæmoniis denuo defece-
runt, vnde tricesima fermè Olympiade,
qua Corinthius Xenophon vicit, princi-
patu Athenis fungente Archimede. Defe-
ctionis opportunitatem huiusmodi nacti
sunt.

sunt. Lacedæmoniorum nonnulli ob no-
xam nescio quam capitis damnati suppli-
ces ad Tænarum confugerunt. Eos Epho-
ri ab ara abstractus interfici iusserūt: Hoc
piaculum violatorum in templo Neptuni
supplicū, euersa funditus vrbe, ex ira eius-
dem numinis luerunt Spartani. Quo tem-
pore veterum Messeniorum reliquæ Ilo-
tae omnes (sic enim publicæ operæ, & agre-
ste castellanorum genus nuncupabantur)
in Ithomen montem secessere: Aduersus
eos Lacedæmonij omnia sociorum auxi-
lia, & cum Atheniensium copiis Miltiadæ
filium Cimonem publice sibi amicum, &
hospitem accierunt. Sed cum in suspicio-
nem rerum nouarum venissent Athenien-
ses, eos ab Ithome Spartani auocarunt: At
illi vbi fidem sibi non haberi senserunt,
cum Argiuis amicitia conciliata Messe-
niis, qui Ithomen sub certo federe ho-
sti dediderant. Naupactum ademptam Lo-
cris Aetoliæ finitimis, Ozolis cognomen-
to, assignarunt. Saluti fuit Messeniis loci
natura: Præmoniti præterea sunt Lacedæ-
monij Delphici Apollinis oraculo pi-
aculum graue admissuros, si Iouis Ithoma-
tae supplices violassent: Sub certis itaque
conditionibus è Peloponneso dimissi
sunt. Neque verò accepta ab Athenien-

sibus Naupacto, eique vrbi circuniecto agro, quiue ruot: Vehemens enim incelsit cupidio cum imperio gloriam augendi. Quare cum Oeniadas compertum habet, Acarnanum gentem, opimum agrum possidere, hostes verò sempiternos Atheniensium esse, infesto eos exercitu adorti sunt: Numero erant hosti pares, virtute multo superiores: obuios primū acie fundunt, mox intra mœnia compulsos circum sedent: ibi nihil, quod ad vrbes obsidendas homines excogitarint, omissum: scalæ ad motæ, muri ab ima parte suffosci: Adhibitæ machinæ omnes, quæ pro re, ac tempore fabricari potuerunt. Deiecta itaque muri parte, veriti oppidanî, ne, si per vim vrbs caperetur, ipsi occiderentur, vxores, & liberi sub corona venirent, isto foedite vrbe reliquere: Qua, & agro simul toto, Messenij annum vnum potiti sunt. Sequenti debinc anno Acarnanes contractis omnibus ex vrribus copiis, ad Naupactū oppugnandam primum copias ducere in animo habuerunt. Verum id postea confilij repudiarunt, quod iter sibi faciendum per Aetolos videbat, quibus cum assiduas exercebant inimicitias. Præterea Nau-pactiis, id quod res erat, in promptu classem esse suspicabantur: Pedestribus verò

dun

duntaxat copiis non satis fore se armatos videbant contra eos qui maritimæ etiam opes haberent. Mutato itaque consilio, omnem bellum impetum in Messenios, qui Oeniadis erant conuertere. Ad oppidum igitur obsidendum omnia cōparabant, quod adduci non poterant, tantam hostium paucitatem, contra vniuersam Acarnanū gentem æquo marte bellaturam. Ipsi quoque Messenij, & si frumenta, & alia, quæ ad longiorum obsidionem sustinendam vñsi forent, contraxerant, decreuerunt tamen nō expectata obsidione iusto prælio belli fortunam experiri. Neque enim decere se arbitrabantur qui Messenij essent, neque virtuti, sed fortunæ Lacedæmoniorum succubissent, Acarnanico tumultu terri. Memoria repetebant ad Marathonem Persarum trecenta millia à triginta duntaxat millibus Atheniensium ad intermissionem cæsa: Acie itaque cum Acarnanibus decernendum duxerunt. Pugnam memoriarum proditum hoc commissam modo. Cum essent hominū multitudine longo interuallo superiores Acarnanes, Messenios ex omni fere parte, præterquam tergum quæ portis obuerterant, quaque de muris oppidanî hostem arcebant, cinxerant. Frontem itaque, & latera mis-

filibus acriter vrgebant. At Messenij in quam partem cōferti incubuissent hos cēdentes, illos vulnerantes, hostium agmen turbabant. Perrumpere, & in fugam hostem vertere iccirco non potuerunt, quod qua parte Acarnanes laxari manipulos videbant, concursu facto locum occupabant. Quod si repulsi Messenij alio impressio nem fecissent, itidem reieoti, nihilo plus proficiebant: Præsto enim erant, qui suis opem ferentes penetrare hostem coarcta ta acie non paterentur. Eo siebat ut ad bre ue spatum loco Acarnanes pellerentur: Messenij verò irruente multitudine con cedere cogerentur. Anceps fuit usque ad extreum diei pralium. Nocte ea, qua cō secuta est, cum proximis vrbibus supple mentum Acarnanibus missum esset, recipientibus se intra moenia Messeniis ad ob fidionem res deduxta. Ac nihil illi qui dem metuebant, ne aut hoste muros tran scendente, aut à suis deserta statione vrb expugnaretur: Illud calamitati fuit, quod intra mensem octauum omnis commea tum copia exhausta fuerat. De muris tamen hostem illudentes, ne si in decimū quidem annum obsidio traheretur, defu tura sibi cibaria iactabant. Iam verò sub primæ quietis tempus clam Oeniadum por

portis egressi, hostem tamen fallere non potuerunt: Quare conferere iterum manus coacti, trecentos de suo agmine amiserere, maiorem ipsi hostium numerum ce ciderunt. Mox via sibi per medios Acarnanas facta, per Aetolos, quorum amicitia confidebant, Naupactum se recepere. Et in posterum quidem omne tempus magno, ac pertinaci in Lacedæmonios odio Messenij laborarunt: quod in primis Peloponnesiaci belli temporibus præ se tuleroūt. Nam & Naupactum copiarum receptaculum, vnde in Peloponnesum incur siones fierent, Athenienses habuere: Et op pressos ad Sphaeriam Spartanos Messeniorum è Naupacto funditores, vna cum Atheniensibus de medio sustulerunt. Quamobrem superatis ad Aegos flumen Atheniensibus, Messenios è Naupacto La cedæmonij eiecere, cum nauali eos ante prælio vicissent. Profugi partim in Siciliam, partim Rhegium se ad propinquos suos contulere, magna etiam pars ad Euesperitas Libyæ populos profecti. Nam cum hi finitimorum bello pre merentur, in ciuitatum suarum commun ionem omnes qui Græci essent nomi nis accersebant. Dux fuit in Libyam pro fectionis Comon, quo item duce ad Spha

steriam vñ fuerant. His ita gestis anno
fere vno ante Leuſtricam Thebanorum
victoriam diuinitus Messenij in Pelopon-
nesum reditus haudquaquam dubiis signi-
ficationibus promissus est. Nam & Messen-
æ ad fretum , Herculis sacerdotem nar-
ravit, per somnium sibi visum videre Her-
calem, qui Manticulum Iouis accersitu, in
Ithomen hospitij causa vocaret. In Eue-
ſperitis verò ſomniauit Comon congredi-
ſe cum matre iampridem mortua, & il-
lam statim à congressu reuixisse. Et is
quidem in ſpem venit,cum iam multum
poſſent Athenienses naualibus copiis,
Naupactum ſe recepturos:at enim Messe-
nen restitutum iri ſomnia promittebant.
Accidit enim non ita multo post, vt Lace-
dæmonij ad Leuſtra debita iam pridem fa-
to clade affigerentur: Quandoquidē Ari-
ſtostemo regi oraculum aliquando reddi-
tum est,cuius hæc erat extrema clausula.
Ptere forte tua,fatum hos nunc,nunc agit illos.
Significabat ſcilicet ipsum , & Meſſenios
male rem gesturos , ſui verò fatalis malis
ipſam etiam Lacedæmonem neutiquam
immunem fore, Victores igitur Thebani
perculſis ad Leuſtra Lacedæmoniis,in Ita-
liam,& Siciliā,ad Euesperitas etiā vſque,
& quoconque Meſſenij profugi veniſſent,

dim

dimiſere legatos , qui eos in Peloponneſ-
sum reuocarent. Dictu hercule mirum est,
quām raptim cum pristinæ patriæ desyde-
rio,tum Spartanorū ſempiterno odio in-
citati concurrerint vniuersi. Dubius erat
animi Epaminundas vbi nam eos conſiſte-
re iuberet,neque enim facile videbatur vt
bem condere,quæ ſatis foret contra Lace-
dæmoniorum opes munita,& ſimil nō ſa-
tis nouæ vrbi idoneum in Meſſenico agro
locum reperiebat. Iſorum certè Meſſenio-
rum animus ab Andania , & Oechalia ab-
horrebat,quod in vtroq; loco iniuiſſima
fuiffent vñ fortuna. Hæc capiendi conſilij
diſſicultas cum valde Epaminundam ſoli-
citudi haberet, aſtitiffe in ſomnio dicitur
vir iam grandis natu,cum infulis , & reli-
quo antiftitis ornatu,hac eū appellans ora-
tione: *Tibi quidem quoconque armis ex-
petueris decus portum dabo , noménque
tuum,Thebane dux,cum hominum cœtus
reliqueris,immortalitati conſecrabo : Tu
modo Meſſenios in patriam ad ſuos pena-
tes reduc : Placata enim iam eſt quæ in il-
los fuit acerbifſima Gemellorū ira. Hæc
ille Epaminundæ. Iam verò Epiteli, quem
Argui delegerant, qui & ſuis präſet co-
piis,& Meſſenem reſtueret, nocturnum
illud idem viſum denunciauit,vt quo loco*

ia

in Ithome ederam ciliciam, & myrtum vi-
disset. humum inter eas stirpes medium fo-
diens anum æreo clausam thalamo, iam
grauiiter affectam, & prope intermortuam
eximeret. Epiteles vbi primum illuxit, ad
eum qui circumscriptus fuerat, locum ve-
niens, æneam vrnulam effossa terra offen-
dit: Hanc ille ad Hpaminundam detulit,
cui cum somnij imaginē exposuisset sūi,
iussit ille amoto operculo, quid in ea recō-
diti esset, intueri. Ille sacris operatus, vo-
tisque ei deo nuncupatis, à quo somnium
extitisset, vasculum aperuit: In eo volumē
repertum ex albo plumbo in tenuissimas
laminas sparso, libri forma: In eo perscri-
pta erant Magnorum deorum initia: Hæc
illa fuit hydria, quam eo loco defoderat
Aristomenes. Illum verò, qui dormienti-
bus Epiteli, & Epaminundæ per nocturnum
visum obuersatus est, Caunonem fuis-
se aiunt, qui Andaniam olim Athenis pro-
fectus, ad Messenæ Triopæ filiā sacrorum
arcana deportauit. Iræ quidem Castorum
in Messenios antequam ad Stenyclerū pu-
gnatum est, initium, ex huiusmodi (qua-
ntum ego coniectura consequi possum) ex-
titit causa. Adolescentuli duo Panormus,
& Gonippus Andanienses, iam tum pube-
res ab ineunte ætate vsl., & consuetudine
prope

prope domestica coniuncti, in Laconiae fi-
nes populandi causa simul excurrere soli-
ti fuerant. Forte Lacedæmonij per festos
Castoris, & Pollucis dies, post solenne epu-
lum in ipsis castris compotationibus se, ac
lūsibus oblectabant. Ibi Gonippus, & Pa-
normus in albis tunicis, & purpureis lacer-
nis, equis pulcherrimis inuehentes, hastas
manibus tenentes, de improviso se Lace-
dæmoniis ostendere. Illi Castores esse ra-
ti, qui sacris interesse suis voluissent, ado-
rabundi occurserunt, eorum sibi numen
precibus implorantes. At iuuenes vbi pri-
mum in medios recepti sunt, tumultum,
& stragem, modo hos, modo illos hastis fe-
rientes, ediderunt, atque inde, violatis per
contemptum, & contumeliam sacris, An-
daniam impune reueterunt. Hinc orta,
opinior, Castorum in Messenios ira. At
posse iam illis ipsis dis approbantibus in
patriam reduci, Epaminundæ nocturna
illa imago persuaserat. In primis verò Bac-
idis eum carmina mouerunt. Huius Bacidi-
s, quem nympharū afflatu diuinasse tra-
dunt, & aliis populis edita vaticinia cele-
bratur, & hoc extat de Messeniorū reditu.

*Amittet florē imperij tunc Sparta nitentem,
Atque omni rursus Messene habitabitur aeo.
Quin & Erę oppressionem, quo esset mo-*

do euentura, compertum habeo Bacin prædixisse, cuius prædictionis hic extat versus.

Quiq; à Messene soritu, atque canalibus iella,
 Repertam initiorum rationem, in cōmentarios retulerunt certi homines è sacrificiūlorum gente. Epaminundas vbi condendāvrbi, quam nunc Messenij tenent, iudicio suo locum idoneum cepit, Aruspices consuluit, nunquid esset ea regio dis cordi futura. Cum sacrī inspectis renunciassent illi secunda exta, expediri ad vrbis exædificationem omnia iussit. Materiam lapides, & cémenta comportari. Adesse homines in metandis viis, & angiportis, profanis, ac sacrī ædibus extruendis, murorum ambitu designando solentes. Postea quām in promptu omnia fuere, cum hostias ad sacra facienda exhibuissent Arcades, rem diuinam Epaminūdas, ac Thebani omnes Libero patri, & Apollini Iſinērio, patrio ritu fecerunt. Arguii Iunoni Argiuæ, & Ioui Nemeo: Messenij Ioui Ithomatæ, Castori, & Polluci: sacerdotes Messeniorum Magnas deas, & Caucōnem coluerunt. Invocati heroës vniuersi ad nouæ vrbis auspicia, nominatim Messene Triopæ filia ante omnes. Tum Eurytus, & Aphareus, eorūmque filij, De Herculis verò liberis Cresphontes, & Aepytus. Præ ceteris consen-

consentienti omnium voce celebratum est Aristomenis nomen, atque eum quidem factorum cæremoniis, & votorum nuncupationibus diem transegere. In sequentibus murorum ambitum excitarunt. Intrā eum domos, & templa erexere. Atque hæc quidem fecere, cantibus aliis repudiatis ad Bœotia, & Argiuæ tibiæ modos. Et tunc maximè in musicis certaminibus ſacadæ, & Pronomi cantiunculae coptæ sunt usurpari. Vrbi ipsi Messene pristinum ſcili cet nomen inditum. Restituerunt & alia in eadem regione oppida. Naupliëſes quidem Mothone non sunt electi. Aſinæis ſua finium iura conseruata. His gratiam habuere, quod Lacedæmoniis auxilia non misiffent. At illis quod reditum suum in Peloponnesum gratulati effent, dona etiā venientibus pro copiis suis misiffent, Dis pro reditu nuncupata vota ſoluiffent. Accedebat verò quod bi ſalutem etiam ſuam multis cum precibus Messeniis commendabant. Rediere in Peloponnesum Mefeoij, r̄ſque ſuas poſliminio recepere, ducentis ipſis, & octoginta septem annis poſt Eræ expugnationem, Discineto Atheniensium ſupremum magistratum gerente: Olympiadis centesimæ ſecundæ anno tertio, qua Damon Thurius victor iterum tenua

renūciatus est. Non breue omnino tempus Plataenses , etiam patria profugi ca-
ruere. Non breue Delij cum suis ab Atheniensibus eiesti sedibus Adramyttium Co-
loniam deduxere. Iam verò in Orchomeniis Minyæ post Leuctricam pugnam
à Thebanis Orchomeno expulsi, cum Platæis à Philippo Amyntæ filio in Boeotiam tandem reducti sunt. Thebanus ipsoſ, cum Thebas euertifſſer Alexander, non multis post annis Cassander Antipatris filius vrbe instaurata restituit. Ex iis, quos recensuimus, populis, & si Platæenses diu-
tissimè omnium exularūt, duarum tamen ætatum spatium non excesserunt. At Messenij trecentos ferme annos extorres è Peloponneso errarunt. Quo temporis cur-
riculo, & patrios ritus constantissimè re-
tinuere, & Doricam linguam nihil prorsus immutarunt, quæ nostra etiamnum æ-
tate ab iisdē, & prope solis Messeniis ma-
ximè integra, & planè vernacula conserua-
tur. Post redditum pacata aliquandiu à Lacedæmoniis fuere Messeniis omnia, quod scilicet Thebanorum metu, & Messenen-
iam restitutam, & Arcadas in vnam con-
gregatos ciuitatem armis laceſſere non
sunt ausi. Postea verò quām Phocense
bellum (quod Sacrum est appellatum) ab-

duxit

duxit extra Peloponnesum Thebanos, pri-
ſina confidentia ſubnisi , nihil amplius
bellum in Messenios distulere. At hi Argi-
ouorum, & Arcadum auxiliis freti facile
reſtiterunt. Atheniensium opem cū im-
ploraffen, responderunt illi, non esse ullo
paſto ſe in Laconiæ fines inuafuros: ſi prio-
res arma intuliffent in Messeniam Lace-
dæmonij, ad ſua defendenda ſe ſociis non
defuturos polliciti ſunt. Cum Philippo
post hæc Messenij Macedonum rege ſocie-
tatem iunixerunt, quæ res effecit, ut pugnæ
ad Cheroneam, & ſi fuit illa Græcis omnibus
communis, non interfuerint. Non
tamen contra Græcos ut bellarent in ani-
mum ſibi vñquam induxerunt. Iam vita
perfundo Alexandro, cum iterum Græci
contra Macedonas arna cepiffent, & ipsi
ſua in eo bello munia obiere, ſicuti & ante,
cum de Atheniensium rebus agere-
mus, expoſuimus. Galli certe, recuſante
Cleonymo Lacedæmoniorū rege cum il-
lis fœdus inire, cum Græcis signa non con-
tulere. Non multo post Elidem Mes-
senij tum bellicis artibus, tum aperta vi oc-
cuparunt. Nam cum Eleiiuſti, modera-
tique imperij laude, iam tum ab initio
ſemper cæteros Græcos anteiffent. Poſtre-
mo cum Philippus Amyntæ filius iis, quas

I

ante eumerauimus, calamitatibus reliquam Græciam affixisset: Elidis etiam primores pretio solicitauit, hinc seditionibus primū inter se Elei laborare coepit. Armis deinde sumptis cum factio altera in Lacedæmoniorum officio esset, dum per mutua pergunt odia fortunas suis pessundare, rem ad ciuitia bella deduxere. De Messeniorum statu certiores facti Lacedæmonij, auxilia statim mittenda partium starum studiosis censuerunt. Ac dum illi quidem delectu habendo, & ordinibus describendis tempus terunt, interea è Messeniis lectissimi quique ad mille ferme homines raptim, clypeis Laconica insignia præferentes, Elidem veniunt. Eos intra mœnia Spartanorum factio, rati auxiliares suos adesse, receperunt. Oppido potiti Messenij, eos qui Lacedæmoniis studierant, male multarunt, iis, qui suarum erant partium, urbem tradidere. Vsurparunt illi quidem opportunitatem comeotum Homericum. Nam & ille in Iliade Patroclum memorauit arma Achillis indutum in hostium se aciem intulisse. Cumque Troiani ad pugnam redisse Achillem putassent, conturbatis ordinibus omnes in fugam versos. Sunt & alii callide ab Homero excogitata militaria confi-

confilia. Uticum duos pro uno speculatoris narrat noctu ad Trojanos venisse. Hominem præterea specie transfigam, re spe calatorem Ilium missum ad exploranda hostium confilia. Ad hac, dum militaris Trojanorum ætas esset ad prælium exitura, ad urbis, vel iuniores vel iam natu grandiores, qui minus essent ad pugnandum idonei, custodiam disponit. Idem verò in Gæcorum castris iubet eos, qui vulneribus acceptis è pugna excesserint, ne omnino nihil agat integrros armare. Hac ab Homero ad iuuandos homines vniuersos edita sunt, rerum bene gerendarum exempla. Verum, ut ad Messenios redeam, non multis post captam. Elidem annis, Demetrius Macedonum rex, Philippi filius, Demetrij maioris nepos, Messenem ditioni sua subiecit. Multa nos quidem, qua insolenter egit Perseus in Philippum, & Demetrium, commemorauimus, qua in parte in Sicyoniorum rebus versa est historia. Quemadmodum verò Messene à Demetrio occupata fuerit nunc exponam. Laborabat Philippus pecunia egestate, qua carere nullo pacto poterat. Eam ob rem cum aliquot nauibus Demetrium in Peloponnesum mittit. Is in portum quendam appulit

500 PAVSAN. MESSEN. SIVE
 Argiorum finium non sanè celebrem. In-
 de verò raptim per occultos calles itinere
 maximè compendiario ad Messenem du-
 xit. Et collocato quidem in agminis fron-
 te, omni, quod tunc forte habuit, leuis ar-
 maturæ genere, recta Ithomen viarum
 non ignarus contendit, & clam ante dilu-
 culum muros transcendit, qui mediij in-
 ter arcem Ithomes, & vrbe ipsam fuere.
 Orta iam luce, cum sensissent Messenij se
 oppreslos, in tam graui periculo trepidan-
 tes, suspicari primum se Lacedæmonio-
 rum fraude captos: quare veteri in Spartano-
 nos odio incitati, nihil vitæ parcentes,
 acriter pugnam capebant. Vbi verò
 ex ipsa armorum specie, & oris sono Ma-
 cedonas, & Demetrium ipsum agnouerūt,
 ingenti sunt percusi terrore. Cogita-
 bant enim fore sibi iam negotium cum
 gente ad omnes belli artes paratisima:
 quæque aduersus quoduis hostium genus
 fortuna semper vla fuisse secundissima.
 Impendentis tamen mali magnitudo vir-
 tutem auxit, & simul ad bene sperandum
 animos illud erexit, quod ex tam longo
 temporis interuallo, non absque deorum
 consilio redire sibi in Peloponnesum lici-
 turum fuisse iudicabant. In Macedonas
 itaq; tam ex vrbe, quam à dextra parte ex
 arcis

arcis præsidio impetus factus. Et illi qui-
 dem initio cum virtute, tum rei militaris
 scientia hosti pares fuere. Postremo, vt
 qui ex itinere fessi erant, hinc viris virginis
 illinc fœminis tegulam, & lapides
 eiacylantibus, fugam effusissimam fecere.
 Multi è prærupta rupe (ea enim parte ma-
 ximè confragosa est Ithome) præcipites
 corrue. Pauci abiectis armis incolumes
 evasere. In Achæorum concilium iccirco
 Messenij non iere, (vti mea fert opinio)
 quod cum vltro misissent auxilia bellanti-
 bus cum Pyrrho Aeacidae filio Lacedæmo-
 niis, eoque beneficio iam prope inter ipsos
 pacata essent omnia, illud cauendum puta-
 bant, ne si in Achæorum, qui aperti erant
 Spartanorum hostes, concilium se conscri-
 bi postulasset, veteres inimicitias reno-
 uasse viderentur. Ac illud quidem Messen-
 ios, opinor, non fecellit, quod ipsi in
 mentem mihi venire potuerit, cogitasse
 eos etiam si cum Achæis non fecissent, per-
 se tamen Achæos Lacedæmoniorum ho-
 stes fore. In Achaico enim concilio Argi-
 ui, & Arcades non parum habebant loci.
 Verum & ipsi se cum Achæis Messenij post
 longi temporis cunctationē coniuxere.
 Neque ita multo post Cleomenes Leonidę
 filius, Cleonymi nepos, Megalopolin Ar-

cadia: principem ciuitatem per speciem foederis cepit. In ea qui deprehensi fuerunt omnes interempti. Qui vero cum Philopœmene Cratigidis filio effugere, (qua multitudo duæ amplius ciuitatis eius partes fuere) eos Messenij liberaliter acceperat. Cum ob veterum erga se meritorum memoriam quibus iam tum Aristomenis temporibus fuerant ab Arcadibus prouocati, tum verò ut gratiam pacem referrent, pro eo quod ab illis in Messene restituenda adiuti fuerant. Est ita comparatum natura, ut rerum humanarum vicissitudo hoc illuc omnia transferat. Nam & Arcadibus Messenij vicissim salutis autores fuere. Et Arcadas rursus Spartæ capienda Messeniis socios Fortuna esse voluit. Cum enim collatis signis cum Cleomenes ad Sellasian dimicassent, mox Aratum Achæorum ducem secuti Spartam expugnarunt. Vix dum erant Lacedæmonij Cleomenis dominatu liberati, cum Mechanidas tyrannus exortus, quo sublato, Nabis dominationem inuasit. Is cum profanas, & sacras ades spoliasset, breui ingentem coegerit pecuniam, & ex ea copias, quibus imperium tueretur, & augeret, sibi comparauit. Cum hic ipse Nabis Messenien noctu occupasset, Philopœmen, & Megal

Megalopolitani presto fuere, quorum interuentu cedere tyranus coactus sub certis foederis conditionibus. Achæi postea iniuria se prouocatos questi, omni ope sua bellum Messeniis intulere. Ac primum quidem agrum peruastrarunt, deinde sub ipsum messis tempus, collectis vndique copiis irrumpere in Messeniam conati sunt. At Dinocrates, qui summæ runc reip. præterat, cuicunque populi suffragiis exercitus imperium decretum fuerat, occupatis angustiis, quæ aditus in messeniam patebat, Ly cortæ Achæorum ducis incæpsum effectit ut irritum esset. Cum Messeniis enim & finitimarum auxiliis occurrens hostem facile repulit. Quin & Philopœmenem, qui, quod de Ly cortæ conatu certior factus non fuerat, serius cum paucis equitibus subsidio Achæorum venerat, reliquo hoste prospera pugna caso, & fugato, viuum cepere. Quo autem modo captus fuerit Philopœmen, & quis eius vita finis, in eo, qui est de Arcadum rebus, libro, enarrauimus. Ille certe è Messeniis, quorum suau est ille vir intersectus, meritas poenas luere. Ac rursus Messenij Achæorum sunt partes secuti. Adhuc varia Messeniorum infortunia stylo sum persecutus, & quemadmodum eos fortuna sua

procul à Peloponneso in ultimas terras atos, mox in pristinas reduxerit sedes com memorauit. Hinc ad agri, vrbisque partes explicandas orationem conuertam. Aetate nostra in Messenia extat Abia oppidum ad mare, longe à saltu, qui Chœrius dicitur, stadia haud amplius xx. Iren vocatam ferunt, & de septem illis vnam fuisse, quas Agamemnon apud Homerum se daturum Achilli pollicetur. Gleno autem, & Doriō ab Achaeis bello superatis, Abiam tradunt Hylli Herculis filij nutriti Iren commigrasse. Ibi domicilio suo constituto, Herculi templum dedicasse: Cresphontem postea cum grato, piisque animo memoriam feminæ celebraret, & alios ei honores habuisset, & vrbem, mutato nomine, Abiam appellari voluisse. Herculis quidem in ea vrbē, & Aesculapij templa valde illustria extant. Abia discendentibus absunt Phare stadia ferme lxx. In ipsa via salsa aqua est. Messenios, qui Phara tenent, Augustus Caesar Laconico nomini adiunxit. Eius oppidi conditorem celebrant Pharin Mercurio, & Philodamea Danaï filia genitum. Pharin nullam virilem sobolem, filiam vnicam Telegonen reliquisse aint. Eius gentilitatis perpetuam seriem in Iliade percensuit Home-

rus Diocli geminos fuisse Crethonem, & Ortlochum: Dioclen ipsum Ortlocho Alphœ filio ortum: De Telegone mentionem prorsus nullam fecit. Ea, si Messenios audiamus, Ortlochum Alphœ peperit. Audiui & illud cum Pharis essem, præter geminos, filiam Diocli fuisse Anticlean: Ex ea, & Machaone Aesculapij filio Nicomachum, & Gorgasum natos: Pharis eos permansisse, & Diocle mortuo regnum adisse. Creduntur illi hac etiamnum aetate morbis laborantes, & aliqua captos corporis parte sanare. Eoque nomine in eorum fanum victimas sacrorum causa, & donaria mittunt. Habent & Fortunæ fanum Phareatae, cum perueteri signo. Ac Fortunæ quidem, cui Tyches apud Græcos nomen, primus (quod sciam) mentionem fecit Homerus in hymno in Cererem, cum & alias Oceani filias, Tychen etiam ipsam, tanquam Oceani filiam, Iudentes cum Proserpina fecisset, his versibus.

*Vna omnes variò per prata comantia flore,
Candida Lecippe, Phenóq:, Electra, & Ianthe,
Melobolosis Tyche, & Ocyrhœ pre-signis ocellis.*

De ea nihil præterea. Neque illud omnino, quod vulgo creditur, Deam esse maximā, penes quā sint rerum humanarum momenta omnia, cū idem tamen poëta in

Miade bellantibus Palladem, & Enyā p̄fecerit. Dianam sanctam foeminae parturientibus & verendam esse dixerit. Veneri autem nuptiarum curam attribuerit. Verum de fortuna nihil ille plusquam ante dictum est memoriae prodidit. Bupalus certe delubris ædificandis, & simulachris singendis admodum solers, cum Smyrnæ Fortunæ signum omnium, quos ipsi ex antiquitatis monumentis cognoverimus, primus finisset, capiti polum impo-
suit, altera vero manu Amaltheæ, quod Græci appellant Cornu tenentem fecit. Ad hunc ille modum Fortunæ munera declarauit. Mandauit post hunc & alia de Fortune versibus Pindarus & eam Pherepolin, quod est ac si dixeris Ciuitatum tutricem, cognomento appellauit. Non longe à Pharis lucus est Apollinis Carnij nomine, & in eo pereannis aquæ fons. Absunt à mari Phare stadia ferme vi. Hinc ad eiusdem messeniarum mediterranea contenden-tes stadia procul circiter lxxx. Thuria-tarum vrbs excipit: Appellatam Homerii versibus Anthean putant. Eam Spartanorum ciuitati subiecit Augustus. Nam cum is cum Antonio ciuile bellum gereret, An-tonij quidem sectam Messenij iccirco se-cutu sunt, quod Augusti partem iuuuerunt

Laced

Lacedæmonij. Quocirca victor Augustus è Messeniis qui contra in acie steterunt, leuius alios, alios grauius mulctauit. Thuriatæ ipsi ex oppido, quod iam tum ab initio in excelso fuit tumulo, in planiciem descendere. Non tamen superiorem vir-bem omnino deseruere: Nam & muro-rum adhuc reliquæ cernuntur, & tem-plum extat, quod deæ Syriæ dicitur.

Campestrem urbem fluuius præterflabitur Aris nomine. In ora interiore Calamæ vicus. & Limnæ castellum est: In hoc Limnatidis Dianaæ ædes, quo loco Spartæ regem Teleclum occisum fama prodidit, Qua à Thuria Arcadiam fere versus iter est, fontes habet Pamisus amnis, quorum aquæ infantium morbis medentut. Iam ve-ro ab his fontibus ad laeuam digressis ad stadia plus minus lxx. Messeniorum sub Ithome vrbs est, regionis caput: Ea non Ithome solum, sed quâ ad Pamisum excurrit, monte Euæ incingitur: Huic monti à Bacchantiam voce Euoë no-men inditum ferunt: Cum hoc primum in loco, & ipse Liber pater, & quæ eum se-quebantur foeminae sic in clamasse credan-tur. Qui urbem ambiūt muri è lapide stru-eti sunt: Ex iis turres, & pinnæ, quo opus est loco, eminent, Babylonis quidē muros, aut

aut qui Memnonij dicuntur, susis in Persi de neque vidi, neq; cuiasmodi sint de quo: quam, qui ipse viderit, audiui. Quas verò vrbes muris munitissimas ipse viderim, Ambrosos est, Phocica, Byzantiū, & Rhodos: Ex tamen murorum munitionibus cum ipsa Messeniorum vrbe comparanda non sunt. In foro Iouis est signum Servatoris, & aquæ ductus, cui nomen Arsinoë, à Leucippi videlicet filia: Defuit in eum aqua de fonte, quem Clepsydram vocant. Delubra deorum duo. Neptuni & Veneris, &, quod memoria maximè dignum est, Deūm matris è Pario lapide signum, Damophontis opus, qui Olympium etiam Iouem solutis iam eboris compagibus ad vnguem exactissimè coagmentauit: Quare sunt ei merito ab Eleis honores habiti. Fecit idem Damophon, quam Laphriam Messenij nuncupant: Cuius ob huiusmodi causam sancta est religio. Calydonij Diana in primis colunt, cognomento Lapriam: Eius ceremonias recepere Messenij cum Naupacto accepta ab Atheniensibus in Aetolia Calydoniis finitimi essent. Et tunc quidem Messenij, & ex Achæis Patrenses duntaxat Laphriæ nomen usurparunt. Ephesiam quidem Dianam vrbes prope cunctæ eodem celebrant cognomi-

ne.

ne. Et sane deam priuatim viri omnes magnis prosequuntur honoribus. Hoc, opinor, cum Amazonum gloriæ tribuunt, à quibus fanum illud dedicatum fama vulgauit: tum operis prisci antiquitati. Tria præterea templi celebritatem augent: Magnitudo primum, qua cetera omnia hominum opera anteit: Ephesorum deinde ciuitatis splendor: Et ipsa postremo deæ claritas. Habent Messenij Lucinæ etiam delubrum cum marmoreo signo. Proximum est Curetum ædes, in qua cuiusvis generis animalia immolant. Facto enim à bobus, & capris sacri initio ad aues descēdūt, quas in flamas porriunt. Magna etiam cum religione Cereris ædes celebratur. In ea Gemellorum simulachra sunt, eo habitu, quo Leucippi filias rapuere. Est verò superius expositum controuersiam esse Messenii cum Lacedæmoniis ab utris Castores oriundi sint: eos utique sibi Messenij vindicant. Plurima verò, & quæ spectentur dignissima habet signa apud Messenios Aesculapij fanum. Seorsum enim Dei ipsius, & eius liberū simulachra, seorsum Musarum, Apollinis, & Herculis posita sunt. Suum inter cetera locum habent vrbs Thebana, Epaminundas Cleomidis filius, Fortuna, & Diana Lucifera.

Horum

510 PAVSAN. MESSEN. SIVE
 Horū quæ marmorea sunt, fecit Damo-
 phon, quem vnum è Messenis artificē no-
 uimus non in dignū cuius mentio fiat. Epi-
 minundæ effigies è ferro est, eam alius o-
 mmino opifex fecit. Templum extat Mes-
 senes Triopæ filiæ, cuius ex auro & Pa-
 rio marmore factum est signum. In posti-
 ea templi eius parte picti sunt qui Mes-
 seni regnauit omnes, ante Doriensem in
 Peloponnesum aduentum. Aphareus vi-
 delicet, & filij. Post Herculis verò filiorum
 redditum Cresphontes unus, & ipse de Do-
 rиensium ducibus. De iis verò qui Pylum
 tenuerunt, Nestor, & eius filij, Thrasymé-
 des & Antilochus: His enim, quod na-
 tu maximi fuere, honos in primis est ha-
 bitus, eoque maximè quod bello Troia-
 no interfuerunt. Pictus est etiam Leu-
 cippus Apharei frater, & cum eo Ilaira, &
 Phœbe: Arsonoë præterea, & ipse Arsonoë
 natus, vti prædicant Messenij, Aescula-
 pius, & Aesculapij filij Machaon, & Po-
 dalirius: Nam & illorum clarum fuit Tro-
 iano bello nomen. Has omnes imagines
 pinxit Omphalion Niciæ Nicomedis fi-
 lij discipulus, quem seruisse Niciæ, ei quo
 in delitiis fuisse nonnulli tradiderunt.
 Quæ verò ædes apud Messenios Hiero-
 thyion vocatur, quod est ac si dixeris Sa-

crof sanctum sacrarium, habet deorum or-
 maium signa, quorum in Græcia sanctæ
 religiones sunt, inter ea ænea est Epami-
 nundæ effigies. Dedicati etiam sunt tri-
 podes vetusti, quos ἀνάργειοι, quasi dicas
 Ignis eypertes appellat Homerus. Iam ve-
 ro que in gymnasio signa sunt, opera Ae-
 gyptiorum artificum fuere: Mercurius,
 Hercules, Theseus. Hos enim cum Græ-
 ci, tum Barbaræ nationes multa exercita-
 tionum præsidæ habent, eosque in palæ-
 stris præcipue colunt. Aethidam in eo
 signorū numero compéri hominem quam
 ego sum natu maiorem: Huic Aethidæ
 tanquam heroi statuam positam, & hono-
 res institutos dicunt, quod egregie pecu-
 niösus fuerit: Fuisse alij præclaram & lu-
 eulementam pecuniam Aethidæ non negant:
 Pernegant verò eum, cuius erecta fuerit
 super columna statua, diuitem illum Aeti-
 dem fuisse: sed ei cognomine in quo duce
 Messenij Demetrium Philippi filium,
 cum noctu sabito impetu Messenen op-
 pressisset, repulere. In eodem gymnaſio
 Aristomenis visitur sepulchrum, quod sa-
 ne esse inane, atque honorarium duntā xat
 negant. Et percunctanti quidem mihi quo
 nam modo eius, qui Rhodi mortuus dica-
 tur, ossa in eo monimento condita credi
 possit,

possit responsum est, Pythij Apollinisius
fu in patriam reportata: Et insuper sacri,
quod ad eum tumulum solenni ritu fiat,
mihi ceremonias exposuerunt. Eæ hu-
iustmodi sunt. Aræ destinatum taurum ad
pilam non procul à sepulchro adligant: Is
cum ferox, & vinculorum sit insolens eu-
dere conatur: Quod si dum trepidat, & exi-
lit, pila moueatur, secundum id est Messen-
niis omen: Sin prorsus, immota ea pila ste-
terit, calamitatem sibi aliquam portendi
interpretantur. Interfuisse verò Aristome-
nen Leuctricæ pugnæ, & auxilio Thebanis
fuisse, & eius maximè opera magna cla-
de afflictos Lacedæmonios prædicant. E-
nim vero primos omnium Chaldæos, &
Indorum magnos memoriae prodiisse
noui esse hominum animos immortales.
Affensi deinde sunt eis tum alij Graco-
rum, tum Aristonis filius Plato: Id si com-
muni hominum opinione comprobetur,
facile & illud credi possit. Aristomenis in
Lacedæmonios odium in omne posterum
tempus perdurasse. Non alienum certe est
à Messeniorum oratione, quæ aliquando
de Thebanis audiui, & si non congruit o-
mni ex parte utriusque gentis sermo.
Aliunt itaque Thebani, cum prope esset vt
cum hoste ad Leuctra congrederentur,
missos

missos qui & alia oracula, & eum, qui in
Lebadea colitur, deum consulerent: Et sa-
ne ab Ismenio, Ptoo, Abis, Delphis missa
responsa commemorantur. Quæ verò
Senariis heroicis vaticinatus fuerit Tro-
phonius, hæc sunt.

*Ne petite ante hostem sacrū quām cura trophæū
Sit robis posuisse: Hic scutum ornate quod acer
Fixit Aristomenes. Messenius, ipse inimicas
Scutatorum acies, infestaq; tela refringam.*

Accepto oraculo impetrasse à Xenocrate
precibus Epaminundam tradunt, vt Ari-
stomenis clypeum sibi mitteret, illumque
ad trophæi, quod erexerat eo loco unde
posset à Lacedæmoniis conspiciri, insignia
addidisse. Norant Lacedæmonij fixum in
Lebadea scutum Aristomenis: Nā & mul-
ti per ocium ad Trophonij profecti illud
fuerant conspicati, & plene omnes ita esse
audierant. Parta verò victoria suum Tro-
phonio donum Thebani restituere: Est
etiam in stadio posita ex ære Aristomeni
statua. A theatro non procul Sarapidis, &
Isthis fanum est. Ascendentibus ad Itho-
mes iugum, ubi est Messeniorū arx fons,
cui Clepsydra nomen, manat. Longum
esset, & difficile, vt maximè propositum
id quis haberet, populos enumerare, qui
Iouem apud se natum, & educatum affir-

§ 14 PAVSAN. MESSEN. SIVE
mant. Nam & Messenij Iouis incunabula
sibi vindicant, eiisque nutrices nominant
Nedam, à qua fluius, & Ithomen, à qua
mons nomen acceperit: Has quidem nim-
phas surreptum à Curetibus Iouem ob-
Saturni metum, in hoc aiunt fonte lauas-
se, & ab eo furto aquæ nomen inditum.
Inde ad sacra Ithomata Iouis per toto
dies haustam aquam in templum deport-
ant. Signum Iouis fecit Ageladas iis
olim Messeniis, quæ Naupacti confede-
runt. Domi suæ illud seruat sacerdos an-
nus. Agitant verò festos anniversarios
dies, Ithomæa nuncupant. Ludos etiam
priscis temporibus musicos institutos fu-
isse & aliunde, & ex Eumeli versibus licet
coniicere, quos in Delum prolusi.

Grata etenim semper tibi Iuppiter incla-
Ithomes,
Musa fuit, puro gaudet quæ libera cantu,
Quà ad Arcadiæ vrbē Megalopolin egre-
sus patet, in ipsa porta Mercurij signum
est, Attici operis. Athenienses enim qua-
drangula figura hermas fecere, & eam ab
illis alij Gracię populi acceptam formam
in Mercurij sigillis usurparunt. Abest à
porta stadia ferme x x x. Balyra amnis: No-
minis eam putat fuisse causam, quod in eū
captus oculis Thamyris lyram abiece-
rit.

rit. Philammone, & Argiopa nymphæ ge-
nitum Thamyrin fama vulgauit: Argio-
pam Parnasi fuisse incolam: Eam, cum
iam vterum ferret, in Odrysal migrasse,
recusante puellæ nuptias Philammone:
Eo evenit ut Odrysen, ac Thraca etiam
Thamyrin vocent. In hunc fluvium alij
duo influunt, Leucasia, & Amphitus. Trans
eos amnes campi sunt qui Stenyclerici no-
minantur: Heroëm aiunt fuisse Stenycle-
rum. E campi eius regione vicus est, pri-
sci Oechaliam, Carnasium saltum ætas
nostra appellat: In eo densissima cupresso-
rum sylua est. Signa deorum ibi posita Ap-
pollinis Carnei, & Mercurius arietem por-
tans. Iam verò quæ Casta puella dicitur,
Ceres ea est: Prope illud simulachrum aqua
escatebris proficiunt: Quo verò Deas ma-
gnas ritu colant: Nam in Carnasio quoq;
sua illis celebrantur initia, facile in arca-
nis esse patior. Hæc certe initia secundum
Eleusioia præcipuam quandam mihi san-
ctimoniam habere videntur. In ea qui-
dem ærea vrnula, quæ dux Argiuus à se
compertam protulit, Euryti Melanei filij
ossa seruari, nulla vel in vulgus prodere,
somnia religione prohibeor. Labitur pro-
pe Carnasium amnis Charadrus. Ad lœuā
ad stadia fermè octo progressis Andanix

sunt ruinæ. Ei sanè vrbi ab Andania puerilla nomen impositum est omnium antiquitatis interpretum cōsensu receptum: Qui bus verò sit orta parentibus, aut qui cum nupta fuerit, non habeo dicere. Ab Andania, qui Cyparissias versus iter habent, per oppidulum transeant, Electram, quod eodem nomine amnis, & item Cœus præterfluent. Hæc certe nomina vel ad Electram Atlantis, & Cœum Latonæ patrem referri possint, vel forte sumpta fuere ab indigenis heroibus Electra, & Cœo. Qui ab Electra abierit, ad fontem, cui nomen Achaia, rudera videat Dorij, vrbis. In hac vrbe Thamyridi oculorum calamitatem contigisse versibus testatum suis. Homerus reliquit, quodd scilicet Musas ipsas cantu se superaturum fuisse gloriatus. At Phocaënsis Prodicus, huius modo si sunt in Miniadē carmina, poenas Thamiri sive in Musas petulantiae apud inferos propositam scripsit. Ego verò ex morbo luminibus captum Thamyrin crediderim, cum idem etiam Homero accidérerit, qui tamen infortunio non succubuit, neque iecirco quæ instituerat non perfecit. At malo vietus Thamyris prorsus desit carmina face re. A Messene sub Pamisi ostium via ex currit ad stadia. lxxx. Præterfluit arua

Pami

Pamisus purus, ac placidus, & sursum versus à mari decem prope stadia nauium patientis: Quin & marini tam longe subeunt pisces, vere appetente, quod ipsum in Rhe no, & Mæandro evenit: Maximè verò in Acheloi flumen innatant, quā circa Echinadas erumpit: Alia tamen longè forma sunt, quos Pamisus recipit, & omnino quales esse par est, quos puræ alunt aquæ, neque omnino lutulæ, vt eorum annuum sunt, quos paulo ante nominauimus. Mugiles quidem, cum de genere sint in limo degentium, turbulentis amnibus gaudēt, maleficas certe bestias non alunt Græciæ flumina, sicuti Indus, Nilus Aegyptius, Rhenus, Ister, Euphrates, Phasis: Educunt enim hi pernicioſas hominibus belluas, persimiles forma Hermi, & Mæandri silvis, nam viribus valentiores, & colore magis atro sunt. Indus, & Nilus Crocodilos habet: Fluviales etiam equos Nilus, haud minus illos quidem homini infenos quam crocodili sint. At Græciæ flumina hæc bestiarum portenta non gignunt: nam qui in Acheloo, qui per Thesprotiden labitur, sunt canes, aduenæ è mari influunt. Est ad Pamisi dexteram Corone vrbs, sub Temathia monte. In hac eadem via vicus, maritimus est, quem In us sacrum putant

Huc enim è mari delatam Ina dicunt, cum Leucothea cœpta nominari, in Deorum iam fuisse numerum relata. Paulo hinc longius Bias amnis in mare exit, non men ei impositum creditur à Biante Amythaonis filio. Iam stadia prope xx. procul à via abest Plataneti fons: Aqua è patula profuit platano. Est ea platanus in speluncæ modi, cauernosa, parua quidem latitudine. Descendit ea aqua potu suavis ad Coronen usque: vrbs prisco nomine Aepea vocabatur: postea verò quam Thebanoru ductu restituti sunt Messenij. Epimelidem tradunt deducendæ Coloniæ præfustum, Coronæ appellasse, quod ipse ex Coronæ Bœotia vrbe venisset: sed ab initio Messenios non restat eam nominasse, & eam nominis depravationem ipso tempore inualuisse. Est & illud fama vulgatum: Cum sulcus muris designandis imprimeretur, æream cornicem repartam. Delubra illic extant Diana nutricis, cognomento Pædotrophon ipsi dicunt: Liberi patris, & Aesculapij, & horum quidem signa è marmore. Iouis in foro Seruatis ex ære simulachrum est. Aeneum est & Mineruæ in arce sub diuo cornicem manus tenens. Vidi etiam Epimelidæ sepulchrum. Qua verò de causa portum Achæo

rum appellant, compertum non habeo. A Corone stadia prope octoginta progressis, Apollinis templum in ora maritima est magna religione percelebre. Nam, & omnium esse antiquissimum autuant Messenij, & deus ipse (quem Corinthum Apollinem nominant) certam laborantibus morborum opeum impertit. Signa duo visuntur, è ligno unum, quod Argens fecit, ex ære alterum, quod ab Argonautis dedicatum credunt. Coronæorum vrbi finitimi sunt Colonides: Nequant verò qui illic habitant se Messenios esse, sed ex Attica terra huc dicunt, colonum galeritam ex oraculo secutum in ea loca venisse: Procedente deinde tempore linguam, & mores Dorienium accepisse: Sitæ sunt Colonides eminenti loco, modo spacio procul à mari. At Assinæ Lycuritis finitimi, Parnassi olim accolæ fure: Nomen illis tunc fuit Dryopes, quod postea in Peloponnesum reuersi aliquandiu retinuerunt, sumptum scilicet à Colonide duce. Tribus verò post ætatibus cum Phylante regnum obtinente, prælio ab Hercule victi, Apollini Delphico deuoti fuissent, ex eiusdem dei responso in Peloponnesum ab Hercule deducti, Assinen primum prope Hermionen tenuer-

runt: Inde ab Arguiis eiesti, Messeniæ patrem à Lacedæmoniis acceptam, habitrunt. Ac Messenij quidem in Peloponnesum postliminio reuersi, facile eorum civitatem incolumem esse passi sunt. De rebus verò suis ita commemorant Asinæ, & ab Hercule se fuisse prælio superatos fanteantur, & vrbum suam in Parnasso captam: captiuos verò se ad Apollinis pertractos negant. Muris enim expugnatibus ab Hercule, deserto oppido se diffugisse narrant ad Parnassii iuga: ac mox cum in Peloponnesum nauibus transmisissent, Eurysthei opem supplicum in morem ornatos implorasse, & ab illo quidem cum in Herculem implacabili odio laboraret in Argolica terra Asinen sibi traditam. Soli verò è Dryopibus Asinæ nostra etiamnum ætate se nominis claritate efferunt. Multo certe secus quam in Eubœa Styrenses. Nam cum & ipsi ab eo Dryopum numero oriundi sint, qui, cum extra urbjs moenia domos haberent, pugnæ non interfuerunt, Dryopum tamen nomen aspernati sunt, sicuti & Delphi Phocenses nominari se, neutquam sibi laudi duxerunt contra Asinæ ea maximè appellatione levantur, religiosissima quæque apud ipsos exempla id maximè declarant, eadem for-

ma exædificata, qua illa olim fuerant in Parnasso dedicata. Duo verò in primis, Apollinis vnum, Dryopis alterū cum peruetere simulachro. Initia quidem quotannis Dryopi peragunt, eung; Apollinis filium fuisse dictitant. Sita & hæc vrbs ad mare est, vti olim fuit Argolica illa vetustior Asine: Ad eam à Colonidis quadraginta stadiūm via est. Tantundem ab Asine abest regio, cui Acritæ nomen. Excurrit in mare Acritas, & ante ipsum deserta est insula Theganusa. Secundum Acritau portus est Phœnicus, & ipsi proxima insula Oenusæ. Mothonæ antequam Græcorum delectus haberetur, Iliaci etiam belli temporibus Pedafos dicta est. Mutato deinde nomine, ipsi tradunt Mothonæ ab Oenei filia nuncupatam: Oeneo etenim Porthaonis filio cum post excisum Ilium, cum Diomede in Peloponnesum secessisset, è Palaca Mothonen filiam genitam: mea verò fert opinio, à scopulo, qui Mothon dicitur, loco nomen datum: Is enim portum efficit, dum & angustiorem nauibus ipse è mari prominens appulsum relinquit, & simul ab imo fluctibus obsistēs maris impetum, & æstus cōcitatores frangit. Expositum est in superiori historiæ parte, Lacedæmonios Naupliensibus in

inuidiam apud altos Graciæ populos vocatis, & eo nomine suis è sedibus electis, quod partis Laconum essent, Democrata Argis regnante Mothonen tradidisse: Ac omnino nulla propter Messeniorum redditum noua calamitate affectos. Fuere autem (sicuti ego existimo) Naupliense ex ea Aegyptiorum classe, quæ cum Danao ad Argolicam terram appulit: Aetatis verò tribus post à Nauplio Amymones filio in Coloniam deducti sunt, & ôcē ditore est ea Colonia Nauplia nuncupata. At Mothonæis Traianus Cæsar concessit, vt cum liberis populis censerentur & suis legibus vterentur: Sed ante ea tempora, so liis ex omnibus Messeniis, qui ad mare sunt, huiusmodi ascidit infortunium. Res Thesprotidis per inter regna prope euer- fæ fuerant. Deidamia enim Pyrrhi filia orba liberis diem obiit suum: Regnum illa quidem moriens populo commenda uit: Pater ei Pyrrhus fuerat Ptolemai filius, Alexandri nepos, maioris Pyrrhi pronepos. De Pyrro quidem Aeacidæ filio ante egimus, cum in Atticæ terræ de scriptione versaremur: Hunc Procles Carthaginiensis fortuna, & rerum ge starum splendore Alexandro Philippi filio inferiorem fuisse testatur: In dispo-

nendis verò in acie peditum, equitumque copiis, & item capiendi consilij quo hostis caperetur arte, illo multo meliorem: Accèpta libertate populus, & aliis in rebus indies erat insolentior, & omnino se nihil magistratibus audientem præbebat: Quare subito impetu ab Illyriis Ionij maris incolis oppressi sunt. Neque verò ullam nouimus popularē rem, magnos habuisse progressus, Atheniensibus exceptis, qui & præcipua quadam prudētia cateris Græcis præstiterunt, & suas religiosissimè omnium leges obseruarunt. At Illyrij, gusta ta semel dominandi dulcedine, cum augēdi imperij cupiditate flagrarent, edificatis nauib', & alios aggressi populos excursionibus infestos reddidere, vti quisque maximè fuit iniuriæ expositus, & amicitię specie ad Mothonæorum portum appulerūt: Atque inde in urbem misere qui vinum ad naues vt deportaretur rogarent: Cumque ab oppidanis non sanè multis vinum com portatum esset, emerūt quanti esset à Mothonæis estimatum Illyrij, & vicissim de mercibus suis aliquid illis vendiderunt: Postero die cum ad portum multo plures descendissent, & illis lucri faciendi copia facta est: Postremo cum etiam feminæ, & viri magna vtique manus ad naues veni- sent

324 PAVSAN. MESSEN. SIVE
fent vinum vt venderent, & de hospitum
rebus mercarentur, ibi Illyri viros mul-
tos, foeminas plures vi correptas in nau-
imposuerunt, & prope ad solitudinem Mo-
thonæ orum oppido redacto per Ionium
mare intra suos se fines recepere. Est Mo-
thonæ Mineruæ Anemotidis cognomen-
to delubrum: A Diomede dicatum aiunt,
& deæ nomen impositum. Nam cū inten-
pestiuist tota regio ventis grauiter labora-
ret, votis à Diomede Mineruæ nuncupati,
quasi omnis illa ventorum sauitia in
posterum etiam omne tempus cōquieuit.
Extat etiam Dianæ ædes, vbi aqua puteus
pice permistæ, quæ cum odoris suavitate,
tum colore persimilis est Cyziceno vngue-
to. Omnia quidē, quas aspicerim, aqua-
rum, maximè cœrulea est in Thermopy-
lis, neque tamen tota, sed ea præcipue quæ
in natationem influit, quas incolæ mulie-
bres vocant, olas, Rutila verò prope ad san-
guinis colem aqua per Hebraeorum ter-
ram non longe à mari, agro Ioppe urbi si-
nitimo, labens visitur. Perseum interem-
pro monstro cui Cephei filia fuerat exposi-
ta, in eo flumine cruorem abluisse, indige-
narum sermo vulgauit. Vidi etiā ad Afty-
ra nigram aquam: Sunt Aftyra calida-
rum aquarum balnearæ contra Lesbum in

eo vico, qui Atarnus appellatur: Eam Les-
bij mercedem à Persarum rege accepere,
cum illi Paftyam hominem Lydum, qui
supplex ad ipsos configerat, dedidissent.
Ostendunt etiam Romani non longe ab
vrbe trans amnem Anienam albā aquam.
In eam qui descenderint initio tam frigi-
dam sentiunt, vt exhorrescant: at si paulu-
lum fuerint immorati, nihil minus inca-
lescent, quam si vehementer calidum me-
dicamentum ebibissent. Atque has ego
quidem aquas, ingenio fontium plane ad-
mirabili, ipse sum conspicatus. Nam vul-
gata prætero aquarum miracula: Neque
enim aut salsam, aut acerbam aquā è fon-
tibus manare magni miraculi loco ducen-
dum. Non omittam duos diuersa admo-
dum natura, & loco fontes. Fluit per cam-
pos, qui Albi dicuntur, non longe à Car-
dia, prope pagum, qui Dasycli dicitur aqua
calida, laſte haustu suauior. Iam verò ab
Herodoto literis proditum memini, ama-
ræ aquæ rium in Hypanim amnem in-
fluere. Quod certe non video cur à veri-
tate abhorre putemus, cum ætate nostra
ad Puteolos, quod est Thirreni maris ac-
colarum oppidū, aqua extiterit tam acuto
calore effervescens, vt intra paucos annos
plumbeos, per quos fluit tubulos resol-
uerit,

uerit. A Mothonē ad Coryphasium promontorium, via interest haud minus stadia centum. In ipso promontorio est Pylos, quam Cleonis filius Pylus condidit, deductis in eam è Megaride Lelegibus: Sed ei parum diuturnum illud fuit imperium: A Neleo siquidē, & Pelasgis ab Iolco venientibus pulsus est. Quare inde abiēs in proximos fines, Pylon in Elea tenuit. Eo verò dignitatis Pylō perduxit Neleus, vt ab eo rege Neleiam vrbē versibus Homerus appellari fuisse. Est Pyli Mineruæ templum, cognomento Coryphasiaz, & dominus, quæ Nestoris dicitur: In ea Nestor ipse pictus cernitur, & intra oppidum, eiusdem est sepulchrum. Nam quod extra est, id Thrafymedis fuisse ferunt. Ostenditur in ipsa vrbe spelunca, in qua Nestoris, & ante eum Nelei boum fuisse stabulum dicunt: Boues eas Thessalicas fuisse genere de grege Iphicli, Protephilai patris. Eas Neleum à filiis procis sponsalitium munus depoposuisse: Melampodem itaque Biantis fratribus adductum gratia in Thessalam venisse, & à pastoribus quidem Iphicli in vincula primum coniectum, deinde vero pro responsis, quæ roganti Iphiclo dedit, vates cum esset, mercedem boues cepisse. Fuit hoc præcipuum illis temporibus pecuniae

cuniae studiū, luculenta habere equorum, & boum pecuaria. Nā prater quām quod Iphicli boues Neleus expetiuit: Herculi etiam imperauit Eurystheus, vt ex Hispania boues, quas eximia ibi specie esse compererat, ad se abigeret. Sed eiudem pecoris mira fuisse incensum cupiditate Erycen in Sicilia, ex eo constat, quod cum in lucte certamen cum Hercule descendisset, hinc Herculis boues, illhinc Erycis regnū præmia victori proposita fuerūt. Testatum etiam in Iliade reliquit Homerus Iphidamantem Antenoris filium boues centum sponsalitium munus socero suo dedisse. Quæ omnia satis perspicuo argumento sunt, bobus in primis priscos illos homines delectatos. Pascebant verò, vt mea fert opinio, Nestoris armēta extra fines: Nam cum totus fermè Pyliorum ager arenosus sit, alendo certe pecori minimè herbosus est. Hoc idem testatur Homerus de Nestore loquens, cum eum fore ubique arenosæ Pyli regem appellat. Ante portum Spacteria insula prominet, haud aliter quām ante Deliorum naualem stationem, Rhenea. Est verò ita plerique comparatum, vt quæ ante loca obscura fuerunt & ignota, ex aliquo hominum casu, & Fortunæ momēto, fama celebrētur: Nam & Caphareum Eubœa

bœæ promontoriū Græcorum ab Ilio cum Agamemnone redeuentium Naufragium nobilitauit, Ac Psytalia quidem pusilla ante Salaminem insula non aliunde nota est, quād quod in eo loco Persæ prope deleti sunt. Pari itaque ratione Lacedæmoniorum ad Sphaeteriam clades celebre ad posteros loco nomen dedit, Porro Athenienses æneum in arce Victoriae signum ad illustrandam rei ad Spacteriā gestæ memoriam dedicarunt. Quā à Pylo Cyparissias iter, in suburbanis, non procul à mari fons est, quem percussa Thyrso à Libero patre, terra extitisse ferunt, eāque de causa Dionysiada fontem ipsum nominant. Extat ad Cyparissias Apollinis templum, & Mineruæ cognomento Cyparissia. Ad Aulonem delubrum est cum signo Aesculapij Aulonij, illinc proximè Messeniorū, & Eleorum fines Neda amnis interfluēs dirimit.

*

PAVSANIAE

ELIACORVM PRIOR, SIVE LIBER QVINTVS.



R A E C O R V M quicūque Peloponnesum in quinque duntaxat partes diuidunt, iij fateantur necesse est, in ea parte quæ est Arcadū, Eleas, & Arcadas ipsos habitare, secundam verò Achæorum, treis deinde reliquas Doriensium esse. Nationes autem, quæ Peloponnesum tenent, indigenæ Arcades, & Achæi sunt. Quorum Achæi à Dorienibus patria pulsæ, non tamen extra Peloponnesum abiere, sed Ionibus electis, eam partem, quæ Aegialus veteri nomine dicebatur, nunc ab ipius Achæis denominata est, colunt. Arcades verò primæ originis terram in hoc usque tempus perpetuò incoluere: At reliqua ab inquilinis habitantur: Siquidem huius etatis Corinthij omnium maximè noui in Peloponneso sunt. Abhinc enim annos fermè ducentos decem, & septem, Colonia hæc ab imperatore Romano deducta est. Dryopes quo-

L

que, & Dorienses, ex Parnasso illi, hinc Peloponnesi parte aduenerunt. Eleos etiam scimus ex Calydone, ceteraque Aetolii huc traiecerisse, de quorum antiquitate quod compertimus, haec propemodum sunt. Regnauit in hac terra primum (ut ferunt) Athilius Iouis, & Protogenia filius, qui Endymionem genuit: Hunc à Luna adamatum, & ex ea filias quinquaginta suscepisse fabulantur. Qui verò magis veritatem consentanea loquuntur, ipsum Endymionem aiunt tres tantum genuisse filios, Paxonem scilicet, Epenum, & Aetolum, filiamque vocam Eurydicens, & hos ex Asterodia uxore, siue ex Chromia Itoni filia, Amphytyonis nepte, seu ex Hyperippe Arcadii filia: Variae enim sunt de eius uxoribus sententiae. Proposuit autem in Olympia certamē de imperio filii. Endymion. Ex eo vixit discessit Epeus, regnōque potitus est. Ac Epei primum, qui sub ditione eius tunc erant, appellati. Fratrum vero alterum quidem in patria cum fratre regnante permanisse ferunt: Paxonem supereratum ægrè ferentē, longe à domo per egre profectum, super Axio flumine regnum ubi constituerat de suo nomine Paxoniā appellasse. De Endymionis autem more non conuenit inter Heracleothas,

qui

qui Milesiis finitimi sunt, & Eleos. Elei enim Endymionis monimentū ostendunt: Heracleotæ illum dicunt in Latmum montem secessisse, & est quidem in eo monte Endymionis adytum. Epeus ex Anaxiroë Coroni filia, quam uxorem duxerat, filiam suscepit Hyrminen, marē omnino habuit nullum. Accedit eo regnare, ut Oenomaus Alxionis, vel ut poëtæ volūt, Martis filius, qui Pisæis tunc imperitabat, regno expelleretur à Peleope Lydo, qui ex Asia illuc transmiserat. Occiso Oenomao, Pelops & Pisæam obtinuit, & Olympiam hunc finitam, quæ sub Epei ditione erat, imperio suo adiecit. Hunc Pelopē dicunt Elei primum in Peloponneso fanum Mercurio exædificasse, & sacra fecisse, quo deum sibi ex Myrtili cæde infensum placaret. Aetolum qui Epeo in regnum successit, ex Peloponneso fugere oportuit, quod cum ob admissam imprudenter cædem Apidis filij ad pœnam vocabant. Nam cum Apin Iasonis filium à Pallanteo Arcadiae oppido originem ducentem, funebris ludis, qui Azani siebant, incitatis quadrigis obuium euertisset Aetolus, ab Aetolo Endymionis filio Acheloi accolæ, quod in eam continentis terræ partem fugerant Aetolus, appellati sunt. Epeorum imperium

532 PAVSAN. ELI. PRI. SIVE
 suscepit Eleus ex Euryclida, Endymionis
 filius, vel (si cui id credibilius videatur) Ne-
 ptuno genitus. Ab hoc Eleo qui prius no-
 minabantur Epeii nomen acceperunt. Ex
 eo Augeas nascitur. At enim qui Eleorum
 res maximè extollunt Augeam non Elei,
 sed Helij, hoc est Solis filium fuisse dicunt.
 Et huic quidem Augeæ adeo magna armé-
 tra, gregèque fuisse dicuntur, ut fimo obdu-
 cta agri pars maxima, oculosa, & inculta ia-
 ceret. Hercules vel agri parte, vel alia qua-
 cunque mercede ut eius stabulum purga-
 ret, adductus est. Quod ille immisso in
 campos Minyeio flumine perfecit. Sed Au-
 geas Herculi mercedem abnegauit, quod
 eum videret arte potius, quam vlo labore
 opus perfecisse. Huius filius natu maior,
 cui Phyleo nomen, est à patre abdicatus,
 quod eius in bene de se meritum virum
 iniuriam reprehendere solitus esset. Au-
 geas ipse additus omnes muniuit, quā
 Herculem, si in Elidem cum exercitu ve-
 nisset, irrupturum suspicari poterat. Filios
 etiam Actoris, & Amarinceum sibi in bel-
 li gerendi societatem adsciuit. Erat sanè
 Amarynceus rerum bellicarum vsu ma-
 ximè solers. Patre hic ortus fuerat Pyrrio
 homine ex Thessalia oriundo: Et ex The-
 ssalia sanè primus in Eleam venerat: Acce-
 ptus

ptus verò est ab Augea in partem impe-
 rij. Actor quoque, & eius filij, qui indige-
 nae erant, regni fuere confortes. Siquidem
 Actor Phorbante Lapithæ filio, & Hyr-
 mina Epeifilia genitus fuerat, déque suæ
 matris nomine urbem in Elea Hyrmi-
 nem condiderat. Hercules suscepto ad-
 uersus Augeam bello nihil memoratu di-
 gnum in ea expeditione gerere potuit.
 Eius enim auxilia ab Actoris filiis auda-
 cia, & astate vigentibus facile reiicieban-
 tur. Sed enim cum Iudos Isthmicos indi-
 xiissent Corinthij, venissentque Actoris fi-
 lii spectandi causa, eos Hercules ex insi-
 diis ad Cleonas occidit. Cum autem à quo
 cædes facta esset ignoraretur, Molione A-
 actoris vxor, à quonam filij fuissent interfe-
 sti magna cura inuestigavit: Re cognita
 Elei, ab Arguiis, quod tunc forte Tyryne
 the Hercules domicilium habebat, autho-
 rem facinoris ad pœnam depoposcerunt:
 Id cum illi recusasset à Corinthiis rur-
 sus contenderunt, ut quicquid Argolici no-
 minis esset pro violato fœdere Isthmico-
 rum ludorum celebritate interdicerent.
 Quod ipsum cum frustra petissent, Molio-
 ne cives suos diris dicitur defixisse, quo-
 cunque in posterum Isthmicis ludis non
 abstinuerint. Illud Moliones edictum

tam religiose Elei obseruarunt, vt hoc etiam tempore, quicunque ex Eleis ad certaminum palmas corpora exercuerunt eius deuotionis metu, Isthmicum neutram conuentum celebrant. De hac ipsi re duplex est fama: Ab aliis enim Cypselum proditum est Corinthiorum tyrannum aureum Ioui in Olympia signum dedicasse: Eo mortuo priusquam eius nomine donum inscriberetur: ab Eleis Corinthios contendisse, vt ciuitatis suæ nomina inscribi parentur, quod cum non impetrasset, ira incensos, Eleos Isthmiorum aditu prohibuisse. Sed haud latet consentaneum videri potest Corinthiis Olympicorum conuentu non interdictum, si priores ipsi Eleis ne Isthmicis auteressent edixissent. Illud item de eadem re hominum sermo vulgauit. Pro lao viro inter Eleos nobili, ex Lysippe uxore Philanthum, & Lampum genitos: Hos, cum ad Isthmiam (vt qui Pancretias inter adolescentulos erant) venissent priusquam in certamen descenderent ab aduersariis strangulatos, vel alio mortis genere confectos: Lysippes imprecatio nes in causa fuisse, Elei ut Isthmiis vtrò abstinerent. Facile verò eo argumento hoc ipsum refellitur, quod Timoni Eleo,

qui de ceteris Graciæ certaminibus quinquerij palmas tulit, in Olympia statua posita est, cum elegis, omnes eius viri victorias testantibus. Eadem quoque inscriptio, quare Isthmice non fuerit compositoriae, his versibus indicat.

Sisyphus iuuem retuit succedere terris

Dira Molionidum pena secuta necem.

At enim satis iam hac de re dictum fuerit. Posthac Hercules collecto ab Arguiis, Thebanis, & Arcadibus exercitu, Elidem captam deripuit: Quo tempore Eleos & Pyli qui in Elea terra sunt, & Pisæ auxilia tulerunt: Et alteros quidem vltus est Hercules. Pisæis verò quo minus bellum inferret huiusmodi oraculum prohibuit.

Pisa patri curæ, mili celsa cacumina Pythæ.

Fuit hæc vox Pisæis saluti. Phyleo autem Eleam Hercules verecundia potius, quam bene merendi studio adductus tradidit. Eidem captiuos, & Augeæ pœnam condonauit. Eo tempore Eleorum formine orbatam virili robore patriam miseratae Palladi vota nuncuparunt, si grauidæ ad primos virorum congressus fierent. Eius voti damnatae Mineruæ matri templum dicarunt. Et locus quidem, quo primus ille congressus marium, & feminarum factus, Bady nomen est. Flumen etiam

ipsum, quod agrum præterfluit, Badi patria voce appellant. Phileus ordinatis Elidis rebus, cum Dulichium migrasset, & Augeas iam senio confectus diem suum obiisset, exin Eleorum regnum Agasthenes alter Augeæ filius, cum Amphimacho & Thalpio suscepit. Nam cum Aetoris filij geminas Dexameni Oleni regis filias vxores duxissent, alteri quidem eorum ex Thoronice Amphimachus, Euryto verò ex Theraphone Thalpius nascitur. Non tamen interea aut Amarynceus, aut Amaryncei filius Diores priuatam vitam egerunt. Quod & Homerus Eleos recensens facile ostendit: Omnem enim eorum classem quadraginta nauium fuisse dicit: Quarum dimidiæ parti Amphimachus, & Thalpius imperarent: E reliquo numero decem Amaryncei filius Diores totidem Agasthenis Polyxenus duceret. Polyxeno autem à Troia reduci filius natus est Amphimacus: Hoc nomen, opinor, indidit Polyxenus ob amicitiam, quæcum Amphimacho Cteati filio, qui ad Ilium ceciderat, intercesserat. Amphimacho Eleus oritur. Hoc Elidis regnum tenente, Dorienses cum Aristomachi filiis comparaata classe moliti sunt redditum in Peloponnesum. Classis imperatoribus oraculo denunt

denuntiatum est, remigrationis ducem trioculum ut facerent. Quare addubitantes, quid nam sibi responsum illud vellet, vir forte qui mulum altero captum oculo agebat, occurrit. Tum nimurum acute conciecit Cresphontes oraculi vocem ad hunc hominem pertinere. Eum itaque sibi Dorientes ducem ascierunt. Is in Peloponnesum naibus transmittendum, non pedestri exercitu per Isthmum irruptionem tentandam censuit. Neque tantum id fieri oportere monuit, sed ipse nauigationis à Naupacto ad Molucru dux fuit. Quamobrem illi Dores vltro Eleum agrum desponderunt. Fuit hic quidem vir Oxylus Aemone Thoantis filio genitus. Thoas verò ipse Atrei filiorum ad Priami regnum euertendum socius: A quo ad Aetolum Endymionis filium atates retro sex numerantur. Erant autem Heraclidae, & alio, Aetolię regibus sanguine iuncti, & eo maximè nomine, quod Thoantem Andrcemon, & Hyllum Hercules è germanis sororibus generant. In exilium ex Aetolia abierat Oxylus, quod disco ludens imprudenter hominem occiderat. Fratrem eum, qui ceciderit Oxyli, Thermium tradidere, Alcidocum alij Scopi filium. Proditum etiam memo est aliud huiusmodi de Oxy-

538 PAVS. ELIA. PRIOR, SIVE
lo, veritum illum esse, ne Aristomachi libe-
ri, cum quām esset fertilis, & bene cultus
omni ex parte ager Eleus cognouissent,
eum sibi tradere recusarent. Eiūsque rei
causa per Arcadum fines, nō per Eleorum
agrum Dorientes deduxisse. Et Eleorum
quidem imperium sibi vindicanti, sine ar-
mis Oxylo non cessit Diūs. Censuit ille
non esse vniuerso agmine decernendum,
verum singulos ex utroque exercitu deli-
gendas, qui singulari certamine de rerum
summa dimicarent. Cuitis cum pars vtraq
sententiam comprobasset, obtigit hoc cer-
tamen Degmeno Eleo sagittario, ex Aet-
holis verò Pyrachmæ funditori. Su-
perior discessit Pyrachmes. Quare po-
titus regno est Oxylus: Eatis quidem pri-
scos Epeos facile pristinas sedes obtine-
re passus est: cum illis Aetolos coniunxit,
agro æquabiliter assignato. Ioui præter-
ea sacra fecit, & sanctos veteri religione
honores cum cæteris heroibus, habuit at-
que Augeæ eo, qui ætate nostra obser-
natur, more, ut parentaretur instituit:
Eundem aiunt è proximis vicis, in quibus
intra urbem euocatis, Elim cum mœni-
bus ampliorem, tum multitudine fre-
quentiorem, ac simul opibus auctiorem
reddidisse. Huic cum delphici Apolli-
nis

LIBER V. 539
nis voce præceptum esset, ut de Pelopis ge-
nere vnum sibi imperij socium asciceret,
magno vndique studio conquisitum, Ago-
rium tandem Damosij filium, Penthili ne-
potem, Orestis pronepotē inuenit: Quem
ab Helice Achæa vrbe, cum non magna
utique Achæorum manu in regni partem
recepit. Oxyli vxorem Pieriam fuisse tra-
dunt, de qua nihil aliud quidquam me-
morant. Filios aiunt Oxylo genitos Ae-
tolum, & Laian: Et Aetolum quidem im-
matura morte ereptum, considerunt pa-
rentes extructo monumento in ipsa por-
ta, qua in Olympiam ad Iouis templum
iter est. Hoc ei monumentum ex oraculo
posuere, quo iussi sunt neque intra neque
extra urbem illum sepelire. Parentat Ae-
tolo hac ipsa ætate quotannis statu die
gymnasij pæfectus. Successit Laias in
regnum patri. Non tamen vspiam reperi-
eius posteros regno potitos: Quare eos
consulto prætero. Neq; enim in præsens
ad priuatos homines mea descendit ora-
tio. Secundum hac Iphitus ab Oxylo qui-
dem oriūdus, æqualis verò Lycurgi, à quo
scriptæ Lacedæmoniis leges, ludos in O-
lympia ordinavit, nundinas indixit, & lu-
dorū causa inducias instituit, cū hęc omnia
intermissa fuissent aliquādiu: eius quidem
in term

intermissionis causam tunc exponam, cū ad ea quæ in Olympia sunt, accessero. Hic ipse Iphitus iam prope deleta Græcia seditionibus, & pestilentia, consulendum de remedio earum calamitatum Delphicum Apollinem censuit. Respondit deus expeditire ab Iphito, & Eleis Olympicos ludos instaurari: Suasit præterea Eleis Iphitus ut Herculi immolarent, cum illum ante hostem iudicassent. Inscriptio quæ in Olympia est, Iphitum testatur Hæmonis filium fuisse, Græcorum multi non Hæmonis eum, sed Praxonidæ filium dixerunt. Prisca Eleorum monimenta eius patrem eodem appellant nomine. Elei cum belli Troiani, tum verò suscepit contra Persas in Græciam inuadentes belli participes fure. Ac, vt missum faciam, quoties (dum Olympicos ludos instaurant) cum Pisæis, & Arcadibus dimicarint, inuiti quidem cum Lacedæmoniis in Atheniensium fines irruperunt: Neque multo post ascitis in societatem Atheniensibus, & Argivis contra Lacedæmonios stetero. Agide verò cum exercitu intra fines per Xenij præditionem ingresso, ad Olympiam magno prælio hostes vicere, & in fugam versos extra fani septa eiecere: Interiesto dein tempore arma posuere iis conditionib-

tionibus, de quibus ante scripsi dum Lacedæmoniorum res commemorarem. Iam verò Philippo Amyntæ filio Græciæ imperium occupante, Elei quidem ipsi intestinis discordiis iam pene afflitti se cum Macedonibus coniunxerunt: Non tamen ut ad Chæroneam cum Græcis acie confligerent adduci potuerunt. Philippum tantum Lacedæmonios adoriente priſco in eam ciuitatem odio suo indulgentes iuuerunt. Idem mortuo Alexandro cum Antipatro bellum gessere. In sequenti postea tempore Aristotimus Damareti filius, Etymonis nepos, Eleorum tyrannide missis ab Antigono Demetrij, filio, Macedoniæ rege auxiliis, portitus est.

Hunc Aristotimum, sextum iam mensem dominantem, Chilon, Hellanicus, Lampis, & Cylon de improviso adorti eiiciunt. Quin & eundem cum ad Iouis Seruatoris aram supplex se recepisset sua manu Cylonis, quem ante nominauimus occidit. Hæ fuerunt bellicæ Eleorum res gestæ, quas modica in præsentia oratione perstrinximus: Inter Elei agri miracula byssus est. Hic enim tantum, nec alibi vspiam in tota Græcia nascitur: Tenuitate quidem nihil est inferior ei, quam fert Hebræorum terra, minus vtique flaua.

flava. Admirationi iure fuerit illud etiam, quod cum in finitimiis locis equæ ex Assis pariant, id intra ipsos Eleæ terræ fines nunquam vsæ evenit. Cuius rei causam execrationem quandam perhibent. Ex Eleo agro vicus ad mare est, cui Samicon nomen. Supra hunc ad dexteram regio, quæ Triphyllia dicitur. In ea vrbs Lepreos: Lepreatæ nunc ipsi inter Arcadas censemur, cum liquido constet antiquitus Eleis paruisse. Nam quotunque ex ea ciuitate in Olympicis vicerunt, Eleos prece è Lepreo renunciauit, & Aristophanes versibus testatus est. Lepreon Eleorum oppidum esse. Lepreon à Samico, relisto ad Iaxam Anigro amne via vna ducit, eodem altera ex Olympia, tertia ex Elide. Earum quæ longissima, vnius dicti est. Inditum nomen tradunt à Lepreo conditore Pygei filio, quem cum Hercule in edacitatis certamen descendisse aiunt. Vbi cum vterque eodem tempore bouem epulaturus occidisset, ac plane se nihilo ad edendum Lepreus Hercule imparatiorem ostendisset, eo processit certandi cupidio, vt eum ad singularis etiam certaminis dimicationem ausus fuerit prouocare: Interfectum quidem ab Hercule in ea pugna in Phygalensium finibus sepul-

tum

tum fuisse tradidere: Cum tamen non habeant Phygalenses ipsi quo loco Leprei monumentum fuisse indicent. Audiui verò qui ad Lepream Pyrgei filiam oppidat origines referrent. Sunt qui primos vrbiæ inquilinos lepram passos dicant, atque ex eo morbo vrbe nomen accepisse. Narrant Lepreatæ fuisse in vrbe Leucæ Iouis ædem, Lycurgi alij filij sepulchrum: Herorum etiam aliorum & in primis Cauconis. Huius monimenti insigne fuisse vitrum lyram tenentem: Sed ætate hac neque monimentum ullum extat paulo insignius, neque cuiusquam Dei ædes, vna excepta Cereris, & ipsa è crudo latere extructa, in qua ne signum quidem ullum est. Non Procul ab vrbe fons est Arene Nomen ab Apharei vxore impositum ferant. Reuersis ad Samicum, recta per vicum eum contendenteribus, Anigrus fluvius in mare exit, & excentem quidem sæpe violentiores ventorum flatus repellunt: congesta enim ad ostium fluminis arena, aquam quomodo profuat, coerset: quo sit ut cum exterius mare, interior amnis ipse limum diluerit non sine periculo iumenta, multo etiam minus expediti homines in alueū fluminis se posset demittere. Descendit flumen è Lapitho

Arcadi

Arcadiæ monte, ac statim grauiter olen-
tem aquam emittit, quæ priusquam flu-
men aliud, Acidantem nomine, accipiat,
manifestum est ne pisces quidem in ea ali:
Quin & quos ipse Acidas influens impor-
tat, esculentos esse negant, cum tamen an-
tequam in Anigrum ipsum innatent, ad ci-
bum expetantur. Fuisse verò Acidanti no-
men vetus Iardano, vnde ipse coniicerem
non habui, sed auditum ab Ephesio homi-
ne refero. Tetur verò illum aquarum
odorem è terra, vnde effluit, existere cre-
diderim, quemadmodum & in iis quæ su-
pra Ioniam sunt ex eadem causa, aquæ tam
mali sunt odoris, vt halitu ipso nonnullæ
hominem perimant. E Græcis verò, Chi-
ronem alij, Polenorem centaurum alij, ab
Hercule sagitta percussum aiunt, cum vul-
neratus fugeret, huius fluminis aqua vul-
nus abluisse: Inde hydræ veneno infectum
flumen foedum odorem contraxisse. Sunt
qui in id causam referunt, quòd insanie
morbo liberatis Proeti filiabus, Melam-
pus Amythaonis filius piacula in hunc
anvem abiecerit. In Samico non longe à
flumine antrum est, Anigidum nympharum
incolæ appellant. Huc qui vitiata
aliquo vitiliginis genere cute intravit, vbi
primum nymphis rite imploratis, nuncu-
patisq

patisque votis, deinde amne nando trans-
misso, laborantes corporis partes defri-
cuerit, fœditatem eam oris in aquis relin-
quere creditur, atque inde nitidus ac ter-
sus discedere. Anigro transmiso restà in
Olympiam contendentibus modico in-
teruallo ad viæ dexteram in eminentiore
campi parte vicus, & Samnia oppidum su-
pra ipsum Samicum. Et Samicum quidem
Polysperconti traditum est aduersus Arc-
adas propugnaclum fuisse. Arenes verò
vestigia neque Messeniorum, neque Eleo-
rum quisquam quo loco essent, visus est
mihi cōpertum habere. In diuersas enim
sententias, qui id coniicere conati fuerint,
distrahuntur. Veri mihi simillima ij dice-
re videtur, qui priscis heroicis etiam tem-
poribus, Samicum ipsam appellata Are-
nem existimant. Nituntur verò Homeris
qui in Iliade sunt versuum testimonio.

*Proximus Arene Minyeius in mare currens,
Est amnis.*

Quæ se ostendunt ruinæ proximè Anigrū
sunt. Arque vt an Samicus appellata fue-
rit Arene controuersum est, sic fuisse Mi-
nyeium apud veteres, qui nunc Anigrus
est mutato nomine fatentur Arcades om-
nes. Nedæ quidē maritimam partem sub
Heraclidarū redditum in Peloponnesum,

546 PAVSA. ELIA. PRIOR, SIVE
terminū fuisse inter Messenios & Eleos,
facile deprehendi potest. Iam secundum
Anigrum, qui longius processerit per eam
pos-maiore ex parte arena cooperitos, in
quibus sunt agrestes pinus ad laevam Scil-
luntis rudera videat. Fuit enim vna de Tri-
phyliae-vrbibus Scilus. Ac belli quidem
eius-tempore quo inter Pisæos, & Eleos
gestū est, Pisæos Silluntij secuti cum Eleis
propalam inimicitias exercuere: Qua de
causa postea ab Eleis deleti sunt. Sed ere-
ptam Eleis Scilluntem, Lacedæmonij Xe-
nophonti Grylli filio tunc Athenis exu-
lanti donarunt. Exagitatus verò est Xeno-
phon à suis ciuibus, quod Cyro, qui fuit
Athenieas populo inimicissimus, contra
Persarum regem, quo maximè beneuolo
vtebantur, stipendia fecisset. Cum enim
Sardis Cyrus esset, Lysandrum Aristocra-
tis filium ad comparandam contra Athe-
nienses classem pecunia iuuerat. Hæc ita-
que Xenophonti exiliij causa fuit. Consi-
tuto autem ad Scilluntem domicilio, agri
partem Ephesiae Diana, & fanum dedica-
uit. Abundat Scillus omnibus ferarum ge-
neribus ad venationem, apries in primis, &
ceruis. Agrum præterlabitur Scillantium
Selenus amnis. Ex Eleis autem ij, quibus
curæ est antiquitatis memoriam conserua-

re,

re, receptam à suis Scilluntem memorant.
Et Xenophontem, quod illam à Lacedæ-
moniis accepisset, maiestatis in Olympicō
conuentu postulatum, causam dixisse: eun-
démque ab Eleis absolutum, Scillunte im-
pune domicilium habuisse. Et sanè non
longe à Dianio monumentum monstra-
tur cum statua è Pételico marmore, quam
Xenophontis esse accolæ dicunt. In via
quæ Olympiam ducit cis Alpheum, Scil-
lunte venienti, celsa crepidine præruptus
mons occurrit, Tipœum illum appellant.
Hinc de saxo fœminas deiicere Eleorum
Iex iubet, quæ ad Olympicos ludos pene-
trasse deprehensæ fuerint, vel quæ omni-
no Alpheum transmiserint, quibus est eis
interdictum diebus: Non tamen depre-
hensam esse ullam perhibent præter vnam
Callipateram, quam alij Pherenicem no-
minant. Hæc viro mortuo cum virili or-
natu exercitationum se magistrum simu-
lans, Pisidorum filium in certamen dedu-
xit. Namque eo vincente, sepimentum id,
quo magistros seclusos habeant, transluit
veste posita: Fœminam tamen agnitam
omni criminè liberarunt, datum hoc ex
iudicium æquitate patris, fratrū, & filij
gloriarum, qui omnes ex Olympicis ludis vi-
ctores abierant. Ex eo lege sanctum,

M 2

vt nudati adessent ad Iudicium ipsi etiam magistri. Qui iam in Olympiam peruerterint, Alpheum amnem videant, vberrima & suauissima fluentem aqua: In quem cum nobiles alij omnes influunt, tum in primis qui per Megalopolim labitur Hellisson nomine. Brentheates etiā ex agro Megalopolitano: At prope Gortynam, vbi Aesculapij fanum praterfluit Gortynius. Ex Melænensibus inter Megalopolitanos, & Herætidis terrę fines, Phagus. E Clitoriorum agro Ladon: Ex Erymantho monti cognomen fluuius. Atque hi quidem ex Arcadia omnes in Alpheum descendunt. Iam Cladeus ab Eleis veniens ei dē se permisceret: Neq; tamē Alphei ipsius in Eleo agro, sed in Arcadia fontes sunt, de quo vulgata est fabula, virum illū fuisse venatorem, Arethusam amasse, & ipsam venandi studiosam, quæ cum illius nuptias recusasset, in insulam, cui Ortygia nomen fuit, prope Syracusas dicitur trāsmisisse, atque ibi in fontem conuersam: Ipsi etiam Alpheo accidisse, vt præ amore in amnem mutaretur: Quæ omnia fabulose dicta facile videri possunt. Meantem verò subteter mare amnem fonti apud Siracusas immisceri, quid cause sit, quare non credam, non planè video, cum Delphici Apol-

linis

linis voce rei fidem factam meminerim. Is enim Archiam Corinthium ad Syracusas, Coloniam deducendam proficieti iubens, huiusmodi vsus est versibus.
*Trinacriam supra medio iacet insula pento
 Ortygiam dixere, vbi cana fluenta refundit
 Alpheus pulchra se immiscens Areibus.*
 Atque ex eo quidem, quod in Arethusam fontem illabitur Alpheus, fabulae de Alphei amore locum datum crediderim. Et sanè Græcorum quotcūque, vel Aegyptiorum qui in Aethiopiam supra Syenem, vel ad Meroēn profecti sunt, Nilum narrant paludem quandam ingressum, atque inde tanquam è continentि terra elapsum per Aethiopiam inferiorem in Aegyptum decurrere, ac postea in mare, quod ad Pharū est, erumpere. In Hebræorū finibus amnē ipse vidi Jordanē, qui stagnū, Tyberiadē nuncupatū subit: Ac deinde in alterū stagnum, cui Mare mortuū nōmē est, ingressus, in ea ipsa palude cōsumptus euanescit. Hoc ipsum mare, quod Mortuū dicitur, diuersa admodum à ceteris aquis natura est. In eo enim viuentia etiam si nihil se moueant, supernatant: Inanima verò omnia in ima defcēdūt: Eo fit vt orba sit piscibus palus: E manifesto enim periculo se pisces ad aquas recipiunt naturæ suæ congruen-

550 PAVSA. ELI. PRI. SIVE
tes, Alpheo persimilis amnis est in Io-
nia, cuius cum in Mycale monte fontes
sint, quod in medio maris est præterla-
plius, emergit rursus in Branchidis prope
portum, cui Panormo nomen. Atque
hæc quidem ad hunc modum se habent.
De Olympicorum verò ludorum origi-
ne, inter Eleos qui maximè priscarum
rerum memoriam consequuntur, hæc com-
memorant, Saturnum primum omnium
celi regnum obtinuisse. Ei in Olympia
homines eos, quod Aureum genus nun-
cupatum est, templum dedicasse: Post hæc
recens natum Iouem, Rheam matrem
Dactylis Idæis, qui Curetes alio nomi-
ne appellati sunt, commendasse: Venisse
illos postea ab Ida Cretæ monte in Eli-
dem. Fratres hos fuisse, quorum etiam
nomina produnt: Herculem, Pæoneum,
Epimeden, Iasium, & Idam. Herculem, vt
qui natu maximus erat cursus certamen
fratribus per ludum proposuisse, vist-
re inque oleastri corona donasse. Magnam
verò illos oleastri copiam habuisse: Siqui-
dem sua etiam cubilia eius arboris viri-
di fronde substernebant: Stirpem qui-
dem eam fuisse ex Hyperboreis ab Her-
cule primum deportatam. Esse Hyper-
boreos ipsos gentem supra Aquilones,

primus

L I B R . V . 551
primus certe versibus mandauit Olen Ly-
cius in hymno, quem in Achæian fecit:
Venisse Delum ex Hyperboreis Achæian. Post Olenen canticum Melanopus Cu-
mæus in Opin, & Ecargen decantauit, &
illas testatus est in Achæiam, & Delum ab
Hyperboreis venisse. Nam Aristæus
Proconensis mentionem dñntaxat Hyper-
boreorum fecit, cum plura tamen de illis
cognoscere potuerit ab Eistedonibus, ad
quos se aliquando profectum carminibus
prodidit. Author igitur ludorum Her-
cules Idæus celebratur, à quo sunt Olympi-
a appellati, & ob eam rem quinquen-
nales esse placuit, quod fratres quinque
numero fuere. Sunt qui Iouem cum Sa-
turno de imperio hoc ipso in loco collu-
statum dicunt. Alij debellatis Titanibus
ab eodem ludos instituros, quibus & alijs
vicisse narrantur, & Apollo Mercurium
cum suum certantem præuertisse, pugil
latu Martem superasse: Cuius rei causa
traditum, vt Pythiori tibiarum modi sa-
lientibus quinquerionibus præcineren-
tur, quod sacrum id carmen Apollini esset,
& ipse primus Olympicas tulisset pal-
mas. Quinquaginta verò amnis post
Deucalionis diluvium Clymenum aiunt
Cardis filium ab Idæo Hercule oriun-

M 4

dum, è Creta venientes ludos in Olympia fecisse, & cum aliis Curetibus, tum verò Herculi proauro suo aram dedicasse, & ipsum Herculem cognomento Adiutorrem appellasse. Clymenum hunc Endymion Aëthlij filius regno expulit, ac suis deinde filiis in Olympia cursus certamen de regno proposuit. Verum atque una Pelops Endymione natu minor, omnium qui ante se fuissent maximè memorabiles Olympio Ioui ludos fecit. Pelopis verò filiis ex Elide electis, & per totam Peloponnesum dissipatis, Amythaon Crethei filius, Endymionis patruelis (fuisse enim Aëthlium quoque Aeoli, cui Ioui cognomen, filium dicunt) Olympia instaurauit. Post hos, eisdem ludos nouarunt Pelops, & Pelias communi consilio. Augeas præterea, & Hercules Amphitryonis filius Elide capti: Coronam is quidem Iolao primum detulit, cui equas ab Hercule mutuatus in cursu cæteros anteierat. Et sane antiquitus traditum fuit alienas equas ad certamen mutuari: Siquidem Homerus in funebris Patrocli ludis Menelaum facit Agamemnonis Oethavsum, altera verò sua ipsius. Herculis certe auriga fuit Iolaus, atque hic quidem curru, Iasius verò Arcas desultorio equo vicit.

vicit. Ex Tyndarei filiis cursu alij, Pollux cæstibus. Ipsum etiam Herculem fama vulgatum est de lucta, & pancratio corotatum. Post Oxylum: nam & hic ludos fecit, Olympia intermissa sunt usque ad Iphitum. Illa verò, instaurante Iphito, prosrus iam veterum ludorum obsoleuerat memoria. Quare singulos, ut in eorum forte memoriam redissent, ad eos quos ante celebrassent addebat. Id ex eo maximè perspicuum est, quod quantum continuatas Olympiades hominum memoria consequi potest, cursus primum certamen, in quo vincit Eleus Corcebus, relatum est. Neque tamen illa Corcebi in Olympia statua extat: Permanet eius sepulchrum in Eleorum finibus. Olympiade verò quartadecima additus est duplicati stadij cursus, è quo, accepta ex oleastro corona, viator discessit Hyperus Pisæus, Acanthus ea quæ cōsecuta est Olympiade. At decimaoctaua, quæ iam exoleuerant certamina quinquertij, & luctæ, restituta sunt: Quinquertij Lampidi, luctæ præmium Eurybato vtrique Lacedæmonio obtigit. Tertiâ dehinc & vicefima Olympiade, cæstuum Judicrum reuocatum, viator extitit Onomastus Smyrnaeus, cum iam tum ad Ionum concilium

Smyrna accessisset. Quinta supra vicesima integra etate equorum cursus introductus, curru vicit Thebanus Pagondas. Octaua secundum hanc Olympiade qui toto corpore certaret (Pancratiam vocant) & desultorius equus in curriculum rediere. Anteuerit omnes Creusidæ equa Crannonia. Euerit in Pancratio aduersarios Lygdamis Syracusanus: Huius Syracusis prope Latomias monimentum extat. Nunquid is corporis magnitudine par fuerit Herculi Thebano, compertum omnino non habeo: A Syracusanis certe ipsis ita traditum est. Puerorum vero certamina nullo veteris memoria exemplo, arbitratu suo instituerunt Elei. Ac primum quidem de cursu, & lucta, seprima & tricesima Olympiade, pueris proposita premia. Luctæ Hipostenes Lacedæmonius, cursus palmam accepit Eleus Polynices. At prima, & quadragesima Olympiade pueros incastuum pugna commiserunt. Competitores superauit Sybaritanus Philetas: iam vero grauioris armature peditum cursoris in stadium cum plausu receptus est, quinta & sexagesima Olympiade: Idonea visa est ad res bellicas exercitatio. Qui cum scutis decurserunt, eos primus vicit Demaratus Heræensis. Biugorum in-

regra etate equorum (Synoridem vocant) quasi Bigas dixeris, cursus in curriculum receptus, Olympiade tertia & nonagesima, vicit Euagoras Eleus. Undecimtesima vero Olympiade iunctis ad currum pullis certatum est: Coronam cepit Sybariades Lacedæmonius. Receptæ deinde pullorum bigæ, & pullus item desultorius: Bigarum palmam Belistiche foemina è maritima Macedoniæ ora, desultorij Lycius Tlepolemus abstulit. Hic tricesima prima supra centesimam Olympiade, illa ante hac tertia. Posthac Olympiade centesima & quadragesima quinta, puerile institutum pancratium, in quo vicit Phedimus Aeolensis ex vrbe Troade: Id ipsum tamen ludicum ab Eleis repudiatum est, quod eadem referri non placuit. Nam & puerorum itidem quinquertium trigesima octaua Olympiade usurpatum, de quo palmam Eutelidas Lacedæmonius tulerat: Ita reiectum est, ut postero dein tempore nullos admiserint pueros quinqueriones. Cumque in curriculum recepissent Olympiade septuagesima rhegam: carpentum vero, ea, quæ consecuta est quarta & octogesima: vtrunque vehiculum in posterum omne tempus exclusum est. Et primo quidem rhegæ certami

556 PAVS. ELIA. PRIOR, SIVE
 tamine Thersius Thessalus, carpenti Patra-
 cus Achaeus ex vībe Dyme vīctor extitit.
 Ad carpentum iungebantur equa dossua-
 riæ, è quibus in extremo curriculo desili-
 tes seffores prehensis manu frænis ad me-
 tam cursitabant, qui mos ætate mea seru-
 tur ab iis, qui Anabatae, appellantur. Inter
 rhedarum, & carpentorum aurigas tan-
 tum interest, quod bis alia sunt insignia,
 & masculos equos agitant. Rhedam tra-
 hebant muli iugales bini, inuenio neque
 prisco, neque eleganti: & alioqui antiqui-
 tus inter portenta Eleis muli fuerunt, at-
 que adeo vt animal id intra fines alt reli-
 gio esset. Ludorum ætate mea hic prope
 modum ordo est: Mactatis deo victimis,
 quinquertij primū & cursus, deinde equo-
 rum certamina committuntur: Atque ita
 est septima, & septuagesima Olympiade
 institutum. Nam ante eadem die, & equi,
 & homines inducebantur. Pancratiastæ
 tunc sub noctem prodibat, neque enim sa-
 tis mature poterant accersiri, cù dies equi-
 riis, & quinquertio consumeretur. De Pan-
 cratiastis illa Olympiade palmam tulit A-
 theniensis Callias. Sed in posterum cau-
 tum est, ne aut quinquertium, aut equiria
 Pancratio impedimento essent. In ludo-
 rum prefectus à maiorum more ætatis no-

stræ institutum variauit. Iphitus enim so-
 lus à se editis ludi præfuit. Idemque ab
 omnibus Oxyli posteris est obseruatum.
 Quinquagesima Olympiade Duumuiris
 ex ipsa Eleorū ciuitate sorte ductis Olympi-
 aiorum cura mandata est: Atque ille qui-
 dem binorum designatorum numerus ad
 multos post annos seruatus est. Quinta
 post & vicesima Olympiade iudices nouem (Hellanodicas vocabant) creati. Eorum
 tres de quorū cursu, totidein de quin-
 quertio, de cæteris reliqui certaminibus
 cognoscabant. Secunda deinceps Olympiade
 designator decimus additus. At cer-
 te supra centesimam in tribus duodecim
 Elei descripti sunt. Ac deinde tribus singu-
 lum suum dedere ludorum cognitorem.
 Affliti post hæc Arcadum bello, & agri
 parte mulctari, curiis omnibus amissis,
 quæ finibus iis continebantur, qui in ho-
 stium deditioinem venerant, in tribus octo
 contracti sunt, quarta & centesima Olympiade.
 Eo factum, vt Hellanodicæ totidem
 legerentur. Octaua postremo quæ supra
 centesimam fuit, pristinus est Aedilium de
 cem numerus usurpatus: Idemque ad no-
 stram ætatem permanxit. Multa sanc habet
 Græcia, quæ vel spectentur vel audiuntur
 cum admiratione. Sed omnium acutatis
 simile,

558 P A V S . E L I A . P R I O R , S I V E
simè, diuinitus religione imbutis animis
Eleusinia initia, & Olympici ludi celebrā-
tur. Iouis lucum mutato nomine Altin an-
tiquitus vocant. Et sanè Pindarus qui in
iis versibus, quos in quendam fecit Olympi-
orum victorem, Altin appellauit. Tem-
plum, & signum Ioui de manubiis Eleidi-
carunt, Pistri, aliisque finitimis populis,
qui cū illis defecerāt, bello superatis, ac Pi-
sa ipsa direpta. Simulachrū à Phidias factū
inscriptio ad Iouis pedes posita testatur:
Phidias Charmidæ filius Atheniensis me
fecit. Templi ipsius Dorica exædificatio
est. Ambitus exterior dispositas in orbem
columnas ostentat. Parietes è vernaculo
lapide structi sunt. Surgit in altitudinem
ab ima arca ad aquilas, quæ tecti fastigium
sustineat pedes octo, & sexaginta: Patet in
latitudinem nonagintaquinque. Excudit
longitude ad ducentesimū ac trigesimum.
Architectis operi præfuit Libon homo in
digena. Tectum est non coctili imbrice,
sed cæso ad tegulæ formam è lapidicinis
Pentelicis marmore. Inuentum hoc Byza-
Naxio tribuunt. cuius statuas Naxi esse di-
cunt cum hac inscriptione.

Naxi hec Latoidæ fecit scleritia Byze,

Cui primum sc̄lēta est terula de lapide.

Viguisse Byzen hunc illis tēporibus pro-
ditum

dituna est, quibus in Lydia Alyattes Astyagis Cyazare filius regnauit in Medis. Emi-
neost in extremis tecti finibus inaurati le-
betes. In medio fastigij apice inaurata
item Victoria. Infra Victoria signum fi-
xus est aureus Clypeus, in quo Medusa
Gergon calcata est. Clypei inscriptio &
qui dedicarint, & qua de causa, declarat
his versibus.

*Ex auro phialem capta posuere Tanagra
Inuerat hec bello quod Lacedæmonios,
Cecropide Argiuq; duces, & Ionica proles
Victores partis despolijs decimam.*

Huius ego pugnæ mentionem feci in hi-
storia de rebus Atticis Atheniensium per-
sequens monumenta. In exteriore templi
parte ad Goronam, quæ supra columnas
ædem incingit, clypei affixi sunt inaurati
viginti &, vnum à Romano exercitu, impe-
ratore Mummio dedicati, confecto Achai-
co bello, & pulsis extra suos fines Corin-
thiis, qui Dorici nominis fuere. Sub ipsis
templi lacunaribus in antica parte signa
sunt, apparatum currulis certaminis inter
Pelopein, & Oenomaum testantia. Signo
Iouis medius imminet lacunaris vertex,
ad eius dexterā galea armatus Oenomaus
positus est. Assistit ei vxor Sterope, vna de
Atlantis filiarum numero. Sedet ante cur-
sum

560 PAVS. ELIA. PRIOR, SIVE
rūn & equos Mytilus Oenomai auriga.
Ipsi quidem equi quatuor sunt. Mytilo
proximi viri duo, quibus non sunt adseri-
pta nomina, sed & illis videri potest ab
Oenomao demandata equoru curatio. In
extremo lacunari Cladei amnis effigies
cernitur. Huic Elei secundū Alpheum pr
cipuos habent honores. Ad Louis lāvam
expresi sunt Pelops, & Hippodamia Pelo
pis auriga, equi, ac viri duo, & ipsi Pelopis
equisones. Hic se laqueat in angustum fa
stigium contrahit: Ea in parte Alphei si
gnum est. Hominem eū, quo auriga vñs
est Pelops, Troēzenij Sphærum nomine
prodidere. Interpres Olympicarū rerum
Cillam appellatum aiebat: Habet lacuna
ris antica pars, Pæonij prolem è Mendaci
uitate Thraciæ. Postica Alcamenem atate
sua signorum opificio vno tantum inferio
rem. In ipsa testudine Lapithæ cū centau
ris in Pirithoi nuptiis pugnant. In media
lacunaris parte est Pirithous. Prope Eury
dition Piritoi sponsam rapiens contra pa
gnante Cæneo. Altera ex parte Theseus
bipenni centauros obtruncans. E centau
ris verò virginem alias pubescētem, alias
puerum rapit. Fecit hæc, opinor Alcamedes,
quod ex Homeri versibus didicerat
Louis Pirithoum filiu fuisse. Ac Theseum
sciebat

sciebat generis ordine quartum esse à Pe
lopé. In eodem templo nonnulla ex Her
culis ærumnis elaboratae sunt. Supra fores
enim Erymantij apri venatio est, & quæ
de Thrace Diomede tradita sunt. Ad hæc
Herculis eiusdem in Erythean Insulam
contra Gerionem expeditio. Idem etiam
Hercules Atlantis onus vicaria opera subi
turus cernitur. Præterea & Eleorum agrū,
fimo amoto de Augeæ stabulo, purgat. At
supra postici fores Amazoni Balteum eri
pit. Iam verò quæ de ceruo, & Gnossio tau
ro commemorantur: Quæ item de hydra
Lernæa, déque Stymphaliis volucribus, &
Nemeo leone, ibidem expressa sunt. Iam
per æneas fores ingressis, est ad dexteram
ante columnam Iphitus ab vxore Ecechi
ria coronam accipiens: Nomina elegi indi
cant. Erectæ sunt in templi parte interio
re columnæ, quæ sublimes à terra susti
nent porticus, per quas ad Louis signum
aditus patet. Attollit & inde se cochlea,
per quam ad templi culmen scanditur. Se
det in folio deus ex auro, & ebore factus.
Corona capiti imposta est, ad oleaginæ
frondis imaginem. Dextera Victoriæ, &
ipsam ex ebore, & auro præfert, cum tæ
nia, & corona Læua sceptrū tenet affabré
exploitum, & omnium metallorum varie
tatem.

562 P A V S . E L I A . P R I O R , S I V E
tate distinctum. Quæ aus sceptro incum-
bit aquila est. Aurei sunt deo calcei, pal-
lium item aureum. In eo cum diuersa ani-
malia, tum ex omnibus florum generibus
lilia in primis cælata sunt. Solium ipsum
auro, & preciosis pæfultet lapidibus: Ne
que in eo vel ebenum, vel ebur desidera-
tur. Animalium verò formis intercurren-
te pictura exornatur: Signa etiam in eo
eminent Victoriae quatuor saltantium spe-
cie ad singulos sellæ pedes. Duæ icidem ad
pedum calcem sunt. Ac prioribus quidem
pedibus insistunt Thebanorum pueri à
Sphingibus rapti. Infra Sphinges Nio-
bem cum filiis Apollo, & Diana Sagittis
configunt. Inter pedes discurrunt regula-
mutua illos compage iungentes. In ea
quæ in fronte regula est, septem se adhuc
ostendunt sigilla: Nam eorum octauum
quæ causa aboleuerit ignoratur. Sunt au-
tem illa, priscorum inter viros certami-
num simulachra. Nondum enim qua Phi-
dias viguit ætate, puerorum instituta fue-
rant ludicra. Quem verò tænia redimi-
tum videas, eū ex ipsa corporis specie Pan-
tarcem esse suspicantur, Eleunz puerum,
amore Phidix deuinctum. Eodem fuit no-
mine qui in lucta puerorum palmam est
adeptus, Olympiade sexta supra octoge-
simam.

L I B R V . 563
simam. In aliis regulis extas Herculis co-
mitatus aduersus Amazonas, in eo est etiā
Theseus. Non soli autem pedes solium
fulciunt, sed mediæ etiam inter binos pe-
des, pedibus magnitudine pares columnæ.
Quod si penetrari subter posset, ut Amy-
clis intra Apollinis solium, interiora item
opera persequi non essemus grauati. Sed
quominus propius accedant spectatores,
sepimentis quibusdā in parietū modum
extructis solium intercluditur: Eorum se-
pimentorum pars, quæ ex aduerso ianuæ
est, coruleo tantum oblita est, latera reli-
qua Panæni picturas habent: Inter eas At-
das est cœlum, ac terram sustinens: Assitit
Hercules iam prope illum onere leuatu-
rus, Cernitur etiā Theseus cum Pirithoo.
Veteris præterea Græciæ & Salaminis ima-
gines: Hæc nauium rostra manibus pæse-
fert. Hercules cum leone Nemeo certa-
men. Aiakis in Cassandram contumelia.
Tum Hippodamea Oenomai filia, cū ma-
tre. Vinculis distractus Prometheus, & eū
intuens Hercules. Traditum enim est hoc
etiam nègotij Herculem habuisse, quod
Prometheum, aquila, quæ illū male mul-
tabat, interempta, è vinculis exemerit: po-
strema in pictura sunt Penthesilea ani-
mam agens, cam sustinente Achille. Et

Hesperides dux mala ferunt, quæ ipsarum dicuntur fuisse commissa custodiæ. Panænus quidem hic Phidiae frater fuit, qui Atheniensibus etiam in Poecile Marathoniæ pugnam pñxerit. In solij puteali, supra simulachri caput, fecit Phidas Gratias vna ex parte tris, totidem Horas ex altera. Nam & has Iouis esse filias poëtarum carminibus proditum. Horas certe Homerus in Iliade nominauit, cœlique illis dixit, quasi regia domus excubiis, custodiam attributam. In basi ea, quæ pedibus subest, Ὑπάρχει Attici appellant, pedium quasi fulcra dixeris, leones aurei, & contra Amazones Thesei pugna cælata est. Fuit hac nempe prima pugna contra exteras gentes suscepta, quæ Atheniensium nomen nobilitauit. In eo verò scamillo, qui universam signi molem sustinet, alia quædam sunt superuacanei operis quasi emblemata ex auro. In currum ascendunt Sol, Iupiter, & Iuno. Præsto est Gratia: Eam Mercurius amplectitur. Mercurium Vesta, Continenti fere spacio Cupido Venerem è mari emergentem excipit, cui Suada coronam defert. Adsumt Apollo, Diana, Minerua, Hercules. In ima basi cernuntur Amphitrite, & Neptunus.

565
nus. Equum Diana, ut mihi videtur, ad cursum' incitat. Et si iumentis ferunt, non equis deam vehi, futili quadam de mulo fabula vulgata: Et Olympiæ quidem Iouis signum, quæm alte latèque pateat, linearum descriptionibus qui demonstrare contulerint, cum sciam non defuisse, eorum mihi certe parum est in metiendo probata solertia: Est enim ea tota dimensio inferior multo prope aspicientium opinionem. Tradunt certe ipsius Dei autoritate Phidiæ artem comprobata: Nam cum expolito iam opere Iouem orasset, significationem ut sibi aliquam daret, nunquid illud ipsi acceptum esset & gratum opus, eam paumenti partem de cælo tactam me morant, quo loco vrna ætate mea ex ære (quod loci esset insigne) posita est. Et à signi quidem fronte paumentum nigro marmore constratum est, prominente in orbem è pario lapide puluinato quasi limbo ad oleum scilicet sistendum, quo perfusum ab aquosì iniuria soli ebur defenditur. Est enim Altis in Olympia maximè palustris locus. At contra in Atheniensium arce, eminēti scilicet, & saxoso loco, ebur, è qua materia factum est Mineruæ signum, quæm ipsi Virginem vocant, non oleo, sed aquæ aspersu à siccioris loci incômodis

vindicatur. Epidauri certe cum percuntrarer, cur neque oleum, neque aqua esset adhibita ad arcendam ab Aesculapij signo noxam, docuerunt me æditui, solium, cui signum insideret, puteo imminere. Quod ad ebur vero pertinet, si qui hominum, sanas illas esse è belluarum ore exertas, non cornua existimant, ab alce illi Gallica fe-
ra, & tauris Aethiopicis specimen capiant. Alce enim, qui mares sunt (nam foeminas nulla omnino prodeunt cornua) è superciliis, Aethiopici tauri è naribus cornua extrudunt. Quis igitur in magno ponat miraculo, esse animal, cuius ex ore erumpant cornua? Argumento & illud esse facile potest illam eboris molem cornua esse, quod bestiae sunt quæ certo, ratoque temporis ambitu cornua abiiciant, rursusque illa quoties amiserint reponant. Hoc ceruis, capreis, & item elephatis accidit. Dens certe animalium nulli iam adulto cum semel decidit renascitur: Quare si dentes essent, & non cornua, quæ naturæ vis ut renascerentur efficere potuissent? Ad hanc dentes igni domari nequeunt: At boum, & elephantorum cornua sic igni emollientur, ut vel ex tereti planam, vel aliam quamvis accipient figuram. Quid? quod ex inferiore mandibula fluviales

equi,

equi, & apri faunas exerunt? In elephantis vero cum à superiori id, quod dentes multi esse putarunt, descendat maxilla, me authore dubitarit nemo cornua illa esse, quæ à temporibus orta, per os extorsum resupinata se efferant. Hæc ego non auribus, sed ipsis accepta oculis scribo. Elephati caluam conspicatus, in Diana, quod tem-
plum in Campania nobile, à Capua, quæ regionis totius caput est, abest stadia ferme triginta. Est igitur longe alia quæ ceteris quadrupedibus Elephanto cor-
num eruptio, sicuti ei & corporis vastitas, & reliqua forma valde est à reliquo bel-
luarum genere diversa. Quæ verò Graci splendidi, & magnifici, ac minimè omniū parci in colendis dis fuerint, magno illud documento est, quod ex India, & ab Aethiopibus ebur ad signa deorum facien-
da aduehendum curarint. Et in Olympij quidem templo laneum velum cum textili Afryctorum opere, tum Phœnicum pur-
pura luculentum dedicauit rex Antiochus. Eiusdem donum fuit Aegis aurea,
quæ Athenis in Theatri fastigio inter cæ-
tera dona locata est. Velum nou quo more fit in Diana Ephesiæ templo subter lacunar sursum attollitur, sed ad Pauimentum
usque funibus suspensum demittitur. In

ter ea verò donaria, quæ in atrio templi posita sunt, extat solium Arimni Etruscorum regis, qui primus exterorū donum Olympio Ioui misit: Tum ænei equi quos Cynica dicauit Olympicæ victoriae monimentum, veris illos quidem equis magnitudine inferiores: Locati sunt in primo aditu ingredientibus ad dexteram. Aeneus item tripos ibidem est super quo victoriis priusquam mensa erigeretur coronæ proponebantur. Romanis verò imperatoribus statuas è pario lapide, Adriano vrbes Achaici conuentus, Traiano yniuersi Graci erexerunt. Hic imperio P. R. Getas, qui supra Thracas sunt, adiunxit, & cum Osroë Arsacis nepote Parthorum regē bellum gessit. Operibus præterea quam plurimis vrbe exornauit, quorum cæteris magnificentia præstant thermæ, quæ ab ipso nomen acceperunt, & magno extrectum ambitu amphitheatum: ad hæc Hippodromus non breuiore stadiūm duūm spacio: Tum forum & reliquo ornatu insigne, & maximè ære exornato lacunari. Inter cætera verð eius fori insignia teretibus insitunt scamilis statuæ duæ, ex electro vna Augusti Cæsaris: altera ex ebo re Nicomedis Bithyniæ regis: De cuius nomine vrbs Bithyniæ maxima appellata est,

est, cum ante Astaco nuncuparetur. Condita ea quidem dicitur à Zypcete homine Thrace, quantum ex ipsa nominis voce coniici possit. Electrū quidem, ex qua materia statuam Augusto fecerunt, in Padi fluminis arenis rarum omnino repertu est: Id qui naucti fuerint non temerè magni æstimant. Est alioqui electrum aliud nihil quam argento permistum in metallis aurum. Sed ad ea unde huc excurrimus revertamur. Sunt in Olympij fano quas Nero donauit coronæ, earum quæ est ordine tertia oleastri, quarta quercus frondem imitatur. Positi item clypei sunt x x v. ænei, cum quibus decurrent qui armati in curriculum descendunt. Erectæ verò sunt & alia pilæ & ea inter cæteras, in qua fœdus testatum est, quod in annos c. Athenienses: Argui, & Mantinenses fecere. Intra Altin est Pelopi multa regione consecrata area, Pelopion appellant. Præceteris enim heroibus tam colitur apud Eleos Pelops, quam Iupiter præ cunctis dis. Est igitur ad dexteram qua patet ad templum aditus ab Aquilone, Pelopium, eo spacio interiecto, vt in eo & statuæ, & alia ornamenta ponи potuerint: Porrigitur autem à media ad posticam templi partem, circunuallante maceria. Tota area, &

570 PAVS. ELIA. PRIOR, SIVE
arboribus conuestita, & signis paſſim eſt
coſpiciua. Ingressus ad eam eſt à Solis ocaſu. Eum Soli campum dedicasse Pelopis
Herculem Amphitryonis filium ferunt:
Quartum enim à Peſope posteritatis gra-
duum tenuit. Idem etiam Hercules Pelopis
dicitur ad eam ſcrobem ſacrum feciſſe, ad
quam ætate etiam noſtra magiſtratus ni-
gro ariete faciunt: Ac de ea quidem viſti-
ma vati portio nulla tribuitur. Collum
tantum more majorum, ſignatori datur,
ſic enim appellatur ynus de Iouis famula-
tu, cui negocium mandatum eſt, vt certo
precio ligna ad ſacrorum vſum, vel publi-
cè ciuitatibus, vel priuatim cuiuſi homini
ſuppeditet: Sunt autem non ex alia arbore
ligna ea quām de alba populo. Quod si
quis ſive Eleus, ſive hospes fuerit, carnes
ex ea viſtima comedereit, ei templum Io-
uis introire nefas eſt. Idem obſeruatur
ad Pergamum, quod ſupra Caicu m eſt: Nā
qui Telepho immolarunt, religio eſt illis
ante in Aesculapij ascendere, quām corpus
abluerint. Sed quod ad Pelopem attinet,
memorię proditum eſt cū Troianum bellū
duceretur, moniſſe vates non antē expu-
gnari Ilium poſſe, quām Gr̄ci Herculis fa-
gittas, & de Pelopis oſſibus vnum compor-
tari curaſſent. Quare & Philocteten tunc

571 LIBER V.
in caſtra accerſitum, & Pisa ſcoptulum
opertum Pelopis deportatum. Redeun-
tibus verò Gr̄cis ad Eubœan, nauim eam,
in quam Pelopis illud os fuerat imposi-
tum, naufragio periſſe: Multis deinde an-
nis post Ilium exciſum, Eretrienſem pife-
torem Demarmenū iacto euerriculo ē
mari os extraxiſſe: Miratum magnitudi-
nem in arenis id adnotato loco abdiſſe.
Veniffe eundem Delphos ſciturum cuiuſi
nam eſſet os, & ad quem vſum illud à ſe
conſeruari oporteret. Tunc etiā fatto quo-
dam aderant quos Elei conſultum miſe-
rant quæ foret depellendæ pestilentiae ra-
tio. Atque his quidem reſponſum eſt, vt
Pelopis oſſa requirerent: Demarmeno ve-
rò, vt quæ reperiſſet Elei reſtitueret. Hoc
ille cum feciſſet, & alia accepit ab Eleis
munera, & ei, eiūſque posteris cuſtodia oſ-
ſi demandata eſt. Scoptulum opertum Pe-
lopis ætate mea iam euauerat. Ideo acci-
diſſe, opinor, quod cum alte defoſſum fuif-
ſet, cum vetuſtate, tum aquæ marinæ illu-
uię extabuit. Et in Gr̄ciā quidem Tan-
talum, & Pelopem Coloniam deduxiſſe
certa adhuc extant indicia. Portus qui
Tantali dicitur, & eiusdem ſepulchrum.
Pelopis in Sipili montis vertice viſiſtur fo-
lium, ſupra eum locum ubi Plaſtenes
matris

matris facium est. Nam verò ultra Hermum fluum ad Temnum oppidum. Veneris signum spectatur è vidente à radice sua myrto, quod faciendum curasse Pelopem ferunt, cum ut deam coleret, tum verò ut Hippodamea nuptiarum se compotem faceret. Olympij quidem Iouis ara pari interuersa à Pelopio, & Iunonis æde distat: ante utriusque frontem sita: Erectam multi tradiderunt ab ipso Hercule, alij ab indigenis heroibus duabus ipsis æstatibus post Herculem: Congesta illa est è cinere collecto ex adustis victimarum fæmori- bus: Talis & Pergami ara est, talis Samiae Iunonis: nihilo illa quidem ornatior quam in Attica, quos Rudes appellant foscos. Ara Olympiae ima crepido, quam ~~ægipio~~ appellant, quasi primam sacrorum stationem dicas, ambitum peragit pedum centum, & amplius quinque & viginti: Graduum singulorum supra crepidinem ambitus pedes explet binos ac tricenos: Vniuersa aræ altitudo pedes conficit duos prope & viginti. Ducuntur hostiaæ ad imæ crepidinis stationem, ibi eas patrio mo- re mastant: femora in summa ara adolent. Et ad stationem quidem ab utro- que latere per lapideos, ad aræ altissi- mam sedem per cinericios gradus scan- ditur.

ditur. Et ad stationem quidem usque, tam virgines, quam mulieres, quas in Olympiam venire nulla prohibeat religio, possunt ascendere, longius progre- di solis viris fas est. Ioui sanè rem diuinam vulgo faciunt, exteri homines qui volunt, ad eam aram, etiam aliis quam nundinarum temporibus. Elei sacrorum diem nullum intermittunt.

Stato autem die quotannis Februarij mensis nono supra decimum aruspices ci- nerem ex Prytaneo deportant, eoque aqua ex Alpheo amne diluto, aram Iouis oblinunt: Religione sanctum est cinerem sola Alphæi aqua dilui, atque ex eo tan- tum luto aræ tectorum superinduci. Eam ob rem Alpheus fluminorū omnium Ioui maximè amicus creditur. Est Dydimis (Milesiorum ea ciuitas est) ara, quam à Thebano Hercule luto subæsto victimarum sanguine extructam Milesij tradant. Non fuit ea tamen victimarum in sequen- tibus temporibus copia, ut ara magnope- re potuerit eminere. Sed quod ad Olympiae aram attinet, illud magno miraculo ducitur, quod miluij, & si auium hoc genus insigni est rapacitate, sacra tamen in Olympia facientibus infensi non sunt. Quod si forte extra, vel visce- rum

rum partem ullam appetient, dira portendi immolanti creditur. Proditū etiam est Herculem Alcmenæ filium Ioui porridentē cum muscas abigere non posset, vel quod ei tuac primum in mentem venerit, vel quod tralatitium fuerit, Abactori, muscarum ~~ἀπορύνω~~ Elei appellant, hostiam mactasse: cum perlitatum esset omnes repente muscas trans Alpheum euolasse.

Inde seruatum ab Eleis, ut ad abigendas ex Olympia muscas idem sacrum usurparentur. Ex alba vero dūntaxat populo, neque ex alia arbore, ad vstus sacerorum ligna cædi patrius est Eleis ritus. Credo hunc honorem huic arbori præcipue habitum, quod eam Hercules ē The-sprotide primus in Græciam attulit: Sed ipsum etiam arbitror Herculem, Ioui cum sacra fecit, non aliis quam ex alba populo lignis victimarum fœmora cremassε. Eam verò arborem Hercules in The-sprotide propter amnem Acherontem reperit: Huc respexit Homerum putat, cum Acheroidem populum appellauit.

Varia autem semper natura fuerunt, & nunc sunt annes diuersi, ad gignenda herbarum, & stirpium varia genera. Mæandri ripæ myricas feliciter alunt: Asopus in Boottia insigni magnitudine iunctum educat.

cat. Arbor persea sola gaudet Nili aqua. Nihil igitur mirum, si ad Acherontem enata primum est alba populus: ad Alpheum oleaster. Populus verò nigra Padi & Galliae alumna est. Age verò cum circa aram maximam iam fatis immorati sumus, alias item aras oratione persequamur: Ut simul doceamus quibus dis & quo ordine more maiorum illic sacra fiant. Vestæ primum diuinam rem peragunt: Secundo loco ipsi Olympio Ioui: Intimæ hæ sunt faci aræ: Tum ad aram eandem tertium in sacris locum habet Mercurius: Quartum ad aram stam Minerua: Diana quintum: Sextum Ergane. Huic deæ Phidie posteri, quibus publicè negotium datum est, ut Iouis signum ab aduentitiis purgatum sordibus, & detersum præstent (phædryntæ ex eo, quasi purgatores, aut illuminatores nuncupati) priusquam ad opus a greediantur, sacra faciunt. Est alia Minerue prope templum Dianæ, etiam quadrangularia forma in sublime sensim fastigium ascensdens: Sed præter eas aras, quas recensimus, Alpheo, & Dianæ ad eandem aram faciunt. Eius rei causam Pindarus in cantico quadam, & nos in Lætrimaorum historia exposuimus. Ab hac non longe, alia erecta est Alpheo ara, prope quam Vulc

Vulcano sua item ara, posita est. Sed hanc multi ex Eleis Arei, idest Martij Iouis nominant. A iunt autem Oenomaum quoties filia procius currule certamen proponeret, Areo Ioui rem diuinam facere solitum. Post has Herculi ara dicata est cognomine Parastatae, hoc perinde est, quasi statori dicas. Eius etiam fratribus Epimedi, Idæ, Paonœ, & Iaso. Idæ aram ab aliis non ignoro Aceside appellatam. Quo verò loco area est Oenomai domus, duę extant Iouis arę, quarum vnam Herceo ipse Oenomaus dedicauit: Ceraunio alteram post Oenomaum positam coniicio, cum eius domus de celo tacta coflagrasset. Ac de maxima quidem ara, quę dici opus fuit, paulo superius à me dicta sunt: Vocatur ea sanè Iouis Olympij. Adiacet ei ignoritorum deorum ara. Post eam Catharsi, idest piacularis Iouis, & Victorie: Exinde Iouis, cui cognomen terrestri: tum verò Deorum omnium, & Iunonis cognomento Olympi: Hęc itidem è cineris con gestu extructa est: A Clymeno dedicatam tradunt. Succedit communis Apollinis, & Mercurij: Ob eam pręcipue causam, quod Iyrę inuentum Mercurio, cithare Apollini Gręcorum sermo attribuit. Consequuntur Concordię, Mineruę, Matris

Matris deūm arę. Proximè ad eum adiūtū, qua est ad stadiū accessus, arę duę sunt: Earum alterā Mercurij Enagonij, quod est quasi Athletici dicas: Opportuni alter, qui nāpīs Gręco nomine est, nuncupant. In hunc ab Ione Chio factum hymnum scio, in quo illius natales memorans Saturni filiorum natu minimum esse dicit. Non procul à Sicyoniorum thesauro Curretum, siue Alcmenae Herculis matris, nam vtrunque anceps fama celebrat, ara est. Etqua parte Terræ ædes est, Gæon ipsi vocant, Telluris ara è cineris ipsa etiam aggere. Iam tum priscis temporibus fuisse illud Telluris oraculum fama prodidit. Ante locum verò eum, quod nominant Stomium, ac si hostium dicant, aram Themis habet. Ac Ioui Catæbatæ, quem nos non alieno fortasse nomine Elicium dicere possimus, quę dicata ara est, maceria ambitur. Et modico à maxima ara cineritia interuallo distat. Illud monendi sunt quicunque hęc legerint, aras, me, nō quo sita sunt ordine enumerasse, sed per eas ita me stylo vagarum, uti ad earum quamque, vel prius, vel posterius Elei sacra faciunt. Pelopis arę adiuncta est Liberi patris, & Gratiarum communis. Dehinc duę Musis vna, altera Nymphis po-

sitæ. Extra Altin ædes quædam sunt, quæ Phidiae officina nuncupatur: in illis ædibus Phidias operis partes est fabricatus. Et in iisdem ara est diis omnibus communis, in cōspectu redeuntibus intra Altin è regione Leonidæi. Est autem Leonidæum ædes à Leonida indigena homine dicata extra fani ambitum. Prope eum ad Altin aditum, per quem vnum è multis pompa sacrorum traducitur, & ex eo Sacra via est appellata: Aetate verò mea diuersorum fuit Romanorum magistratus. Inter Sacram viam, & Leonidæum, vnitæ media est Agyia, hoc enim nomine, angiportum, quem Attici Stenopon, vocant. Ultra Leonidæum cum ad lauam flexeris, ad Veneris aram primum, deinde ad Horarum accedes: Vbi posticum templi est, ad dexteram oleaster se ostendit, quem Callistphanum appellant, quæ Coronarium dicas. Ex ea enim arbore solenne est victoribus coronam decerpere. Proxima oleastro est Nymphis sacra ara, eas Nymphas Callistphanos & ipsas nuncupant. Est sanè intra Altin ara forensis Dianæ ad Leonidæi dexteram. Habent & deæ, quas Dominas vocant, aram suam. Dominam certè quam deorum nominent Græci, in rerum Arcadicarum

rum commentario docebimus. Adiuncta est Louis Forensis, & ante locum eum, quam Proedriæ, hoc est Sessionem honorationem appellant, Pythij Apollinis, & ab eo non longe Liberi patris ara: Hanc neque multis antè æratibus positam, & à plebeis hominibus dedicatam ferunt. In ea qua ad equorum carceres via dicit, ara est cum inscriptione Mœragetæ, quod est parcarum ducis, esse illud Louis cognomen dubitari non debet: Vntus enim ipse parcas in potestate habet, solisque quid sit, vel non sit homini fato præscriptum nouit. Adiuncta est Parcaru ara oblonga figura: Et post eam Mercurij, & inde Louis, cui cognomen Altissimo, aras duæ: Intra ipsos carceres sub diuo aræ se ostendunt equestris Neptuni, & equestris Juno. adhæret pilæ Castorum ara, & in primo aditus ingressu, quod rostrum vocant, Marris equestris, & equestris Mineruæ. Iam verò intra rostrum ingressis est Bonæ Fortunæ ara: Panos deinde, & Veneris: In recessu nimpharum, quas Acmenas, idest Vegetas nuncupant. A porticu verò ea, quam Elei de nomine architecti vocant Agapiti porticum, inde redeuntibus ad dexteram Dianæ se ara monstrat. Et Altin per Sacram viam intrantibus secundum

Iunonium sunt Cladæ amnis, & Diana aræ, tum Apollinis post eas, quarta Diana Coccocæ (hoc enim est deæ cognomen) quinta Apollinis Thermij. Quid hoc sibi cognominis velit, non est difficile coniectura consequi, cum eandem vocem Attica etiam lingua usurpet. Quemobrem verò Coccocam Dianam appellat, nunquam adhuc ut discerem vsu mihi euenit. Hoc loco ædes est ante ædificium illud, quod Theccaleonem nominant. In eius èdis angulo Panos ara dicata. Prytanœum curiam scilicet suam habent Elei intra Altin, prope ipsum exitum, qui est ultra gymnasium illud, in quo sunt Athletarum curricula, & palestræ. In Prytanœi vestibulo est agrestis Diana ara. At in ipso Prytanœo, cum cellam præterioris, vbi focum habent, ad primi ingressus dexteram Panos aram videas: Focus ille è cinere substructus perpetuo igni tam interdiu, quam nocte adoleatur. Solemne est transportari ab hoc foco cinerem ad Olympij aram, quam suo loco è cinere congestam diximus, neque illa aliunde magis in altitudinē proficit. Et ad earum, quas ante enumerauimus, ararum singulas quolibet mense Elei sacra faciunt, prisco parentum ritu, thura & melle subactum triticum adolescentes: Et aras quidem

oleagina fronde velant: Vino in libando vtuntur. Solis enim Nymphis, & ex omnidearum numero iis, quas Dominas appellant, ad communem etiam Deorum omnium aram vino libare religione prohibentur. Sacrorum ceremoniis vt quæque in singulorum mensium statos inciderint dies ritè peragendis præsunt, ædituus, augures, feiales, interpres, tibicen præterea, & lignator. Quæ verò in Prytanœo inter libandum effari cōsueuerint, aut quos decantent hymnos, neutiquam his censeo commentariis prodendum. Neque illi quidem Græcorum tantum dis libant, verum etiam ex omni Libycorum deorum numero Ammoniam Iunonem, & Paramonem (Mercurij id cognomen est) venerantur. Satis enim constat vsos olim Græcos Libycis oraculis: Nam aræ adhuc in Ammonis extant ab Eleis dedicatae, & in illis de quo consuluerint, & quid responsi acceperint, & qui ab Elide publicè missi fuerint, incisis literis testatum est. Hæc in Ammonis. At Elei, ad eos vt nostra redeat oratio, heroibus, & eorū uxoris libant, tum iis qui passim in Elea terra, tum & illis qui apud Aetolos in honore sunt: Et carminum quidem effata. Dorica enuntiatæ lingua, sed quis eorum fuerit author non

traditur. In Prytanei ædicula contra fo-
cum cænatio est. Postulat iam hic locus,
vt ad Iunonis templum accedam, & quæ
in eo memoratu digna sunt stylo perse-
quar. Primum omnium Elei tradunt
Scilluntios, quæ Triphyliæ ciuitas est, fa-
num erexit annis fermè v i i. postea-
quam Eliis regnum Oxylus init. Totius
quidem operis figura Dorica est, Colum-
nis circunquaque ambientibus, & earum
quidem, quæ in postico templi sunt, akera
equerca est. Porrigit se in longitudi-
nem pedes tres, & l. x. Architectus qui ope-
ri præfuerit certus nemo prodit. Ac Iu-
noni sancè quinto quoque anno populum
mitronæ sedecim prætexunt, eadémque
Iudos faciunt Iunonia: In his cursus cer-
tamen virginibus proponitur, in classes
ex ætate descriptis. Primæ enim currunt
impuberes puellæ, tum grandiores, po-
stremo natu maximæ. Ornatus idem est
omnibus. Passus capillus, demissa tuni-
ca ad genita, exertus vsq; ad pectus dexter
humerus. Descendunt & ipsæ in Olympi-
cum stadium, sed curriculum parte ferè
sexta detraha minuitur. Accipiunt vi-
etrices ex olea coronam. E boue etiam
qua Iunoni litatum fuerit partem ca-
piunt. Et pictas quidem earum imagi-
nes

nes dedicare fas est. Matronæ sedecim
ludis præsunt, totidemque ministrae attri-
butoræ sunt. Hoc ipsum etiam virginum
lydicrum ad res præcas referunt. Hippo-
damia enim Iunoni de Pelopis nuptiis
ut gratiam referret, primam omnium il-
lud instituisse perhibent, eandemq; xvi.
fœminarum delectum habuisse. Memo-
riæ etiam præditum est, Chloridem Am-
phionis filiam solam cum vnico de ma-
trium fratum numero superstitem è tota
sobole, de virginum cursu palmam tulisse.
De Niobes equidem prole quidquid com-
pertum habui, dñi Argiorum res perse-
querer exposui. Quod attinet autem ad
xvi. matroharum collegium, præter ea
quæ paulò superius scripta sunt, loc etiam
amplius memorant: Demophontem Pisæ
tyrannum, multis, ac grauibus incommo-
dis Eleos affecisse: Eo mortuo, quod ille
nihil egerat de publico ciuitatis consilio,
facile Elei adducti sunt, vt de iis quas ac-
ceperant iniuriis æquo iure cum Pisæis
disceptareor. Ac tunc sancè inter ipsos
conuenit, vt, cum ciuitates id temporis in
Elea sedecim vigerent, singulas matro-
nam uoam edere, quæ cum ætate, tum virtù,
ac generis dignitate catera anteire vide-
retur, atque his omnium cōtrouersiarum

arbitrium permitti. Sedecim itaque fo-
minæ è totidem Eliis vrbibus vtrique po-
pulo pacis conditiones tulere. Eisdem ve-
rò postea & ludos, quæ Iunonia sunt ap-
pellata, faciendi, & peplum Iunoni perte-
xendi cura mandata est. Duos vero cho-
ros celebrant, Physcoæ vnū, alterum Hip-
podameæ vocitant: fuisse Physcoan tra-
dunt ex Elide, cui Cœle, quod est concau-
cognomen: Domicilium in curia Eliis
habuisse, quæ Orthia dicta est. A Libero
patre adamatam, ei filium, cui Narçæi no-
men, peperisse. Narceum ipsum iam adul-
tum, cum finitimiis bellasse: Magnasiinde
opæ consecutum, & Mineruæ, quam de se
Narçæam appellavit, ædem dedicasse, pri-
mùmque omnium Libero patri honores
decreuiste. Physcoæ & alij honores habi-
ti, & chorus alter ab ea nomen sumpsit.
Seruant Elei pristinum illum sedecim mu-
lierum numerum, sed ex alia, quam totidem
vrbium descriptione: In tribus enim
osto distributi, è singulis binas deligunt.
Neque verò aut x v. sceminae, aut ædi-
les. Eleorum ullum attingunt numerum
suorum partē, priusquam se piaculari sue
& aqua lustrarint. Eam lustrationem ad
Pieran fontem suscipiunt. Est fons ille in
campis, per quos iter est ex Olympia Eli-

dem

dem contendentibus. Hæc sanè ita sa ha-
bent, ut exposita sunt. In Iunonis templo
Iouis est simulachrum, tum Iunonis ipsius
in solio sedens: Assistit barbatulus quidā
galea armatus. Prisca hæc & ruditus cuiusdam
opificij, opera sunt: Sedētes verò deinceps
in soliis Horas fecit Emilius Aegineta:
Quod proximo loco Themidis (mater
enim ea Horarum est) signum positum est,
fecit Doryclidas Lacedæmonius Dipœni
& Scyllidis discipulus. Hesperides verò
quinque, opus fuere Theoclis, item Lacedæ-
monij, quem Hegyli filium fuisse, & ab
iisdem magistris Dipœno, & Scilliide ar-
tem didicisse ferunt. At Mineruam cassi-
de armatam, hastæ, & scuto, Lacedæmonij
Medontis esse opus memorant: Fratrem
hunc Doryclidæ fuisse, & eosdem magi-
stros habuisse. Sedent è regione Ceres &
Proserpina. Aduersi stant Apollo, & Dia-
na. Posta sunt ibidem Latona, Fortuna,
Liberi patris, & volucris Victoria signa.
Atque hæc quidem cuius artificis opera
sunt compertum nō habeo, valde omnino
mili prisca videntur: Et sunt quæ hac in
parte recensui omnia, ex ebore, & auro.
Posteriorum ætatum & alia sunt dona in
Iunonis templo. E marmore Mercurius
infantæ Bacchum portans, Praxitelis opus,

& Cleonis Sicyonij ex ære Venus fuit
Cleonis doctor Antiphanes. Hic à Pericle
to didicerat Argiui Polycleti discipulo. Se
det ad Veneris pedes inauratus Pusio nu-
dus, quem Carthaginensis elaborauit Boë-
thus: Atque hoc transpositus quidē est ex
æde, quod Philippeum vocatur: Sunt hac
itidem ex ebore inaurata, & inter ea Eury-
dice Philippi. Arca etiam in eo templo po-
sta est è cedro cum aureis, & eboreis em-
blematis, partim verò ex eadem cedro ca-
latis. In arcam hanc Cypselum, qui Corin-
thi postea tyrannidem est adeptus, mater
sua abdidit, cum recens natum Bacchidae
ad necem magna cum sollicitudine depo-
scerent. Arcam deinde in Olympia dedica-
runt ipsius posteri, qui Cypselide sunt ap-
pellati, ob seruatum gentis suæ principe,
& parentem. Fuisse verò hoc nominis Cy-
pelo traditur, quòd Corinthij arcas Cy-
pselas nuncupant. In arca incisæ sunt pri-
scis literis ioscritptiones recto ordine, &
vistato scribētibus quædā, aliae in gyros re-
volutæ βαυτροφυλλæ à boū opinor reperitis
ætibus in sulco, Græci dicūt. A superioris
enim versus fine cōtinenter sinuatur ad se-
quentis initii verborū series, ea nēpe for-
ma, quæ est iterati curriculi quē diaulum
appellant. Adscriptum est, alios etiam esse

perp

perplexos, & inexplicabiles inscriptionum
nexus. Quòd si ab ima arca exorsus omni-
nia oculis persequare, in prima fronte
Oenomaum primum vides, qui Pelopeum
cum Hippodamea fugientem vrget. Bigis
verque inuenitur, sed pinnati sunt Pele-
pis equi. Tum Amphiarai domus est, &
Amphilochum portans anus nescio quæ.
Pro foribus monile præferens Eriphyle
stat. Afsistunt filiæ Eurydice, Demonælla,
& nudus Alcmæon. Aesius certe poëta suis
carminibus Alcmenam etiam ex Amphia-
rao, & Eriphyle genitam memorat. Baton
Amphiarai auriga equorum habens vna,
altera manu hastam tenet. Amphiaraus
ipse in currum alterum iam pedem impo-
nit, ensem verò stringit in vxorem con-
uersus, ac vix quin ira incensus in eam ir-
ruat, satis animum in potestate continēs.
Supra Amphiarai domum ludi fiunt Pelizæ
funebres: Circunstant spectatores, & inter
eos in sôlio sedens Hercules: A tergo stat
vxor eius, quod indicat inscriptio: Tibias
illa non Græcas, sed Phrygias inflat. Bigas
agitant Pisus Perieris, Asterion Cometæ
filius, nam & hic in numero fuisse argo-
nautarum dicitur. Pollux præterea, & Ad-
metus: Dehinc Euphemus, quem Neptu-
ni satu ortu poëtae vulgarunt, eundemque

187

lafo

Iasonis in expeditione Colchica comitem fuisse. Hic è bigarum curriculo victor discedit. Descendunt in cæstuum certamen Admetus & Mopsus Ampycis filius. Stat inter eos tibicen eo ritu tibiis canens, quo solent xtate nostra qui modos saltantibus præcinnunt quinqueritionibus. Luctantur ibidem Iason, & Peleus æquo certamine: Eurybotas discum eiaculatur: Incertum quis nam hic sit Eurybotas, qui ludicri eius arte se iactat. Cursum ineunt Melanio, Neotheus, Phalareus, quartus in eo numero est Argius, quintus Iphiclus, huic iam victoriā adepto coronā offert Acastus. Is est Iphiclus Protefilai pater qui unus fuit de iis ducibus, qui ilium oppugnatū iere. Expositi sunt vīctoribus tri-podes. Adstant Peliaæ filiæ: Ex illis vni adscriptum est nomen Alcestidi. Iam verò Herculis laborum voluntarius comes Iō-laus de quadrigis palmam aufert. Atque hic extremus est actus eorum, qui in hono-rem Peliaæ facti sunt ludorum. Post hæc Herculi adficit Minerva, dum ille hydrā ad Amymones flumen sagittis configit. Et ipsi quidem Herculi, quod nempe facile ex operis argumento, & corporis habitu, ac figura agnosci potest, nomen non est appo-stum. Adebat Phineus Tracum rex, & abi-

gentes

gentes Harpyas Boreæ filij. In altero ve-riō arce latere, quod est à lœua, ordinē op-eris in orbem oculis persequenti, foemina expressa est puerum consopitum lœua al-bum suslinens, nigrū dextera, & hunc dor-miētis effigie, distortis vtrinque pedibus. Indicant inscriptiones, quod facile tamē, vt nihil scriptum sit, conicere possis, eo-rum puerorum vnum morte esse, alterum somnum, mulierem illam noctem vtriūsque nutricem. At formosa illa mulier, quæ fœda facie alteram, sinistra obstricto collo trahit, dextera fuste cædit. Iustitiam signi-ficat, qua iniuriam male multat. At quæ foeminae cum pistillis pilas præferunt, eas medicamētorum artem calluisse arbitran-tur, sed nulla quæ illæ fuerint inscriptio indicat. Nam quæ illa sit qua virum sequi-tur, ex adscriptis versibus facile colligas.

*Idas Marpējam formosam, quam sibi Apollo
Eripuit, sacrāq; eduxit sede volentem.*

Prope est tunica amictus vir: dextera pate-ram, altera torquem tenens, & Alcmena quidem ea est, quæ de eius manibus illa su-mit. Illud sane inter Græcos poëtarū car-minibus celebratum est, Iouem simulata Amphitryonis forma cum Alcmena con-gressum. Iam Menelaus loricam indurus stricto gladio Helenam inuadit: capto sci-

lacet.

licet Ilio eam interempturus. Sedenti in solio Medeæ à dextera Iason, à læua assit Venus. Adscriptum est,

Cipridos imperio Medeam ducit Iason.

Sunt & Camoenæ canentes, modos dictante Apolline, Appositi versus duo sunt huiusmodi.

*En pater hic ratum proles Latonia Apollo,
Musarumq; chori circū, quibus imperat ille.
Atlas (vti fabulis vulgatum est) humeris
cœlum, & terram sustinet: Idēmque He-
speridum mala præfert: Ecquis nam verò
ille sit, qui ense accinctus ad Atlantem con-
tendit, nulla indicat inscriptio: Satis verò
per se quisque conicere possit Herculem
eum esse. Id vnum adscriptum est.*

*Sustinet Axem Atlas, idēmque hic mala re-
linquet.*

Mars armatus Venerē abducit. Inscriptio est *erravārus* Thetis virgo adhuc ibidem ex pressa est: Eam Pelens prensat: At illa manu altera anguē in Peleum immittit. Medusæ sorores pinnatæ Perseum volantes insectantur: Vni Perseo est nomen adscriptum. In arcæ tergo militaris expeditio-
nis imaginē videoas: Maior exercitus pars pedestre agmen est, equestrium etiam co-
piarum aliquid in bigis. Ac partim quidē
manum iam conserturi videntur, partim
verò

verò se cosalutatione facta mutuo agnitu-
ri. Variat interpretum sermo: Sunt enim
qui dicūt Aetolos, Oxylo duce, contra pri-
scos & eos instructos, utrosque consanguini-
nitatis recordatione positis inimicitiis ad
concordiam spectare. At alij in prælium
descendere Pylios, & Arcadas ad Phiga-
lean vrbum, & amnem Iardanum. Illud cer-
te nemini probari posst, quod ab aliis
proditum est, Cypseli proauum, cum esset
Corinthius, in arca, quam in suo esset in-
strumēto habiturus, consultò in scalpi no-
luisse res patrias Corinthiorum: Extero-
rum vero res gestas, neque illas valde insig-
nes celebrandas curasse. Equidem quantu-
m ipse possum conjectura assequi, illud
videri probabilius posst, quod cum Cy-
pselo, eiusq; maioribus sexto posteritatis,
ut longissimè, gradu, origo fuerit à Gonu-
sa, Sicyonis filia, & inter abanos eorū nu-
meretur Melas Antafsi filius, hunc Mela-
na cum agmine suo (vti ante in commen-
tario de Corinthiorum rebus exposui) re-
cipere in ciuitatis eiusdem cōunionem
recusabat Alctes, quod ex Delphici Apol-
linis quodam responso fidem ei minus ha-
bebat. At enim cum ille multis Alctem
modis sibi conciliare studuisse, & electus
multis cū precibus redire non dubitasset,

ab

ab inuitu quidem receptus tamen est. Quare Melanis illas esse copias, quae in ea parte arcæ spectantur, facile existimari possit. Quod quartum arcæ latus est, si à laura ambire eam cœperis, Borean habet Ori thiam rapientem, anguum illi caudæ pro pedibus sunt. Pugnat cum Geryone Hercules: Trini quidem ex unico existunt Geryones corpore, Agnoscitur & Theseus lyram tenens, cui adstat Ariadna coronam præferens. Iam verò Achilli, & Memnoni pugnantibus sua eorum utrique adest mater. Sunt ibidem Melanion, & cum eo Atalanta Hinnulum portans. Aiaci præterea ex prouocatione & Hectori congressis, adsistit Discordia, facie illa quidem fœdissima. Ad huius exemplar pinxit Calyphon Samius Discordiam in templo Diana Ephefiae, cum ad Græcorum naues pugnam ficeret. In eadem arcæ regione & Castores sunt: Eorum alter impuber: Et media inter eos Helena: Abiectaque humili ad Helenæ pedes cum obsoleta ueste Aethra Pitthei filia. Apposita est inscriptio versu heroico una voce longiore.

Tyndaridae fratres Helenen atque Aethran Athenis

Asportant.

Iphidamas præterea Autenoris filius hu-

mē

mi stratus. Pro eo contra Agamemnonem pugnat Coon. In Agamemnōis clypeo. Terror expressus est Leonis capite. Inscriptio est huiusmodi ad Iphidamāris corpus

Iphidamas, pro illoq; Coon ferè prelia miscer.

In Agamemnonis vero scuto.

Hic pavor est hominum: manibus gerit hunc Agamemnon.

Exin adducit ad Alexandrū Priami filium Mercurius in iudiciū de forma deas tris. Rem indicat inscriptio.

Mercurius Paridi ostentat spectanda dea rum

Corpora, Iunonis, Tritonidis, atque Diones.

Iam verò Dianam quam obrem volucrem fecerint non facile dixerim. Humeris certe alæ applicatae sunt, dextera pardum præfert, leonem altera. Ad hæc Ajax Cassandram à Mineruæ signo diuellit. Inscriptio rem prodit.

Ajax Cassandram Locrus deducit ab ara Pallados.

Iam verò Polynicem Oedipi filium in genu collapsum frater Eteocles urget: A tergo adsistit fœmina dentibus, & aduncis ungibus quauis fera immanior: Testatur inscriptio Mortam illam parcarum unam esse. Et fati quidem vi Polynicem succubuisse, Eteoclen verò merito suo cecidisse.

P

In antro Liber pater iacet barbatulus auream præferens pateri, talari amictus tunica, Arbores antrum vestium, vites aliae mali & puniceæ. Arcæ abacus nullam omnino inscriptionem habet: Ex ipsa vero emblematarum facie argumenta coniicias: Intra speluncam mulier cum viro in lectulo decumbit: Circem & Vlissen eos esse facile ut credamus adducimur, cum ad ancillarum numerum, cum vero ad earum officia respicientes: Nam & quatuor sunt, & iis intentæ operibus, quæ versibus de illis loquës Homerus persequitur. Adstat Centaurus: pedes ei posteriores equini sunt, priores humani. Equorum præterea bigæ insculptæ sunt & in illis insistentes formæ: Equis aureæ sunt alæ, & earum sceninarum vni vir quidam arma tradit: Hæc ad Patrocli cædem pertinere non obscura est conjectura. Et eas quidem, quæ bigis vehuntur, Nereidas esse: Ex earum numero Thetæ à Vulcano arma accipere. Nam & vitæ ille non satis firmis esse videtur pedibus, & famulus eum forcipem tenens sequitur. Quin & Centaurum illum Chironem esse dicitant, qui iam vitæ muneribus perfunditus, ac in deorum numerum receptus præsto Achilli est, eius luctum levaturus. Iam vero insidentes cisio virginæ duas, quarum altera

altera habens tenet, altera vero velato capite sedet Nausicam Alcinoi fidam esse putant, cù ancilla ad lauacra contendente. At qui sagittis Cætauros petit, & ex iis aliquot conficit, dubitari non potest, Herculeum esse. Nam & hoc de Herculis certaminiibus vnu fuit. Arcæ opifex quis nam fuerit coniicere nunquam ego vtique potui. Inscriptiones vero alius fortasse fecit, ego tamen facile adducor, ut ab Eumeleo Corinthio factas putem. Hanc ego cum ex aliis eius operibus, cum vero maximè ex eo carmine, quod in Delum fecit, coniecturam duco. Spectantur & alia eodem prope in loco dona, & in primis modicus quidam lectus ebore magna ex parte exornatus. Iphiti discus, & mensa, super qua victoribus coronæ deponuntur. Et hanc quidem Hippodameæ ferunt ludicum fuisse. Iphiti vero disco ad Olympiorum inducias indicandas vñ sunt Elei. Inscriptæ enim sunt illæ in disco nō recto versuum ordine, sed orbem ambiétitibus literis. Mensa ipsa partim ex ebore, partim ex auro fabricata est: Opificem fuisse aiunt Colorem, quem ad Hercule genus duxisse affirmant: Et si, qui bus fictorum origines cuiiosius inquire curæ fuit, Parium esse, Pasiteliis vero discipulum testantur: Pasitelen ipsum artē di-

396 PAVSAN. ELL. PRI. SIVE
 dicisse à Iuno exinde, Iupiter, Deum ma-
 ter, Mercurius, cum Diana Apollo: In ter-
 go tota ludorum descriptio: In uno laterum
 Aesculapius, & filiarum Aesculapij vna Hy-
 gea, Mars præterea, & prope ipsum prælii
 simulachrum: At in altero Pluton est, & Li-
 ber pater, tū Proserpina, & Nymphædux,
 quarum altera pilam, clavem altera tenet.
 Est enim clavis Plutonis insigne: Ea prodi-
 tum est ratione, quod à Dite patre infero-
 rum sedes ita clausa est, ut nemini inde re-
 ditus pateat. Iam verò quod Aristarchus re-
 rum Olympicarum author locuples, memo-
 riæ prodidit, id nequaquam præterierim.
 Sua igitur ille ætate, cum Elei Iunonis sat-
 ta tecta, quod vitium templi lacunar feci-
 set, locassent, inter tabulatum quod ad spe-
 ciem expolitum est, & scandalare tectum
 cadauer cum graui armatura Saucij homi-
 nis repertum memorat. Hunc ego virū exi-
 stimo pugna intra Altin contra Lacedemo-
 nios cōmissa, cū se propugnatores in tēpla
 Deum recepissent, & inde de superiore lo-
 co hostem repellerent vulneribus cōfictū
 iam moribundū illuc perreptas: Cadauer
 eius tam diu integrum permanisse, quod
 neque per æstatē vaporū, neq; per hyemē,
 in illis latebris abditum, frigoris noxam
 contrahere potuerit. Addidit Aristarchus
 elatum

elatum extra Altin, & cum iisdem armis
 humatum fuisse. Oenomai quam appellat
 ipsi etiam Elei Columnam, ea extat ab ara
 maxima ad Iouis ædem contendentibus.
 Quatuor sanè ereæ sunt ad lœvam Co-
 lumnæ, quibus laevar sustinetur: Fulciunt
 eadem ligneam Columnam iam vetusta-
 re ruente, ferreisque incinctam vinculis.
 Columnam eam fama perulgauit, in Oe-
 nomai domo fuisse, solāmque fletisse, cum
 domus reliqua fulmine conflagrasset: Id
 elegi testantur in ænea tabella ante ipsam
 Columnam incisi.

Vna columnæ ex his hospes sum: sola relicta,
In celsis steterunt quæ ædibus Oenomai,
Nunc exto Iouū in templo circundata vincis
Nobilior, nec me flamma voravit edax.
 Accidit verò ætate mea quiddam huiusmo-
 di, cum Romanus quidam Senatorius vir
 palmā in Olympicis adeptus, victoriæ suæ
 relinquere vellet monumentū, cum inscrip-
 tione statuam ex ære, scrobē altius effo-
 diendam curauit prope Oenomai Co-
 lumnam, repererunt qui opus conduxe-
 rant scutorum, frenorum, & armillarum
 fragmenta, quæ ipse dum eruerentur vi-
 di. Aedem quandam insigni magnitudi-
 ne Dorico opere, Matroum priscum reti-
 nentes nomen appellant: Neque verò

598 PAVS. ELIA. PRIOR, SIVE
in ea vllum extat Deum matris signum, &
tuæ tantum Romanorum imperatorū ibi
erectæ sunt. Est hoc ipsum Matroum intra
Altin: Et eodem in loco rotunda figura cel-
la, quod Philippeū vocat: In eius summa te-
studine æneū papauer eminet, fibularū id
caput est cellę trabibus. Sitū est ædificium
hoc circa Altis exitū ad lauā Prytanēi, & co-
ctili laterculo extructa, testū columnis cir-
cunquaq; sustinentibus. Hoc opus erigen-
dū curauit Philippus cū ad Cheroneā gra-
uiter Græcorum fortunas attruiisset. Et
dicatae quidem illic statuæ sunt Philippo,
& Alexandro, Amyntæ etiam Philippi pa-
tri, eas necnon & Olympiadis, & Euridi-
ces fecit ex auro, & ebore Leochares. Ve-
nio iam ad statuarum, & donariorum ex-
positionem, & eam quidem bipartitam,
quod scilicet ea de re conturbatè agendum
non putauit. Nam alia longè ratio este-
rum omnium donorum, quæ Athenis in
arce posita sunt: Illa enim sive statuæ, sive
aliud quodvis genus sint, dis omnia dic-
ta sunt. At in Altis partim deorum nomi-
nibus censemur, partim vero victoribus,
quo eis hoc etiam veluti quodam corol-
lario honos haberetur, suæ sunt posita
statuæ: Sed harum quidem posterius fit
à nobis mentio: In præsentia ad ea quæ

principia

LIBER V. 599
principia sunt deorum insignia se con-
uerterat oratio. A Matroo ad stadium re-
cta contendentibus ad lauam circa Cro-
nij montis finem, crepido est lapidea
monti subiecta, ex ea gradus in clinum as-
furgunt. In crepidine locata sunt aliquot
ænea Iouis simulachra. Conflata illa qui-
dem de multatitia pecunia Athletis qui
fraudem ludis fecissent interrogata. Appel-
lantur ea simulachra patria voce Zanes,
quod est opinor, Ioues. Eorum sex ei-
cti sunt octaua & nonagesima Olympiade.
Nam cum Eupolus Thessalus ex iis,
qui ad pugilum certamen conuenerant,
Agetorem Arcadem, & Cyzicenum Pry-
tanin pecunia corrupisset, & prætereos
Phormionem etiam Halicarnassensem,
qui in Olympiade superiore de pugila-
tu victoriā adeptus fuerat, cum ipsum
Eupolum, tum eos qui pecuniam cepi-
sset, quod primi ea corruptela ludorum
religionem poluissent, Elei in ararios re-
tulerunt: Ex eo signorum numero duo
fecit Cleon Sicyonius: Quatuor qui reli-
qua fixerint non habeo dicere. Ter-
tium aut quartum signum ubi præterie-
ris, elegia cæteris adscripta videoas eligia-
cis veribus, Monet eorum primum pe-
ndu perniciate, & reliqui corporis robore

102

P 4

Olympicam palmam acquireti. Altera inscriptio signum erectū Deo testatur ut simul & honos Ioui haberetur, & cum Eleorum religione ad Athletarum fraudem coercendam terror coniungeretur. E duabus reliquis altera Eleos ornat, atque illis magnæ in primis laudi, quod pugiles notarint, tribuit: Altera edicit signa illa documento Græcis cunctis esse non debere cuiquam Olympicæ victoriæ spem in pecunia esse repositam. Post Eupolum memoriæ proditum est Atheniensem Callippum ab aduersariis quinquerij coronam pretio auertisse: Id accidit Olympiae de duodecima, & ceteris. Et multam quidem cum à Callippo, & iis qui cum eo coluserant, petissent, Elei miserunt Athenienses Hyperiden eam multam deprecatum. Verum cum exorari non potuissent Elei, eam Athenienses animi elationem præstulerunt, ut ne Olympicorum quidem celebritate prohibiti iudicatu soluere prius voluerint, quam Delphicus Apollo percuti. tantibus responsum dedisset, non responsum se ante quam satis Eleis fecissent. De cuius multæ pecunia signa totidem quot illa superiora Ioui erecta sunt. Et his elegi adscripti nihil mitioribus sententiis, quam illi sint de Eupoli multa. Et iudi-

cat prima quidem inscriptio, oraculi iussu Eleorum de quinquerionum fraude iudicium comprobante ea signa dedicata. Secunda item, & Tertia in laudem eiusdem iudicij. Quarta ad victoriam non pecunia, sed virtute aspirandum docet. Quinta quam ob rem signa posita sint ostendit. Postrema omnium responsum illud Delphici Apollinis, quo illi quinqueriones iure damnati ceusentur, commemorat. Duo præterea signa sunt de multa palestritarum erecta, sed eorum nomina non tantum me: sed ipsos etiam priscarum apud Eleos rerum interpretes fugiunt. Appositæ his quoq; suæ sunt inscriptiones. Earū una declarat Rhodios fraudem palestritæ Olympio Ioui pecunia luisse. Altera positum signum de multa, quæ iis irrogata fuisset, qui dolo malo de palestritis palmam meruissent. Reliqua omnino signa interpretes iidem tunc dedicata memorant, cum Olympiade octaua, & septuagesima supra centesimam à Philostrato nūmos accepit Eudelus. Hunc sancte Eudelum Rhodium fuisse, sed in publicis Eleorum monumentis, quibus eorum qui vicerunt, memoria commendata est, diuersa propinquū comperit: Stratonē scilicet Alexiadī centesima septuagesima octaua Olymp-

piade, eodem die de pancratio & lucta coronatum. Alexandream quidem in canopico Nili hostio Alexander Philippi filius condidit. Fuisse tamen & ante non magnum eodem in loco Aegyptiorum oppidum Rhacotin memoriae proditum est. Ante Stratonem hunc oleastri coronam de pancratio, vnam de lucta vero tres viri cepisse pehibentur: Totidem post eam. De superioribus unus Eleus fuit, ex ea Graecia quae trans Aeneum est: R hodius Aristomenes alter: E Magnetibus qui sunt ad Lethatum Protophanes tertius. E posterioribus Marion Protophanis cuius, & Stratonice ipsa eodem nomine vrbs, & regio Chrysaoris appellata est. Postremus Nicostratus fuit e maritima Cilicia: Et si nihil ei cum Cilicibus praeter nomen commune fuit. Hunc enim Nicostratum adhuc penè infantem, neque obscuro loco natum, e Prymnesso, que Phrygiæ vrbs est, prædones abduxerunt, eumque ad Aegeas, incertum cui vendiderunt. Cum iam adoleuisset visus est per somnium videre ante fulcrum lecti, in quo cubabat, humi stratum leonem. Post id visum multas de pancratio & lucta palmas ex Olympia abstulit. In ærarios certe & alios postea, & Alexandrinum pugilem.

Eli

Elei retulerunt Olympiade ducentesima ac duodecimeta: Nomen ei fuit Apollonio, cognomen (patrium enim Aegyptiis fuit cognomina habere) Rhanti: Damnatus hic primus Aegyptiorum est ab Eleis, non ob datam aut captam pecuniam sed ob aliam huiusmodi noxam. Ludorum statos dies non obiit, neque multam deprecantem subleuauit, quod ad Cycladas vento se detentum fuisse causatus est. Arguit enim eam purgationem Heraclides, & ipse Alexandrinus, cum docuisset hominem in cogeda ex Ionie ludis pecunia occupatum fuisse. Apollonium igitur Elei, & alios, si qui forte ad conditam diem non adfuerint, exegerunt, Heraclidi coronam intacto partam puluere decreuerunt. Id cum grauter tulisset Apollonius, ut forte ad pugillatum erat loris illigatus, in Heraclidem iam coronam capientem, inuasit, & hominem ad ludorum praefides confugientem est persecutus. Quæ illi vecordia magno utique stetit. Iam duo alia signa, nostræ ætatis opera sunt. Sexta enim, & vicesima supra ducentesimam Olympiade pugiles deprehensi sunt de vna & eadem palma inter se pacta pecunia societatem coisse. Ob eam rem multa illis imposita. Horum simulachrorum ad laudem

lauam alterum est, alterum ad dexteram: quæ aditus ad stadium patet: Pugilibus non men altero Didas fuit, & ei qui pecuniam dedit Garapammon ex eadem sane tribu Aegypti Arsinoite. Perhercule mihi fuit, exteris homines nihil Iouis numen veritos affines huiusmodi corruptelis suis se: Sed in miraculo posuerim maiore, Eleos ipsos in eandem prolapsos fraudem. Secunda enim, & nonagesima supra centesimam Olympiadæ, cum in lucte certamen Damonici Elei filius Polyctor, & Sosandri Smyrnæi filius patri cognomen, cuperet verò imponens Damonicus filium suum victorem discedere. Sosandrum dicitur pecunia data adduxisse ut facile se vinci pareretur. Eius rei indignitate commoti iudices, multam ipsis paréibus irrogarunt: Ab illis enim noxa commissa fuerat. Ex ea pecunia signa duo erecta sunt, alterum in Eleorum gymnasio, in porticu quæ in Altæ est alterum. Appellatur ea porticus Pæcile, idest Varia à picturæ scilicet varietate, qua olim parietes exornati fuerant: Eandem multi Echûs nominant, quod vocis emissæ imago septies, & sèpius reciprocata. Signum etiam Ioui de Sarapionis Pancratistæ multa dicatum est. Damatum timiditatis tradunt, quod prima post

post ducentesimam Olympiadæ, pridie quam pancratium committeretur, aduersariorum metu solum vicererit: Id vni illi accidisse & nemini prater eum siue Aegyptius, siue è quavis terra fuerit affirmant. Atque ea quidem, quæ iam enumeraui signa, quibus ante dictum est nominibus dicata fuere. Sunt & alia partim publico, partim verò priuato ære dedicata. Ad aram verò quæ in Altæ est prope aditum eum qui ab stadium ducit, nihil immolant Elei: Tubicines tantum, & præcones prisco ritu de palma certant. In proximo suggestu signum Iouis ex ære positum est, altitudine cubitum sex: Vtraque manu fulmen tenet: Dedicarunt Cynætenses. Torquatum verò Iouem impubrem Phliasius Cleolas dicavit. Iam verò iuxta ædem, quod vocant Hippodamidum, è lapide suggestus est, hemicycli forma: In medio Iupiter, & Ioui pro liberum salute supplicantes Thetis, & Aurora. Qui verò in vitroque semicirculi extremo quasi cornu accincti ad pugnam sunt, alter Achilles, Memnon alter est. Contra exin è regione stant Barbari Græcis, iam singulare con gressuri certamine, Ulysses Heleno, quod hi sapientæ laude in suo vterq; exercitu prestat: Iam propter vetus odiū Agamemnoni

noni Paris, Diomedi Aeneas, Aiaci Telamonis filio Deiphobus: opera hæc fuere Lycij Myronis filij. Dedicarunt Ionij maris accolæ, Apolloniatæ, sicuti præcis literis incisi elegi ad Iouis pedes indicant.

Vrbis Apolloneæ sunt hæc monumenta, conatus

Phœbus quam ad pontum condidit Ionium

Illa manus veteris quæ caput Abantidos oras

E Thronio rotam pertulit hac decimam.

Abantis quidem regio, & in ea Thronium oppidum in Thesprotide Epiri fure, ad montes Ceraunios. Disiecta enim tempestate, cum Græci ab Ilio redirent, classe, Locri Boagrij flum'nis accolæ, è Thronio, & Abantes ex Eubœa. Octonis vtrique navibus ad Ceraunios montes dela ti sunt: Ibi cum confedissent, & opidum Thronium condidere, & agrum intraceratos fines communem, vtrique genti uno nomine Abantidem regionem appellauit: Puli deinde sunt finitimarum Apolloniarum bello: Successisse in eorum locum Apolloniam è Corcyra deductam aiunt: Eius nonnulli prædæ participes fuisse dicunt Corinthios. Paululum hinc progressis in conspectu Iupiter est ad orientem Solem conuersus, altera manu auem, fulmen altera tenens: Imposita est corona capitæ è vernis floribus. Fuit hoc Metaponti norum

norum domum, Aristomi verò Aeginetæ opus: incertū sane mihi quis Aristomi magister fuerit. Dedicarunt autem Phliasij Io uem: & Asopij filia, Asopum etiam ipsum. Ea signa ita disposita sunt: Prima omnium est Nemea sororum natu maxima: Post eā Iupiter Aeginatam prensans: Assistit Aeginę Harpinnacum qua Mars, vti Eleorum, & Phliasiorum sermone proditum est, consuetudinem habuit, & ex ea genuit Oenomaum, qui Pisæ regnauit: Proxima illi est Corcyra: & deinceps Thebe: omnium postremus Asopus. Corcyram quidem à Neptuno cognitam tradunt. Versibus Pindarus quædam mandauit de Thebe & Ioue. Leontini quidam priuata pecunia Iouem erexerunt septem cubitum magnitudine: Læua aquilam, dextera iaculum præfert, ex poëtarum scilicet descriptione. Fuere Leontini illi, Hippagoras, Phrynon, & Aenesidemus: & hunc quidem Aenesidemum alium ab eo arbitròr fuisse, qui tyrranidem in Leontinis adeptus est. Vbi viam præterieris, quæ in curiam dicit, Iupiter stat sine villa inscriptione: Ad Septentriones verò cum flexeris, Iouis item signū videas ad ortum Solis conuersum: Dedicarunt quicunque ad Platæas è Græciae populis contra Mardonium Persarum du-

cem steterunt. Incisa verò sunt in ima pilis
earum ciuitatum nomina, quarum fortissima
opera eo prælio prosperè pugnatum est.
Primi omnium Lacedæmonij, post eos Athenienses: adscripti his ordine sunt Corinthis, Sicyonij, Aeginetæ: tum verò Megarenses, & Epidaurij: Ex Arcadum concilio Tegeatae, & Orchomenij: Ad eos Philiaj, Troëzenij: Hermionenses: Ex Argiuvorum finibus Tiryanthij: solique è Boeotis Plateenses: Ex Argiutorum vrbibus Mycenæ, Ex insulis Chis, Milesij, Ambraciotorum: E Thespriodite continente Tenij, & Leptreatæ: & hi quidem postremi soli e Trifylia. Ex Aegio autem, & Cycladibus non Tenij soli: sed Naxij etiam, & Cythnij. Ab Eubœa Styrenses: His additi sunt Elei, Potideatae, Anactorij: Extremi omnium Chalcidenses Euripi accolæ. Ex his omnibus vrbibus haec propemodum ita delete sunt, ut earum nulla extet. Nam Mycenas exciderunt Argui post ciectos è Græcia Persas: Ambraciotorum, & Anactoriorum, Corinthiorum colonia, Cæsar Augustus Nicopolin ad Actium promontorium deduxit: Nam Potideatas bis domo sua pulsos, à Philippo Amyntæ filio semel, & ante ab Atheniensibus restituit quidem Cassander, sed quæ Potidea

dæ fuit, amissæ veteræ nomine, Cassandrea nuncupata est. Signum hoc communis impensa harum ciuitatum in Olympia erectum, fecit Anaxagoras Aegineta, cuius tamen ab iis, qui res Platænium conscripsere, nulla omnino facta mentio est. Ante hoc Iouis signum est ænea columna, in qua foedus incisum Athenensium cum Lacedæmonitis in triginta annos: fecerunt Athenienses foedus hoc redacta iterum in ditionem Eubœa, anno tertio Olympiadis eius: in qua Crisostomus Himeræus è stadio viator discessit. Sanctum in conditionibus illis est, eius pacis communione ad Argiutorum ciuitatem nihil pertinere, priuatim illis cum Atheniensibus licitum amicitiam iungere. Aliud etiam Iouis positum est signum non longe à Cleosthemis curru, de quo posteriorius nobis erit sermo: Dedicarunt Megarenses: Fecerunt Thylacus, & Oretus fratres, eorumque filii: Quibus verò illi tem poribus fuerint, aut à quibus artem didicerint, mihi sane ignorum est. Prope Gelonis currum, stat Iuppiter prisca admodum operis, sceptrum tenens: Hyblæorum donum esse aiunt. Fuere Hyblæ Siciliae ciuitates duæ, cognomine Geratæs una, altera Maior. Retinent hac

Q

etiamnum ætate prisca nomina, & earum altera in agro Catineni planè deserta est, altera in iisdem finibus ad vici formam redacta. In hac fanum est Siculorum celebritate religiosum, deæ, quam Hybleam vocant, dicatum. Ab hoc ego populo signum arbitror in Olympiam deportatu: Nam ostētorum, & somniorū interpres esse, & ceteros, qui in Sicilia sunt, Barbaros, deorum ceremoniis colendis anteire, Philistus Archomenidis filius memoriæ prodidit. Prope Hybleorum donum suggestus lapideus est, & super eo Iouis colos-sus, altitudinis pedum (quantum coniice-re possum) decem & octo. Eum colossum qui dederint, quique fecerint, inscripti elegi declarant.

Hoc signum multis ex urbibus expugnatissimis Clitorij decimas constitutere Deo

Artifices Teletas, frater germanus Aristen, Este vero hos Lacones non omnibus omnino Græcis notum esse existimo: De illis quidē habent Elei omnino non nihil quod dicant, sed plura multo ut de suis ciuibus Lacedæmonijs. Exin ara est Lacæ Iouis, Lacæ etiam (quod est ac si Plebeij dixeris) Neptuni. Adiuncta est aræ basis, que Iouem æneum sustinet, Corinthiorum dum, Musi opus, quisquis Musus is fuerit

Inde

Inde à curia ad magnum templum contendi ad Lauam signum est Iouis cum corona è floribus dexterā fulmen tenet: fuit hoc Ascani opus, quem docuit Agelades Sicyonius: A Thessalì ferunt dedicatum, suscepto cōtra Phocenses bello, ac de Phocensium quidem manubiis, Bellum hoc aliud ab eo fuit, quod Sacrum nuncuparunt: Gestum enim est antequam Xerxes in Græciam transmiseret. Non procul hinc Iuppiter positus est, quem ex votō, cum superiores è prælio discessissent, dedicasse Psophidios testatur inscriptio. Dextra in parte magni templi ad Solis ortum Iupiter est altitudinis pedum xii. quem dicatum tradunt à Lacedæmoniis, cum rebellantes Messenios altero bello vindicare essent adorti. Adscripti elegi sunt.

Hoc fate Saturno signum cape Iupiter alme Auxiliūq; fauens, fer Lacedæmonijs.

Romanorum omnino nullus neque plebeius, neque patritius ante L. Mummiū, quod ego sciam, in Græcorum templis dominū vllum pohendum curauit. Primus Mummius de manubiis Achæorum Iouē in Olympia æneum dedicauit ad lauam eius, qui à Lacedæmoniis dedicatus fuerat, proximè ad primam templi columbam.

Q. 2

Quod verò maximum omnium æneorum signorum, quæ in Altis posita sunt, Iouis est colossus ab ipsis Eleis confecto Arcadi-co bello dedicatus, altitudinis pedum se-prem, & viginti. Iuxta verò Pelopis ædem pila est modicè à solo eminens: super ea paruum est Iouis simulachrum altera manu prolatum. Ex aduerso alia sunt perpetua serie collocata signa: Inter ea Iouis, & Ganymedis. Homerus quidem carminibus mandauit suis, raptum Ganymedem à deo Ioui ut pocula ministraret: Pro eo vero equos Troianis datos: Dedicauit Gnothis Thessalus: fecit Aristocles discipulus, & filius Cleoræ. Alius ibidem Jupiter est impuber inter Smicythi dona. Quis hic Smicythus fuerit, vnde oriundus, & quam ob causam multa in Olympia dona posuerit suo loco exponemus. Longius hinc recta progressis aliud est Iouis impuberis signum: Dedicarunt Elaitæ qui à Caico ingressi Aeolidem primi in ora maiorum te-nuerunt. Aliud proximo loco positum est Ioui signum: Inscriptio testatur Cnidios Cherronesi incolas de hostiis spoliis dedicasse: Ioui hic Pelopem, illinc Alpheum amnem apposuerunt. Et Cnidiorum quidem urbis pars maxima in continenti Cariæ terra cōdita est, & ibi sancè multa sunt

memoria

memoratu digna. Quæ verò Cherronesus dicitur, insula est ponte continentali terræ coniuncta: Illinc Ioui danum hoc in Olympiam missum, sicuti & Ephesij Corest in-quilini, communis Ephesorum nomine signum posuere. Est etiam ad Altis murum, appositus Iupiter ad Solis occasum con-versus, sine inscriptione: Vulgaut fama à Mummio de Achaicis manubiis dicatum. In curia Iouis est signum specie, perfidiosis hominibus quam maximè formidanda, Höradius ei cognomen, id est iurisuran-di vindicta idem fortasse, quem Romani Dium Fidium appellant. Vraque manu fulmen tenet. Solenne vero Athletis omnibus, eorumque parentibus, fratribus, gymnasijs magistris, super exercitiis suis testibus verbis conceptis deierare nihil se fraudis facturos quo minus Olympici ludi ritè fiant. Athletæ quidem ipsi hoc amplius surant se decem perpetuos menses in ludicram exercitationem propositi certaminis consumpsisse: Surant præterea, qui vel de viris, vel de pullis equorum in certamen prodeuntium pronuntiaturi sunt, ob rem iudicandam pecuniam se nullam capturos, qua verò re adducti quemuis aut probarint, aut improbarint, se non esse in vulgus prolaturos. Iam vero sus ille confe-

et iure iurando cuiam sit usui percontari in mentem non venit. Veteri quidem religione sanctum scio, ne victima vescerentur homines super qua iusurandum conceptum fuisset. Id Homerus testatur, cum ex etum illum suem, super quo Agamemnon iusurandum concepit, Briseidem se non atrigisse in mare a Takhybio faciali abieatum dixit.

Hac ait, atque suis preduro gnttura ferro
Dissecuit, quem Talithius centor sit in vndas
Piscibus equoreis escam.

Arque hoc quidem prisci fuit ritus institutum. Ante Iouis pedes ænea tabula est, in qua incisi sunt ad peierantium terram composti. Enumerauimus quam acutissime quæcunque Ioui intra Altin signa posita sunt. Nam quod prope maximum templum Corinthij dedicarunt, non prisci illi quidem, sed quos Cesar deduxit Coloniam, is est Alexander Philippi filius Louis ornatu. Iam verò & eos persequemur imagines quæ Louis non sunt simulachra. Nam quæ non religionis causa, sed ad homines honestandos positæ sunt statuae, eas recensebimus in Athletarum commemoratione. Cum Mamertini freti accolæ, ad festos ludorum dies, quos Regini solenni ritu agitabat, pueros triginta quinque,

cumq

